BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
12 K
12

M

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

12
2
8
0
12

71 71
6 6
16 30

71.5.16.

IOANNIS BRA VI PETRAFITANI DOCTORIS MEDICI, ET Scholæ medicę Salmanticenſis publici profeſſoris, in

Hippocratis Prognoſtica commentaria.

AD PHILIPPVM II. CATHOLICVM *Hiſpaniarum, & Indiarum Regem potentiſſimum.*



BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV

SALMANTICAE
Apud hæredes Mathiæ Gaſtij.

M. D. LXXIX.

Eſta taſſado en

DON PHILIPPE por la gracia de Dios Rey, de Caſtilla, de Leõ, de Aragõ, delas dos Sicilias, de Ieruſalẽ, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcegã, de Murcia, de Iaen, Duque de Milã, Cõde de Flandes, y de Tirol. Por quãto por parte de vos el Doctor Brauo cathedratico de Medicina en la vniuerſidad de Salamanca, nos fue hecha relacion, diziendo, que auiades compueſto vn libro que ſe intitulaua Commentaria in Hippocratis prognoſtica, el qual ſera muy vtil y prouechoſo, para todos los que profeſſauan la facultad de Medicina; ſupplicandonos vos dieſſemos licẽcia y facultad paraque lo pudieſſedes imprimir, o como la nueſtra merced fueſſe: lo qual viſto por los del nueſtro conſejo, y como por ſu mandado ſe hizieron en el dicho libro las diligencias que la pragmatica agora nueuamente por nos fecha diſpone, fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra carta para vos en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien: por la qual vos damos licencia y facultad, o a qualquier impreſſor deſtos nueſtros reynos que vueſtro poder vuiere, paraque por eſta vez podays imprimir y imprimays el dicho

libro que de ſuſo ſe haze mencion, ſin que por ello cayays ni incurrays en pena alguna: y mandamos q̃ deſpues de impreſſo no ſe pueda vender ni venda, ſin que primero ſe trayga al nueſtro conſejo juntamente con el original q̃ en el fue viſto, que va rubricado y firmado al fin del, de Gonçalo Pumarejo nueſtro eſcriuano de camara, de los que en el nueſtro conſejo reſiden, paraque ſe vea ſi la dicha impreſſion eſta cõforme al original, y ſe taſſe el precio porque ſe vuiere de vender cada volumen, ſo pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmatica y leyes deſtos nueſtros reynos, y no fagades ende al ſo pena de la nueſtra merced y de diez mil marauedis para la nueſtra camara. Dada en Madrid a catorze dias del mes de Iunio, de mil y quinientos y ſetenta y ſiete años.

D. Epiſcopus Segobienſis. **El Licenciado Fuenmayor.** **El Licenciado Iuan Thomas.**

El Doctor don Iñigo de Cardenas çapata. **El Licenciado Don Lopez de Guzman.**

Yo Gonzalo Pumarejo eſcriuano de camara de ſu Mageſtad la fize eſcreuir por ſu mandado con acuerdo de los del ſu conſejo.

MELENDI SVARII, SOLISII PATRITII SALMANTICENSIS EPIGRAMMA.

Quis magis Hippocrat*e obſcurus,doctusq́;,breuisq́;*
Exiſtit?Cous verba Laconis habet.
Sublimis totus:nam ſic Prognoſtica ſurgunt,
Vt pauci attingant,ſenſaq́; percipiant.
Tentarunt Veteres,tentaruntq́; illa Recentes:
Sed nemo BRAVO *doctius explicuit.*
Vidimus,hoc illis ſaxum voluentibus,eſſet
Quìmq́; ſuis impar viribus illud onus.
Poſt tamen hic mentis neruos intendit,& artis
Molle iter oſtendit:quo nitet Hippocrat*es.*
Egregiè quidem & illi.At quanta intacta relicta!
Quæ enôdat BRAVVS, *vel noua dat potius.*
Planities iam culta manet,quæ erat inuia rupes,
Qua Phyſicæ cupidus dulcia mella legat.
Innumeri flores,fateor,Priſcisq́; Nouisq́;:
Singula ſunt alijs,hic bona cuncta tenet.

PHILIPPO II.

HISPANIARVM ET INDIARVM REGI CATHOLICO REGVM MAXIMO, AC POTENTISSIMO

Ioannes Brauus Profeſſor Medicus, perpetuam fœlicitatem optat.

*VNiuerſam medicinã, (*PHILIPPE *rex potentiſs.) ob ſui vetuſtatẽ, & originis ſplendorẽ, variamq́; ac multiplicẽ abditiſsimarũ rerũ cognitionẽ, & operis maximè neceſſarij, ac nobiliſsimi effectionem apud omnes populos, gentes, & nationes in ſummo honore, atque dignitate fuiſſe ſemper habitam, nemini non longè teſtatiſsimũ eſſe puto. Nec immeritò quidem. Nã cùm humano corpore nihil eorum, quæ ex elementorum concretione conſtant, præſtantius, aut excellentius inueniri queat,*

iure illius ſanitas, & ſecunda valetudo tanti æſtimatur, vt nemo ea vtatur, qui illa tota vita frui votis omnibus non exoptet: & ſi ea priuetur, cunctis diuitijs, & integro regno non libentiſſimè redimat. Hinc factum arbitror, vt huius clariſſimæ artis inuentores in Deorum numerum priſci retulerint: & ciuitates eos qui deinceps illam exercuerunt, multò maioribus præmijs, quàm reliquarum artium cultores retinere curauerint. Nam, vt Plinius ſcriptum poſteritati reliquit, nullis profeſſoribus quibuſcumq́, ac ne ſenatoribus quidem Romanis, tam magni, quàm medicis decreti olim fuere honores, nec tam ingētia in laudem, & merita huius artis extitere præmia conſtituta: quæ ſi modò recenſere vellem, vlla vel longiſſima oratione explicare haud cō modè poſſem. Verùm inter omnes, qui aut medicinam inuenerunt, aut excoluerunt, vetuſtiſſimus Hippocrates medicorū omnium,

nium,citra controuerſiam,princeps meritò palmam reportauit. Quippè hic,(ſi Galeno creditur) primus omnium,ſalutarium præceptorũ ſemina,& quidẽ fœcũdiſſima præbuit; illaq́; in ſtudioſorum animis inſeruit; quæ poſteri deinceps laboribus,atq; incremẽtis excolere,& locupletare cõtenderũt. Cæterũ cùm alij Hippocratis libri,tũ præcipuè hi,de prognoſticis; quos nũc enarrandos ſuſcepi;interpretẽ,atq; expoſitore mibi maximè egere vidẽtur:quia inextricabilibus,& Sibyllarum folijs penè abditioribus conſtant ſententijs ob fœcundã,& obſcuram breuitatem Hippocrati vbique familiarem, &, ſi licet dicere, affectatam. Placuit autem hos meos commentarios (PHILIPPE, regũ maxime) nomini tuo fœliciſſimo conſecrare,quoniam cæteris regibus, atque totius mundi principibus non potentia ſolùm, & imperij magnitudine, atque opulentia,ſed æquitate etiam,& cle

mentia,& animi altitudine longè plurimũ præſtas & antecellis. Nec vero dubitandũ duxi, hoc præſertim tempore, quo tot res turbidæ occurrũt, atque ſeſe offerũt, quo etiam tantorum regnorum tuo parentium imperio, gubernationi, & adminiſtrationi aſſiduè inuigilas, hoc meum munuſculum maieſtati tuæ dedicare: quippè qui probè ſcio, te grauiſſimis negotijs occupatum, non contẽnere leuiora. Æquum etiam mihi videbatur, vt ex hac florentiſſ. Academia aliquem noſtrorum laborum fructũ referres: quandoquidẽ omnes, quotquot ſub ditione tua extant nationes, eorum, quæ terra procreat, quotannis quàm plurima maieſtati tuæ munera offerũt. Nã ex India aurũ, & gẽmæ tibi aſportãtur: ex Sicilia & Betica, equi ferociſſimi afferũtur: ex Africa, leones, & ſtruthiocameli: ex Cantabria, æs, ferrum, & haſtæ: ex Valẽtia, & Balearibus, candidiſſima cera: ex Gallia Belgica, tor-

menta ærea, linea ſupellectilia, & aulæa pulcherrima, planeq́ regia aduehuntur. Denique aliæ regiones optima quæq́, & precioſiſſima, quæ in illis gignuntur, maieſtati tuæ mittunt. At verò hoc literarum emporium, & ſtudioſorum hominum aſylum, quid, præter literarias lucubrationes, quales hæ noſtræ ſunt, producere poteſt? has maieſtati tuæ animo libētiſſimo offert, ac donat. Quā quā multò maiores, & meliores iſtis illa & dare, & dedicare poſſet. Quippè cùm inter omnes conſtet, nullū toto terrarum orbe gymnaſium reperiri, in quo literarum ſtudia ſic floreant, & vigeant, ſic ſacræ Theologiæ, & Iuris vtriuſq́ prudentiæ, & medicinæ, liberaliumq́ artium doctores, & magiſtris proficiant, & ſplendeant, ſic controuerſiæ crebris diſputationibus, & doctrinis dirimantur, vt in hac clariſſima tua totius orbis Salmāticēſi Academia. Quo fit, vt nō tantùm ex vniuerſa Hiſpania, Italiaq́, &

Germa-

Germania,ſed etiam ex Noui orbis terris, & Peruræ regionibus,ſingulis annis quàm plurimi adoleſcentes ad capiendum ingenij,& morum,& doctrinæ cultum,in eam vndiq; conueniant:propterea quòd virtute fulgens,religione & pietate integra, iure ac legibus æqua,Muſarum locuples, collegiorum diues,agri fertilitate fœcūda, cœlo clemens, ædificijs pulchra, & virorum in omni diſciplinarū,ac virtutū genere præſtantium multitudine inſtructa,benèq; ornata apud omnes perpetuò ſit habita. Quam ob rem ſi eam fœliciſsimam omnes iudicāt, quòd te regem,& patronū omnibus numeris abſolutiſsimum,& cūctis tum corporis, tum animi dotibus ornatiſsimum diuina bonitate ſit conſequuta,certè fœliciſsimum te iudicare etiam debent, quòd talem nactus ſis Academiam,in qua non minus viget,ac floret Minerua,quàm in tuis caſtris,& ſignis militaribus vincit,ac triūphat Pallas.

Hæc

*Hæc verò (*PHILIPPE*, rex potentiſs.) effecerũt, vt depulſa formidine hoſce meos labores maieſtati tuæ conſecrarem. Quos ſi hilari vultu (vt ſpero, atque confido) exceperis, animũ deinceps mihi addes alios maiores aſſumendi, & maieſtati tuæ offerendi: quàm Deus Opt. Max. benè fortunet, & incolumem diutiſsimè cum perpetua fœlicitate, & de hoſtibus victoria, ac triumpho ſeruet, atque defendat.*

Errata ſic corrigito.

Pag.	lin.		
		¶ *En los Preambulos.*	
13	7	quàm	quam
		¶ *En la obra.*	
10	8	perantia	rantia.
11	20	& Seleuco, Antiochi regis	cho Seleuci regis.
27	14	facile talis vultus	facile
35	15	ſenuum	ſenſuum
45	27	hic im-	hic
46	20	3. par.	3. primi.
51	15	ingreſſerunt	ingeſſerunt
58	13	alteriq;	atteriq;
60	13	quod ſi quis	ſi quis
92	vlti.	principum	principium
100	8	reſpiraturis	reſpirationis
115	pen.	pulſuum	pulſum
121	antep.	inflammaro	inflammato
141	2	oedama	œdema
149	16	pareret	paret
179	5	aſsitæ	aſcite
	pen.	intercu-	inter-
192	21	obſtructus	obſtructis
193	4	termina	tormina
201	4, 14, 21	aſsite	aſcite
203	3	obiection	obiectioni
205	11	aſsite	aſcite
212	10	mortem	morem
215	9	fouêre	fuêre

256	18	tio circa	circa
248	12	inſtenſtinis	inteſtinis
259	4	aëris	aëreis
283	28	expellentur	expellerentur
289	4	expurgane,tonctuoſas	expurgante,vnctuoſas.
312	25	ſanguine	ſanguinem
334	3	colore	& colore
	20	ſententia	ſententiæ
342	2	ani-	anima-
367	1	creationi	creationis
	28	fluxi	fluxio
386	10	ſed ex	ſed
407	18	facies	faciens
408	7	mãbra	membra-
414	1	concubito	concutito
420	23	caloris	coloris
425	6	difficicilis	difficilis
	7	præcniát	prænunciant
436	21	crebrum	cerebrum
458	18	ſimpliciſsimè	ſimpliciſsimæ
475	27	ſuadaſſe	ſudaſſe
519	28	nominat	nominant
524	9	meſeraica in	meſeraicas
543	4	diſputatione	diſputationem
557	21	præcognotionẽ	præcognitionẽ
559	4	mus inepta	inepta
	ibid.	neceſſariar	neceſſariarum
560	vlti.	manent	manet

Iuan Vazquez del Marmol.

IOANNIS BRAVI PETRAFITANI, DOCTORIS MEDICI, ET SCHOLAE MEDICAE Salmanticenſis publici profeſſoris, in primum Prognoſtici Hippocratis librum Commentaria.

PRAEFATIO.

EX omnibus Medicinæ partibus, nulla eſt, quæ artis excellentiam, & Medici præſtantiã adeò oſtendat, ac manifeſtet, vt ea, quæ euentus præſagiendi rationem docet. Nam reliquæ non tantum claritudinis, & ſplendoris, vt iſta obtinere videntur. Atqui, vt à Diagnoſtica exordiar, hæc quidẽ digna eſt, vt in maximo precio, & honore habeatur: vtpote quæ ſola vel maximè hominis naturam, & ea, quæ illius gratia ſunt genita, exactiſsimè perſcrutetur, cauſarum effectiones cognoſcat, & rerum omniũ, quæ ſub cælo ſunt, potentias, & virtutes meditetur. Vndè ſi verum eſt illud Poëtæ: Fe- Virg. libro 3. Georg.

lix qui rerum potuit cognoſcere cauſas: conſequitur vt Phyſiologia, quæ illas expendit, & perſcrutatur, meritò præclara, & diuina cenſeatur. Veruntamen cùm hanc pauciſsimi aſſequãtur, fit vt pauciores ſint, qui virum philoſophum, atque ſapientem à ſophiſta, & blaterone ſecernant. Quin immò ſæpè euenit, vt iſte ſapientior, quàm ille reputetur; quia, vt Hippocrates ait; Cuiuſcunque lingua magis ſoluta fluensq́; turbæ viſa fuerit, is in ea diſputatione ſuperior iudicatur. Turbam vocans imperitorum hominum multitudinem, qui nec etiã, quid ſit demonſtratio, nouerunt vnquàm. Altera medicinæ pars, quæ curatiua appellatur, licèt vtiliſsima, ac neceſſaria ſit, & plus quàm reliquæ ponderis, ac negocij in ſe obtineat, non tamen hominibus ita admiranda, veluti Prognoſtica, habetur. Adde etiam quòd curatione docti, ab indoctis ſeiungi nequeũt. Nam, vt dixit Hippocrates,

Libro. 1. de Natura humana.

1. de victu acutorum.

tes,

tes,nec ipſorum diſputationes,nec artis inſtrumenta, nec operationum exitus (quæ tria in alijs artibus quales ſint artifices declarant) idiotis hac in re quidpiam conducunt: quoniam medicas diſſertationes imperiti non aſſequuntur: & medici omnes eiſdem vtuntur inſtrumentis. Atque exitus, qui alibi ſolent acta probare, in medicina ambigui ſunt, & fallaces: propterea quòd ſæpè curationes rudibus & ignaris medicis, non arte, ſed caſu quodam, ex voto ſuccedunt: valente nonnunquam natura non tantùm morbum, ſed & errores mali medici, ſuperare. Quemadmodum interdum adeò iacet, vt ne per iuſtum, & opportunũ quidem medicamentum aſſurgere queat. Quo fit, vt vulgus, quod ſolùm exitum curationum conſiderat, & rationem rerum ignorat, bonum medicum, malum; & malũ, bonum exiſtimet. Ex quibus iam liquet per dignotionem, atque curationem, medicinæ

dignitatem, & magnitudinē nondum oſtēdi. Quare ſola ſupereſt prænotio, qua tātùm artifex vti poteſt, cuius occaſione illa non tātum ſophiſtarum, & logiatrorū technas, & impoſturas detegit: ſed & hominibus admiranda, & ſtupenda exiſtit, quia prædicere ea, quæ ventura ſunt, anteà quàm ſenſibus exponantur, humanam vidētur facultatem ſuperare; ac plus eſſe quàm præſtari ab homine poßit. Et quanuis Ariſtoteles dicat artes eas eſſe artificioſißimas, in quibus minimū eſt fortunæ: hæc, et ſi artificioſißima habeatur, tamē fortunæ bonis nō priuatur; quia medico futura prædicenti non ſolùm optimè curatio ſuccedit, ſed etiā multis illi concredentibus, plurimum ſibi exiſtimationis, & auri breui tempore comparabit. Verūtamen eſt hæc tractatio difficilis: qua de cauſa pauci opus hoc interpretari ſunt aggreßi, & pauciores adhuc extitere, qui illud exactè expoſuerūt. Quod me præci-

1. Politic. cap. 7.

præcipuè impulit, vt poſt tot ab Hippocrate tranſacta ſæcula hoſce cõmentarios ediderim; in quibus hoc mihi in primis curæ fuit, ea tantùm ſcribere, quæ à reliquis expoſitorib9 vel omiſſa, vel minus benè ſunt enarrata: ea omittere, quæ alij exactè vel tradiderunt, vel docuerunt. Quapropter ſi in aliquibus breuis, nec adeo copioſus ſim, interpretum, qui ante me fuerunt, diligentia excuſari debeo, qui plura ſibi colligẽtes, pauca mihi ſcribenda reliquerunt. Quòd ſi interdum exactiùs, quàm illi id aſſequi videar, nemo mirari debet, ſi homo Salmanticæ altus, atque eruditus plura proſpexerit, atque intellexerit, quæ alij, qui celeberrimam hanc academiam non viderunt, aut à limine tantum ſalutauerunt, percipere nõ potuerũt. Vtcumq; ſit (Lector clariſſime) te rogo, vt hos noſtros labores boni conſulas, in quibus mihi tantùm rem medicã omnem amplificare, & illius ſtudioſos, quibus

publico docendi munere opitulari non potui, adiuuare in animo fuit. Quare eis feliciter fruere, ac Vale.

PROGNOSTICVM PRIMVM.

Medicum vti prouidētia, vt mihi videtur, optimum eſt.

COMMENTARIVS.

MEthodici aſſerebāt, medici munus eſſe prę-ſentem tueri ſanitatem in benè valētibus, & amiſſam reſtituere in ægrotantibus. Quia medicina, vel Auicenna teſte. 1. parte, doct. 1. cap. 2. ſcientia eſt, qua humani corporis, vel ſani, vel nō ſani, noſcuntur affectiones, vt ſanitas dum adeſt, conſeruetur, recuperetur q́; dum eſt amiſſa. Iſti, prædicendi artem, tanquam ſuperuacaneam, & à medicina alienam explodebant, dicentes, futura prædicere, vaticinatorum, non medicorum eſſe officium. Quorum opinionem in præſenti Hippocrates conuellit: demonſtrans, prædicendi ſcientiam, ad medicinam attinere: nec extra illius claſſem eſſe. Quia, vt ait in cōm. Galenus, hæc, nō minus quàm reliquæ medicinæ partes ſalutis cauſa, cenſetur. Quorum Galeni verborū ſenſum, Chriſtophorus Vega, vir doctiſsimus, in præſenti non eſt aſſequutus, dum ait, illum velle, Hippocratem, tanti curationem, quanti prædictionem, facere ad medicorum æſtimationem, ad quam, non minus conducere videtur, prædicere futuram mortem, quàm deperditam reſtituere ſanitatem. Quod etſi verè ſit dictum, non eſt tamen ad Galeni mentem enunciatum: cùm nihil aliud prædictis verbis voluerit ipſe, quàm ex methodicorū hypotheſi de-

Vega interpretatio refellitur.

monſtrare,futura prædicere, medicorum,nõ aruſpicum eſſe munus: artemq́; præſagiendi ad ſanitatem nanciſcendam, vel tuendam ſummopere conferre:cùm ſine ea nullus medicorum rectè curare poſsit, ſcribente eodem.10.meth.cap.6.curationem ſemper dignotionem, prænotionemq́ue cõſequi. Siquidem vt dignoſcat id, quod præſens eſt,& prædicat, quod ex eo futurum eſt, oportet, qui volet, notabilis efficaciæ remedio vti. Quod ſimiliter confirmat lib.primo de ijs,quæ in medicatrina fiunt,cõm.2.&.1.de victu acutorum cõm. 3.dum ait,curationem, propter ſeipſam à medicis exerceri:dignotionem verò atque prænotionem, propter curationem. Verùm quo pacto hoc eueniat,declarabitur infrà. Hoc tamẽ in loco animaduertendum cenſeo,Hippocratem in pręſentia prouidentiæ nomen pro præſenſione ſumpſiſſe. Eſt enim prouidentia, idem, quod proſpicientia, ſeu præſagium,quod Gale.4.de præſagitione ex pulſibus.cap.1.rei futuræ,per ea quæ apparent, prædictio exiſtit:vel rei venturę ex præſentibus ſeſe offerentibus ſignis, & indicijs prænunciatio. Quidquid enim natura ſenſile,ratiocinatione perueſtigamus, antea quàm eueniat, prædicere dicimur, indicantes nomine, vt talia videamus oculis animi,anteà quàm fiant,licet non me lateat prouidẽtiæ vocem interdum,pro ſtudio, cura,& diligẽtia quam in rem quampiam impendimus,vſurpari, vt apud Euripidem de Polyxena loquentem, quam Pyrrhus gladio interfecerat,videre eſt: Hæc moriens tamen(inquit)multum prouidit, vt honeſtè cader

Ars præſagiẽdi ad curationem requiruntur.

caderet. Sumuntur præſagia ex multis vt Valleriola in cõm.ad lib.Galeni de conſt,art. med.doctiſsimè annotauit,puta,ab ægro,morbo,ſymptomatis morbum ipſum comitantibus, facultatib⁹, actionibus,& partium excrementis, ad hunc modum: Ab ęgrotante quidem ex illius habitu,facie, & decumbendi modo,iactatione,anguſtia,& anxietate, ab illius partibus, oculis, lingua, naſo,labris,auribus, manibus,pedibus,digitis, atque vnguibus:à morbo ſcilicet,illius natura, magnitudine,ſeu vehementia,malignitate,ſeu malo more: à ſymptomatis autem, vt ſyncope, animi deliquio, delirio, vigilia, ſiti, dolore: à facultatibus corpus noſtrum gubernãtibus, earundemq; actionibus, & partibus excrementis,vt ſi vitalis facultas imbecilla ſit,item & animalis,& naturalis.Ad hæc ſi malè harum facultatum actiones obeantur: ſi mala ſint alui aut venoſi generis excrementa: ſi ſputa item mala ſint, difficulterq; excernantur.De quibus omnibus in his tribus libris diffusè agit Hippocrates, & nos pariter verba faciemus eius mentem interpretantes.

PROGNOST. II.

Præſentiens enim, & prædicens coram ægris, præſentia,præterita,& futura,quæq; infirmi omittunt,enarnans:creditur agnoſcere magis ægrorum res.Hinc audent homines magis ſe concredere medico.

COMMENTARIVS.

VTilitates,quæ ex prædictionibus accedunt, hoc in contextu,&duobus ſubſequentibus,

Prognoſtica artis vtilitas.

Hippocrates explicat, quæ ſimiliter in fine commentationis præcedentis, & lib. de conſtitutione artis medicæ, à Galeno recẽſentur. Etenim præſagia & ægros ad obtemperandum faciles reddunt, & tempus remediorum præmonſtrant opportunum: ac deniq́ue medicum à mortis crimine immunem faciunt. Quantum verò ægri obtempeperantia, & obſequẽtia, morborum curationi adſtipuletur, ex Hippocrate diſcere licet. 1. epidem. par. 2. aphor. 51. dicente, medicam artem his tribus compleri, morbo, ægro, & medico artis miniſtro: ægriq́; eſſe vnà cũ medico, morbo reluctari. Porrò morbo reluctabitur, ſi Galeni præceptum ſecutus. 1. aphor. cõm. 1, medico ſalutaria cõſulenti pareat; & in nullo propriæ indulgeat voluptati. Plerunq; enim illius vitio, & non medici, mors accidere aſſolet, quòd veris, & vtilibus medici præceptis obtemperare noluerit; vt lib. de medico ſcripſit Hippo. Cuius rei cauſa ab eodem, lib. de arte, tradita eſt: dicente; Aegros morbo plenos, cibarijs vacuos, potius ea captare, quæ placent, & morbum augent; quàm quæ ſalutem pariunt: nõ quòd ipſi mori cupiãt, ſed quòd malum ferre nequeãt. Ideo opus eſt eos parêre; aliter, moriuntur. Quapropter prudẽtiſsimè Galenus lib. 1. de diebus decretorijs. cap. 11. ægrotãtem iubet in omnibus medico obedire, nihilq; ex intemperantia delinquere: cum non ſatis ſit medico ſuo munere fungi, ni ægri accedat obtemperantia. Quemadmodum in aphoriſmorum initio cõceptis verbis innuit Hippocrates: & in præſenti ait, artem prædicendi, ad

Aegri obtemperãtia ad curationem exigitur.

hoc

hoc vtilem eſſe, quòd ægri, medico confidentes, obſequentiores redduntur:atq; ita obſequendo, & ſe ipſos illi committendo, à morbis facilius liberantur.

¶ *Quæq; infirmi omittunt, enarrans.*] Infirmi omittunt,non quæ nullo pacto nouerunt,ſed,vt Galenus in cóm.ait,ex cauſis,prægreſſas nomine,& ex accidentibus,ea,quæ ipſi ægro, non tamen medico,euidentia ſunt, & ſenſibus vſurpata; vt in pulmonia,maxilla rubicunda.Nam quædam horum, infirmi dicere refugiunt. Quæ verba Chriſtophorus Vega, medicus eximius,ac celeberrimus, perperam accepit, cenſens expungenda ea eſſe, tanquam falſa,& Galeno indigna. Nam Galenus nō vult maxillam rubicundam ægros dicere ſubterfugere, ſed quædam tantùm ex accidentibus, & ex cauſis manifeſtis.v.g. ſi quidpiam contra medici mandatū commiſerint,aut aliquo impudico amore teneantur. Quod contigit Iuſtæ,Boëtij viri cōſularis vxori:& Seleuco,Antiochi regis filio,amore contabeſcentibus:illa,Piladis in theatro ſaltantis; hic,Stratonices nouercæ.vt Galen' infra cōm. 4.& lib. de præcognitione ad Poſthumum cap. 6. & Valer. Maximus lib.5.referunt. Nec Galenus, maxillam rubicūdam in pulmonia poſuit pro exemplo eorum,quæ ægri dicere refugiunt:ſed illorum potius,quæ ſenſibus vſurpantur,& ægro ipſi conſpicua ſunt. Nec hoc ſignum vulgaribus manifeſtum,medicum, tanquam rem magnam ſimpliciter prædicturum eſſe innuit. Quia quæ conſpicua ſunt,& omnibus nota, nullum magnū momentum

Vega perperā accepit Galeni verba.

mentum in prænotionibus habent. Cùm authore Galeno.3.de difficultate reſpirationis cap.8.bonorum medicorum munus ſit,non, quæ idiotis iã apparent,præſagire; ſed quæ ipſos latent. Veruntamẽ Galeni mens in præſenti eſt,quòd cùm medicus,prima ægroti(quem anteà nunquam inſpexerit)viſitatione,ex pulſu,& reſpirandi difficultate,& alijs,quæ pulmoniã oſtendunt,indicijs,morbum infeſtantem,pulmonis inflammationem eſſe cognoſcit: & deinde adſtantibus profert,rubedinem illam maxillę,non eſſe ægrotanti genuinam, ſed morbi ratione contractam: ijs,qui medicã artẽ non callent,admirationẽ pariet. Vndè eueniet, vt omnes,qui iudiciũ audierũt,medici eruditionẽ magnifaciãt, & æger illi ſe cõmittere nõ dubitet.

Verborum Galeni explicatio.

PROGNOST. III.

Ita curationem optimè molietur, prænoſcendo ex præſentibus futuras affectiones. Fieri enim non poteſt, vt ægros omnes,ſanos faciat. Id enim melius foret,quàm præſentire futura.

COMMENTARIVS.

HÆc eſt maxima vtilitas,quæ emanat ex prædictione.Nam medicus preſagiendo futura, obuiam it affectionibus in poſterum contingere paratis,eorum euentum in totum prohibẽdo, aut ſaltem magnitudinem minuendo. Quapropter præcautioni ſummopere conducit:quæ,cùm,auctore Galeno lib. de conſtitu.artis medicæ cap. 19. & libr. de ſanitate tuenda ad Thraſibulum cap.30.&.31.illos , qui in morbos rapiuntur, declinantve, præcaueat,ei medicinæ parti, quę medetur

detur tantò præſtantior exiſtit, quantò melius eſt morbos prorſus non ſentire, quàm à morbis liberari. Quemadmodũ nauis gubernatori longè pręſtantius eſt, antea quàm in tempeſtatem incidat, iter abſoluere, quàm periclitatum, fluctuatumq; euadere. Quæ Galeni lib. introductorio, ſeu medico docta eſt ſententia. Itaq; præſtabilius eſt, futurum morbũ præcauere, quàm prorogare, aut defixum profligare. Quia morbus cùm iam hominẽ grauiter exercet, maiori difficultate depellitur, quàm cùm nondum inuaſit. Nam (vt eſt in prouerbio) turpius eijcitur, quàm non admittitur hoſpes. Hanc præcautionem ſine præſagiendi arte exercere velle, eſt omnino impoſsibile, aut inutile. Ea namque adiutus Galenus lib. de ſanguinis miſsione cap. 7. imminentes, aut futuros morbos iubet anteuertere venæ ſectione. Qua ſimiliter ratione in ephemera ex obſtructione, & ſynocho ſimplici lib. 9. meth. cap. 5. ſanguinem copioſè detrahit, anteà quàm materia putreſcat. Dixit, medicum optimè curationem moliturum, non optimè ſanaturum: quia fieri nõ poteſt (quẽadmodũ ipſe ſcribit) vt ægros omnes ſanos faciat. Quod itidem in cæteris artibus, quæ cõiectura nituntur, euenit: dicẽte Ariſtotele lib. 1. Rhetorices cap. 1. iuxta finem, officium Rhetoris non eſſe perſuadere: ſed optimè dicere ad perſuadendum: nec medici munus eſſe ſanare, ſed facere poſsibilia, vel debitè applicare medicamenta ad ſanandum.

Præcautio curatione praſtãtior.

Rhetoris officium.

PROGNOST. IIII.

Cum autem homines intereant, alij prius, quàm adhibeant

beant medicum, ex vi morbi: Nonnulli *adhibentes etiã medicum, ſtatim moriuntur: alij diem viuentes vnum: nonnulli paulò plus temporis, antè, quàm medicus arte ſingulis morbis repugnet.* Oportet igitur agnoſcere *talium naturas affectionum, quantùm ſupra vires corporis ſint:* Pariter, *& ſi quid in morbis diuinum ineſt, illius quoq; ediſcere prouidentiam.* Ita *enim meritò commendabitur, & bonus medicus erit.* Etenim *ſupereſſe qui poßint, eos vel magis poterit rectè ſeruare, ex multo ante tempore ſingulis conſulẽs.* Atq; *morituros, euaſurosq; prænoſcens, ac prænuncians, culpa vacabit.*

COMMENTARIVS.

PRædictæ duæ vtilitates frugiferæ ſunt ægrotanti: quia ex prædictione redditur obtemperans, confidens, atq; ſperans. Quantum verò hæc ad ſanitatem conſequendam faciant, Auicéna docuit lib. 6. naturaliũ, dum, ait, in curationibus ſæpè plus ægrotantis confidentiam efficere, quàm medicum cum præſidijs ſuis. Vnde illud Meſueï: Ille plures ſanat, in quo plures confidunt. Præſens verò vtilitas in commodum vergit medici, qui morituros prædicẽs, culpa vacat internecionis. Quòd ſi æger, medico nihil tale præſagiente, pereat, calumniam fugere non poterit, Hippocrate auctore, lib. de affectionibus, vbi inquit: Si verò, medico non rectè curãte, aut non prænoſcente, æger à morbo ſuperetur, medici culpa eſt. Porrò vt hæc medicus conſequatur, duo addiſcere eſt neceſſe, naturæ robur; & magnitudinem, atq; vim ægrotationis: quæ ſi tanta eſt, vt nullis ægrotantis viribus,

Parte. 5. ca. de virtute motiua.

bus, nec aliquo artis beneficio poſsit ſuperari, ægrum mori neceſſarium quidem eſt. Quo caſu ſi medicus prædixerit moriturum, crimine mortis accuſari non debet. Quod Hippo. loco citato voluit, dicens: Si verò morbi ſæuitas, & naturæ, atq; medicinæ opera ſuperet, nõ hæc medici culpa eſt, dummodo illum moriturum prædicat. Galenus lib. 3. de criſibus cap. 5. ad futuram mortem prænoſcendam, iubet morbi magnitudinem, & naturæ robur cognoſcere, & futurũ ſtatũ prænoſcere. Sic enim fiet, vt nõ ſolùm mortẽ, ſed & modũ mortis, & ipſius tẽpus intelligamꝰ. Secũdò, Hippocrates, ſi quid in morbis exiſtit diuinũ, illius iubet ediſcere prouidentiã. Quid autẽ per hoc diuinum ſit intelligẽdum, litigiũ grãde apud medicos eſt. Veruntamen Galenus in preſenti cõm. vocem hãc pro ambiẽtis nos aëris conditione interpretatur. Et iure quidẽ ambientẽ nos aërem diuinũ vocat, quoniam ipſe Hippocrates vulgi conſuetudinem ſequens lib. 1. epidem. conſtitutione. 2. cõ. 3. aërem, qui ſupra nos eſt, cœlum appellat, dũ ait: Cœlum erat procelloſum, & nubilum. Quod ſequutus Galenus lib. 9. methodi cap. 5. cœli ſtatum vocat ipſam ambientis nos aëris temperaturam: ſub qua & regionem, & anni tempus comprehendit. Ex quibus liquet Hippocratem atq; Galenũ, aërem, qui ſupra nos exiſtit, cœlum appellare: ſed cœlum, diuinum vocare, haud ab re eſt. Depẽdet morbus ex aëre, aut quia in calore, & frigore, vel apertis qualitatibus ſuſcipit mutationem, quam variæ anni, & temporum conſtitutiones efficiunt.

Ex quibus futura mors præſagietur

Quid per, diuinum, Hippocrates intellexerit.

Aër duplici modo alteratur.

Pro

Pro qualitate enim admiſsi aëris, vel temperari, vel morboſi ſpiritus, & humores fieri maximè ſolent, ſi Galeno fides habetur. 1.epidem. part.1. Quapropter ſi quo modo ęgroti regio ad ventos, & ſolis exortus,& occaſus iaceat,medicus intellexerit, nõ ſolùm præſentes affectiones cognoſcet; verum & futuras præcognoſcet,vel eodem Hippocrate ita tradẽte lib.de aëre, aquis,& locis. Ad eundem modum ex varijs ventorum, & temporũ anni mutationibus. 3.lib.aphor.plurimos futuros morbos prædicit. Nã aphor.11. ait: De tẽporibus ſiquidem hiems ſicca,& aquilonia fuerit,ver autẽ pluuioſum, & auſtrale, neceſſe eſt, æſtate febres acutas fieri,& lippitudines,& inteſtinorum difficultates,præcipuè verò mulieribus,& viris,qui natura ſunt humidiores. Et aphoriſ.12.ſubdit: Si verò hiems auſtralis,& pluuioſa,&tepida fuerit; ver autem ſiccum,& aquiloniũ,mulieres, quibus partus in ver incidit,& quacunq; occaſione abortiũt. Quæ verò pariunt,imbecilles,& morbidos infantes edunt. Quare vel ſtatim intereunt, vel tenues, & valetudinarij viuunt. Cæteris verò mortalibus difficultates inteſtinorum, & lippitudines ſiccæ fiunt:ſenioribus autem deſtillationes,quę citò interiment. Et deinceps ſubiungit:Si verò æſtas ſicca fuerit, & aquilonia; autumnus verò pluuioſus & auſtralis, dolores capitis vehementes ad hiemẽ fiunt, & tuſſes,raucedines,atque grauedines:quibuſdam autem & tabes. Et conſequenter aphor. 14. ſcribit: Si verò autumnus aquilonius, & ſiccus exiſtat, ijs, qui naturam habent humidiorem, & mulie-

mulieribus confert: reliquis aurem erunt lippitudines ſiccæ, & febres acutæ, & grauedines longæ: nonnullis verò morbi melancholici. Verùm hęc ad manifeſtas pertinent qualitates, ad nō manifeſtas, vt quando aër propria ſua ſubſtantia nō in qualitatibus manifeſtis mutatur: quæ ſanè mutatio nobis aduerſaria exiſtit, & inimica prorſus, corpora noſtra peſtilenti natura diſsipans, ac corrumpens. Quę vt abdita eſt, nobisq; prorſus ignota, ſic pauca inuenta ſunt, quæ occultam illam cauſam depellere poſsint. Et cum hæc ob corporum cæleſtium influxus, vt aſtrologi dicunt, & quorũdam ſiderum concurſus fieri ſoleat, poteſt etiam ſub diuini nomine ab Hippocrate in præſentia comprehendi.

Aëris mutatio ſecundũ ſuam ſubſtãtiam.

PROGNOST. V.

Conſiderare autem conuenit hunc in modum per morbos acutos. Principiò vultum ægroti, ſitne ſimilis bene valentium, potiſsimum ſui: ita enim optimus erit. Si verò quàm maximè contrarius ſimili ſit, horrẽdiſsimus eſt.

COMMENTARIVS.

CVm, teſte Ariſtotele lib. 1. elenchorum in initio; neceſſe ſit diſputantes, in vocibus conuenire; quid per acutũ morbum Hippocrates intelligat, principiò eſt diſſerendum. Porrò acutus morbus is eſt, qui præter id, quod celeriter iudicatur, ſtatim magnitudinem habet adiunctam. Atq; hanc definitionem Galenus tradit. 1. aphor. cõm. 7. & 2. cõm. 19. & 23. in qua ſub magnitudine, non tantùm vehementia, ſed & malignitas intelligitur. Quemadmodum lib. 4. meth. cap. 6. cum morbum,

Sub magnitudine malignitas cõprehẽditur.

bum, magnum trifariam dici voluit, vel propter afflictæ partis præſtantiam, vel propter ipſius affectus magnitudinem; vel propterea quòd eſt cachoetes.lib.tamen.2.de diebus decretorijs cap.12. acutum morbum eum eſſe voluit, cui motus eſt velox, & ſubitò pericula adueniunt, cuius non vnam,nec ſimplicem dixit eſſe rationem. Nam ex morbis acutis, quidam ſunt exactè peracuti,quorum terminus eſt dies quartus: alij peracuti tantùm, qui ſeptimo die finiuntur: alij acuti exactè, qui finiuntur decimoquarto,iuxta aphor.23.2.ſectionis. Alij acuti non exactè, qui iudicantur vigeſimo, de quibus Hippo.infrà verba facit libr.3. prog.3. Alij acuti ſunt ex decidentia, qui vltra vigeſimum prorogantur diem, nempè ad quadrageſimum, ſexageſimum,octogeſimũ. De quibus omnibus in præſenti opere Hippo.agit, vt Galenus infrà lib.2.cõm.1.docet.

Acuti morbi multiplicitas.

¶ *Principio vultum ægroti.*] De prognoſticis tractaturus Hippocrates,traditurusq; omnem præſagiẽdi modũ,rectiſsimè ab indicijs, quę in facie vidẽtur,exorditur. Qm̃ facies obtutui medici primùm ſeſe offert; quippe,vt Galen' ait lib.1.de ijs,quę in medica trina fiunt cõm.5.vbi ſtatim quis ad ægrũ viſendũ ingreditur, nulla alia corporis pars, priùs quàm facies, ſeſe contemplandam præbet. Adde, quòd,teſte eodem Galeno lib. 9.de placitis Hippo.atq; Platonis cap.2.indicia à facie ſumpta vnicuiq; cognitu facillima ſunt,& maximam ad præſagiendum vim obtinent. Cùm igitur ars quælibet,vel Ariſtotelis ſententia libr.5. methaphi.cap. 1.ab

1. ab eis quæ in ea facillima fiunt, & manifeſta, initium capiat; non immeritò ars hæc præſagiendi ab indicijs faciei primùm auſpicatur. Adde, faciē aptiſsimam eſſe ob eius laxitatem, & raritatem, vt celerius in ea, quàm in ceteris corporis partibus morbi veſtigia imprimantur. Eſt enim facies, velut ſermo quidam tacitus mentis, & veluti feneſtra, ac ſpeculum, nobis euidenter oſtendens partium principum affectiones. Vnde illud Ouidij 2. metam. Heu quàm difficilè eſt crimen non prodere vultu. Et Carmelita Mātuanus elegia. 1. Frōs eſt (inquit) animi mutabilis index. Et meritò quidem, quia qualis eſt in corde, ac reliquis pręcipuis partibus affectio, talis ſeſe oſtendit in facie. Quoniam natura corpus gubernans ab omnibus membris nobilibus ad faciem ſanguinem tenuiorem, & multos tranſmittit ſpiritus, in eamq; plurimum natiui caloris decumbit. Quo fit, vt per indicia in facie ſumpta, facilè iudicium ſumatur de ſtatu primorum membrorum, omniumq; facultatum in eis vigentium. Quapropter talibus medicus indicijs fiſus maiori cum certitudine poterit, non ſolùm quæ præſentia habentur, intelligere, ſed & ventura præſagire.

Ars qualibet à manifeſtioribus orditur.

PROGNOST. VI.

Fuerit autem eiuſmodi. Naſus acutus.

COMMENTARIVS.

PEr indicia particularia explicat quæ contextu præcedenti vniuerſali ſermone docuerat, dicens, malum eſſe vultum, atque exitioſum, in quo omnia hæc ſigna conſpiciuntur, nempè, naſus

acutus, caui oculi, aſtricta tempora, aures frigidæ, & reliqua, quæ deinceps ſequuntur. Porrò quàm ſit malum comprimi in acutis morbis naſum, duplici via probat Galenus, nempè epilogiſtica, & analogiſtica. Epilogiſtica ratio erit, cũ quis propoſitã ſententiã ſic probare aggreditur. Quidquid in acuto morbo naturæ ęgrotãtis cõtrariũ exiſtit, malum eſt indicium: at naſus compreſſus naturæ ægrotantis cõtrarius eſt; igitur malus. Hæc enim ratio epilogiſtica eſt, quoniam ex medio fit, omnium hominum aſſenſu conceſſo. Hoc autem eſt: omne naturæ contrarium, eſt malum; & tãto deterius, quanto à naturę diſpoſitionibus magis recedit; quod Galenus infrà lib. 2. cõm. 32. tradit, atque idipſum itidem ſcribit lib. 1. de criſibus cap. 12. in fine; & libr. de medici officio com. 2. & 9. de placitis cap. 2. Probat deinceps Galenus, naſum compreſſum, naturæ ægrotantis contrarium eſſe, exemplo eorum, in quibus ſolet apparere. Apparet enim in ijs, qui diutino morbo extenuantur, aut vehementi dolore conflictantur, aut animo linquuntur: & item in defunctis: quæ omnes diſpoſitiones prauæ ſunt: quare & naſus compreſſus, quòd per tales exiſtat affectiões, prauus meritò cenſeri debet. Veruntamen tota hæc ratio epilogiſtica eſt, quam (vt lib. 4. de victu acutorum morborum cõm. 44. Galenus ait) tantùm norunt illi, qui id, quod fit ſola, citra logicã demonſtrationem, experientia norunt. Quod de Hippocrate dici non debet. Quoniam teſte Galeno cõm. 1. lib. 1. aphor. Hippocrates dogmaticus fuit,

Via aliquid inueniendi duplex, analogiſtica, & epilogiſtica.

Quibus indiſpoſitionib⁹ compreſſus naſus appareat.

fuit,& rationalis. Veruntamen breuitati,& maiori perſpicuitati ſtudens,epilogiſticè de præſagiendi arte diſſeruit. Ceterum Galenus boni expoſitoris officio functus,Hippocratis ſententiam analogiſmo etiam probat,hunc in modum. Quidquid in acutis morbis cauſam indicat conſumentem non ſolùm ſanguinem, & ſpiritum , ſed & ſolidas animalis partes,malum eſt indicium:Sed naſus compreſſus eſt huiuſmodi , ergo malus. Veruntamen licet extenuatio peræquè totum corpus inuadat, citiùs tamen apparet in naſo, quàm in partibus alijs: quia per acutos morbos naſus promptiùs, quàm aliæ partes,extenuatur. Quàm verò facilius ſit ex acuti morbi incendio conſumi carnem illá, quæ in pinnulis naſi à natura inſeritur, quàm quæ in ceteris partibus continetur,perſpicuum erit legenti Galenum lib.11.de vſu partium cap.17.dicentem naſi alas cartilagineas eſſe, hominisq; arbitratu moueri oportere: & ideo neceſſe fuiſſe,illis muſculos inſeri: aliter enim nullo pacto motum volũtarium illis obtinere licuerat. Cùm,teſte Galeno lib.1.de locis affectis cap.4.& lib.1.de motu muſculorum in initio, nullus neruus ſolus per ſe ſine muſculo vllam huiuſmodi in animantis particulis functionẽ efficere poſsit, Cui Auicena ſubſcribit 1.part.doct.5.cap.1. Oportebat aũt muſculos iſtos paruos eſſe& exiguos,vt cartilagines ipſę ſunt exiguæ. Quare próptius eſt naſi tãtillã carnẽ illá abſumi in acutis morbis,quã ceterarũ partium caro,quæ copioſior,& cumulatior habetur,aut reliquũ naſi,ꝙ oſſeũ eſt, & abſumi cótumax exiſtit.

Solus muſculus,motus voluntarij eſt inſtrumentum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PROGNOST. VII.

Caui oculi,tempora aſtricta,aures frigidæ,contractæq;, & fibræ earum verſæ:& item cutis circa frontẽ dura,intenta, arida:& color totius vultus viridis, aut niger.

COMMENTARIVS.

Corpora calida,& humida promptè diſsipantur.

SEd multò promptius eſt oculos cauari, quàm naſum acui,quanto oculi naſo humidiores, ac calidiores habentur. Humida enim calidaq; corpora facilè abſumi,eorum ſubſtantia aliâs in habitum ſenſibilem ſoluta,aliâs in perſpirationes,quę viſum fugiunt, ſed ratione deprehenduntur diſsipata, exemplo aquæ calefactę,& corporum puerorum,lib.9.meth.cap.17,Galenus probat.Nam illa in ambientem aërem facilè exhalat:hæc verò cito digeruntur, ac diſsipantur,non aliam ob cauſam, vt Galenus ait, niſi quia calida ſunt, & humida. Eſſe verò oculos hac temperatura præditos illorum compoſitio manifeſtat, quæ ex tribus humoribus, & plurimo animali ſpiritu, natiuoq; calore prognata eſt. Quo fit vt accedente cauſa conſumente,ac diſsipante, veluti febrilis caloris incendio facilè abſumantur, ac ſtipentur, contrahanturq;:quod nihil aliud eſt,quàm oculos cauos fieri,vel illorum cauitates non impleri. Pari quoque modo tempora collabi, in acutis morbis, malum eſt indicium:quia ſignificat vim morbi tantã eſſe, vt valuerit temporalium muſculorum carnem abſumere. Vocat Hippo. hos muſculos ab opere, maſſeteras. 2.de articulis.tex.5.quorum officium eſt inferiorem maxillam abducere, cùm mordemus

Temporaliũ muſculorum vſus.

mus aliquid, vel edimus, vel os claudimus, quemadmodum lib.4.de anatomicis adminiſtrationibus cap.2.ſcriptum à Galeno eſt. Horum muſculorum ſecuritati prouidens natura (vt idem libr. 11.de vſu part.cap.8.docet) eos vtriq; temporum tanquam antro, vel cauo cuidam loco demandauit: probè gnara maximam fore animalibus perniciem, niſi illorum ſecuritati proſpexiſſet: dicente Hippo. 2.de articulis tex.9.plagas in temporalibus muſculis factas, lethales eſſe: propterea quòd magni ſunt, ac cerebro valdè propinqui. Inſeruit autẽ hoc loco prædictos muſculos natura vt temporum cauitate illorũ carne repleta, caput ad conuenientem figuræ eminentiam pro faciei decenti ornatu duceretur. Nam, cùm authore Galeno cap. 11.artis medicinalis, capitis propria figura ad ſimilitudinem ſit oblõgæ cuiuſdam ſpheræ: veluti ſi excogitares ſphæram exquiſitè rotundam, ex cera conſtructam, paulatim vtrinq; depreſſam: neceſſarium quidem fuit depreſsiones haſce carne impleri, ne caput, demortuæ caluariæ formam repræſentaret. Pari modo aures contrahi, & illarum fibras inuerti: & item circa frontem cutem duram, intentam, aridamq; fieri, in acutis morbis, valdè malum eſt. Quoniam conuulſionem ex ſiccitate, vel iã adeſſe, vel imminere ſignificatur, quæ ſi ſemel hominem inuaſerit, immedicabile malũ eſt. Cùm, auctore Galeno.7.meth.cap.5.& lib.12.cap. vlt.&.5.aphor, cõm.1.fieri non poſsit, vt ex inanitione conuulſio ſanari queat. Adde indicia prædicta ſi tantùm morbi violentia ſint contracta,

Conueniens capitis figura.

oſtendere conſumptionem humiditatis naturæ; eamq; non quamlibet, ſed eximiam, & abſolutã, cum qua vita diu perſiſtere nequit: ſi viuere, nutriri eſt, vt placuit Ariſtot. lib. 2. de anima cap. 4.

Viuere, nutriri eſt.

¶ *Et totius vultus color viridis, aut niger.*] Natura cùm hominum faciem produxit, rubidum, aut viuidum ei colorẽ dedit, qui colores fiunt ob ſanguinis, & ſpirituum ſplendorem, & natiui caloris vbertatem, qua vultus egebat propter ſenſoriorum multitudinem in ipſo à natura collocatorum non valentium peculiares functiones obire, niſi ſpirituum, & natiui caloris abundantia pollerent. Quo fit vt tales colores ſalutares exiſtant, ſi Galeno creditur. 4. aphor. cõm. 71. Quapropter communi epilogiſmo colligere poſſumus, colorem viridem, pariter, & nigrũ vi morbi factos, exitioſiſſimos eſſe, vtpote naturæ maximè contrarios. Significant enim ſanguinis refrigerationem, & natiui caloris extinctionẽ: quorũ vnũquodq; necẽ minatur; vtpote illius via exiſtens, vt Ariſtot. lib. de morte & vita cap. 3. & Galenus. 1. aphor. cõm. 14. literis prodiderunt. Et licet viridis color in vomitu, aut deiectione conſiſtens caloris ſemper ſit ſoboles, cùm prædicta excrementa non aliundè, quàm à rubiginoſo humore calidiſsimo, & ſicciſſimo tingantur, in vultu tamen præſenti ſemper ob refrigerationem euenit, quemadmodum voluit in cõm. Galenus qui de viridi colore verba agens, inquit: Eſt enim tanquam initium quoddã nigri, liuidiq;, quem frigus perindè quaſi nigrum effecit. Nec alio modo, quàm per refrigerationem

Color rube' naturalis.

Viridis faciei color à frigiditate prouenit.

color

color hic viridis poteſt eſſe initium liuidi. Quia, auctore Galeno primo de criſibus cap. 12. liuidus color ſemper eſt frigiditatis effectus. Fiunt huiuſmodi colores in facie diſsipato ſpiritu, & extincto calore natiuo. Quo fit vt ſanguis deinceps ſuperueniens cùm à frigore occupetur, ſplendorem amittat, & opacus, & turbidus reddatur: in quo ſi aliqua ſplendoris, & ſpirituum reſeruatur portio, viridis conſurgit color, ſi adhuc minor, liuidus. Quod ſi ſanguis ſuperueniens in totum fulgorẽ amiſerit; quod contingit omnino extincto calore, & refrigeratis ſpiritibus, color fit niger. Auicenna. 2.4. tract. 1. cap. 28. prædictis ſignis aliud addit, quod in facie exitioſa apparere aliquando ſolet: dicens, quòd ſi per præfatum vultum eleuetur piloſitas, ſeu hirſuties quædam, & appareat cinereitas, ſignum eſſe mortis feſtinæ, nec credendũ eſt, pilos in facie lethali eo tempore naſci: ſed potius dicendum abſumpto vultu, & conſtricta, & conſtipata carne faciei, pilos, qui antea præerant, longiores, ac eminentiores apparere, vt in cadaueribus, ſeu de mortuis corporibus vngues ſubcreſcere videntur, licet reuera non ſubcreſcant. *Hirſuties in facie, ſignũ lethale.*

PROGNOST. VII.

Si igitur inter initia morbi talis fuerit vultus, nec dũ ſcrutari alijs ſignis poßibile ſit: interrogare oportet, nũ vigilauerit homo: an aluus reſoluta admodum fuerit: an fame affectus: & ſi quid horum comprobet minori cũ periculo eſt. Iudicantur verò talia per diem, & noctẽ, ſi ob has cauſas talis fuerit vultus. Si verò nullum ho-

rum dixerit, neq; prædicto tempore deſtiterit, ſignum eſſe exitioſum ſciendum eſt.

COMMENTARIVS.

VVltum, quem hactenus depinxit, exitioſiſsimum eſſe, ſententia præcedenti docuerat. Nunc verò quo morbi tempore, & quibus cauſis exceptis lethalis cenſeatur hoc in contextu declarat, dicens: Inter initia morbi talis vultus ſi apparuerit, prorſus mortiferum eſſe: idque duplici de cauſa: & quoniam natura de repente non tam copioſam tolerat vacuationem, quin facilè deficiat (dicente Hippocrate. 2. aphor. 51. plurimũ, atq; repentè euacuare periculoſum eſſe: quia omne nimium naturæ inimicum) & quoniam morbi cauſa maleficentior exiſtit, cùm in tam modico temporis ſpatio corpus abſumere valuerit. Per initia, in præſentia trium dierum ſpatium intelligit, vt ex prognoſtico ſubſequenti fiet manifeſtũ: quo tempore ſi talis apparuerit facies, cauſam celeriter colliquantem, & abſumentem ſignificat. Nam, vt Galenus ait libr. 4. de ſimpl. med. facult. quidquid à minori cauſa longiori tempore fit, id à maiori, breuiori fieri poteſt, quod mellis exemplo probat. Nam hoc à ſuo ipſius calore temporis diuturnitate, & ab ignis calore, breuiſsimo ſpacio amaritudinẽ contrahit. Ex quibus clarè intelligitur per diutinum morbum, vultum hunc exitioſum adeò nõ eſſe: quoniam, vt docet in cõm. Galenus, lõgo interpoſito tempore conſumi corpus, & refrigerari partes extremas, haud quaquã mirabile eſt. Inter initia verò, præſertim acuti morbi ſi id faciat, prorſus

In diutino morbo vultus dictus mortem nõ portendit.

ſus exitioſum cenſetur. Veruntamen obijciet aliquis, ſi vultum nimis extenuari in acutis morbis, valdè malum eſt: cur Hippo. libro de natura humana cóm.4.in febre peſtilẽti corpora extenuare ſuadet? Cui dicendum eſt ob id hoc ab ipſo factum,vt ſimul morbi eſſentia comminuatur,& vt minimum peſtilentis aëris per inſpirationem trahatur; quod fiet ſi corpus humoribus,& ſanguine, atq; calore minimè turgens habeatur. Porrò quẽadmodum per morbos longos talẽ conſpici vultum non admodum lethale eſt,ita & ſi quis morbo teneatur acuto in frigida regione, aut anni tẽpore frigido,vel ætate ſenili, non multum exitioſum cenſeri debet:quia in iſtis facilè talis vultus abſq; multa ęgrotationis maleficentia talis vultus efficitur. Et hoc eſt quod ab Hippocrate.2.apho. ſect.34. dicitur,omninò minus periclitari illos, quicũq; aut regioni,aut tempori, aut naturæ propriæ connato morbo laborant. Quoniam tamen omnibus iſtis ſecluſis occaſione euidentium aliquot cauſarum,ſententia pręſens peruerti poſſet, ideo Hippocrates modò declarat, quænã ſint iſtæ cauſæ, quæ faciem in præfatá diſpoſitionẽ, abſq; morbi malignitate deducere poſsint; dicens, has eſſe,inſomnium vehemens,inopia alimenti,& alui fluor: quas medicus ſcrutari tenetur, prius quã de morte ægrotantis proferat iudicium. Præſtaret enim quemadmodũ ait in cóm.Galenus,adeò robuſtam eſſe facultatem, vt nec ab his quidem cauſis plurimum reſolueretur, ſed vultus integer maneret. Veruntamen minori cum periculo eſt quoties

Cur in febre peſtilẽti corpora extenuet Hippocrates.

Cauſæ manifeſtæ, quæ prædictum vultum ſine mortis periculo efficere queunt.

quoties ob aliquam talem occaſionem extenuatio contigerit, & non ob maleficentiam ægrotationis. Quoniam ab iſtis quidem cauſis facilè cõſumi corpus, prompteq́; illis remotis naturæ, & artis beneficio refici, & in priſtinum habitum reſtitui poteſt: non tamen ſic, cùm morbi maleficio id euenerit. Conſequens tamen eſt, vt exponamus quo modo cauſæ prædictæ faciem, qualem diximus, efficere valeant, à vigilia exordium ſumentes. Porrò hanc, plus quàm ratio poſtulat factam, corpus noſtrum extenuare, à Galeno dictum eſſe. 2. lib. aphor. cõm. 28. Vnde illud Ouidij lib. 1. de arte amandi.

Vigilia immodica corpora extenuat.

Attenuant iuuenum vigilatæ corpora noctes,
Curaq́; & immenſo, qui fit amore dolor.

Contingit autem hoc ex eo, quia, eodem Galeno auctore, cõm. 3. eiuſdem libri immodica vigilia fit propter calorem, anteriorem cerebri partem obſidentem: aut propter bilis abundantiam, aut ſiccam intemperiem. A quorum quolibet facilè cõſumi corpora poſſunt. Adde quod immodicæ vigiliæ, vt. 12. meth. cap. 3. ſcribitur, quidquid in nobis humidũ, aut halituoſum eſt, digerunt, & diſsipant. Et hoc caloris quidẽ ratione in exteris partibus reſidentis. Nam vt. 6. epidem. parte. 4. apho, 14. Hippocrates prodidit, vigilans calidior exteriùs, interiùs autẽ frigidior exiſtit dormiens contrà. Atque hæc itidem eſt, cauſa, ob quam, vigilia cibi appetentiã efficit: quod ſimiliter innuere voluit Hippocrates in eodem lib. aphor. 26. cum ait, aqua edax, vigilia edax. Porrò edacem vigiliã nominat,

minat, quòd edaces nos reddat, corpus digerendo, ac diſsipando. Nam inſitus calor dum per vigilias exterius emicat ſecum haud exiguam corporeæ ſubſtantiæ portionem educit. Qua de cauſa corpora noſtra diſſoluit, cóſumit, ac perdit. Quod ſecũdo loco noſtra corpora diſsipare ac extenuare valet, famem eſſe Hippocrates voluit. Per famem in præſentia non intelligens annonæ caritatem, quemadmodum. 2. epidem. parte. 4. cùm inquit, in oppido Æneo viri & mulieres qui ob famem leguminibus veſcebantur, crura his debilitata ſunt. De qua famis acceptione Galenus lib. de bono, & malo ſucco in initio copioſius verba fecit. Nec intelligens appetitum ad alimenta, ſeu triſtẽ ventriculi ſenſationem, de qua. 2. ſectione aphor. 21. ſcribens, ait: Famem vini potio ſoluit; ſed intelligens inopiam, ſeu volũtariam abſtinentiam: quo modo etiam intellexit aphor. 16. ſectionis. 2. qui habet: Vbi fames, laborandum non eſt. Porrò eadem ratione qua immodica vigilia corpus extenuat, cibi parcitas, extenuare, ac emaciare poteſt. Quandoquidem Galeni ſententia libr. 4. aphor. cóm. 2. & . 3. de victu acutorum cóm. 17. ex acciden ti euacuat, & omnia ea, quę in animali cótinentur, digerit, ac diſsipat, quia natiuus calor, nullo corpori alimento oblato, agit in noſtri ſubſtantiã, ipſam extenuans, diſsipans, & exiccans. Quod Hippo. ſignificauit. 7. ſectione aphor. 59. dicens: Corporibus humidas carnes habentibus, famem adhibere conuenit. Fames enim exiccat corpora. Ex his clarè intelligitur quantam ventris profluuium, vultũ

Fames corpora aſſumit.

Fames humidis corporibus prodeſt.

exte-

extenuandi, vim habeat. Nam ſi vigilia, & cibi abſtinentia inſenſibilem vacuationem moliendo faciem, qualem diximus, breui efficere poſſunt, quanto magis alui fluor eandem producere valebit humoribus per ipſum ſenſibiliter excretis? Quapropter probè à Galeno dictum eſt. 2. aphor. 36. & 37. nimium atq; immoderatum alui fluorẽ, corpora conſumere, atque exoluere: cuius acceſſione ipſa non tantum ſicca, & extenuata redduntur, ſed etiam illorum imbecilles fiũt vires. Quod non tantùm aluum fluxam, verum etiam omne immodicæ euacuationis genus præſtare poſſe Galenus eſt auctor.

PROGNOST. IX.

Si verò morbo antiquiore exiſtente vel tertiano, talis fuerit vultus, de ijs interrogare oportet, de quibus antea monui: & alia quoque ſigna conſiderare, quæ in toto corpore, atque etiam in oculis exiſtant.

COMMENTARIVS.

DOcet hoc ſermone Hippocrates manifeſtò ſe per initium, in præcedenti ſententia intellexiſſe trium dierum ſpatium: quoniam morbus antiquior triduano aduerſus eum, qui in principio continetur, eſt enunciatus: ergo principium, triduanum ſpatium exiſtit. Nec aliud, quàm hoc in præfata ſententia Hippocrates intelligere potuit. Nam non primum morbi inſultum: quoniã vt ait Galenus. 1. de criſibus. cap. 6. facies illa demortua, de qua omnia hæc dicuntur, tali principio omni prorſus latitudine carente fieri non potuiſſet, nec intelligere valuit: verum morbi principium,

Triplex prĩcipium.

cipium,quod eſt pars totius morbi.Nam cum hoc ad plures quaterniones extendi cótingat, ſententia Hippocratis verum non teneret, cum dictum ſit, faciem hanc poſt diem quartum nó magnum portendere malum. Quocirca per principium in præſentia intelligit trium priorum dierum ſpatiũ, quod ſolum videtur Galeno.1.de criſibus cap.19. ſomniaſſe Theſſalum.Hippocrates verò non tantum hoc exactè cognouit,ſed & aliud,quod artificioſum nominatur,vt fuſè admodũ Galenus probat.1.criſeôn cap. 7.8.&.9. Porrò meminit alius principij ab hoc diſtincti, lib.primo acutorũ tex. 20.cum ait:Verùm inter initia nec multam ptiſanam, nec craſſam admodum dare oportet. Quo in loco Galeno interprete,per initium non intelligit morbi principium,in aliqua trium ſignificationum, ſed ſignificatum quoddam generalius, nempè quando æger ptiſana indigere incipit:quo tempore nec multam,nec admodum craſſam dare conuenit.Quoniam,vt ipſe ait,à multa,& ſubita tum repletione,tum euacuatione ſemper abſtinuit Hippocrates. *Quartus principij modus.*

PROGNOST. X.

Si enim lucem effugiant,aut nolentes illacryment,aut peruertantur, aut alter altero fiat minor, aut candidum rubidum habeant,aut liuidas,aut nigras venulas, aut pituita appareat circa obtutum,aut ſublimes,tumidiue oculi,vel caui admodum fuerint,aut obtutus ſqualidus, & ſine ſplendore, vel totius vultus color euariet, hæc omnia mala eſſe atque exitioſa cenſendum eſt.

COMMENTARIVS.

PRędicta facies ſi intra triũ ſpatiũ dierũ apparuerit,ſola ſufficit ad futurã mortem prædicẽdam:dummodo illa ab aliqua cauſarum externarum non euenerit,ſed ægrotationis occaſione efficiatur.Poſt tertium verò diem apparens,non eſt adeò firmum ſignum, vt ipſi ſoli ſit fidendum ad futura prædicenda,niſi ab alijs adiuuetur. Hac de cauſa Hippocrates prognoſtico præcedẽti in morbo antiquiori triduano, non tantùm circa cauſas iam dictas interrogare præcepit, ſed & alia indicia conſiderare,quæ in morbo iam triduano antiquiori,tum in corpore toto,tum præcipuè in oculis apparent. Si namq; cum vultu lethali aliquod ſignum peſsimum ex his quæ poſtmodum dicet coniungatur,de vita ægrotantis certius decernetur periculum. Acturus tamen de ijs ſignis quæ poſt diem tertium ſimul cum vultu exitioſo coniunguntur, rectiſsimè ab oculis exordium ſumit, quoniam indicia,quæ in oculis apparent, cognitu facillima exiſtunt, & maximam ad præſagiendum vim obtinent: quòd cerebro valdè propinqui ſint,& illi per maximos neruos communicẽt. Ex quo fit vt cerebro affecto,& oculi protinus afficiantur,qualeq́; malũ deliteſcit in illo, tale prorſus manifeſtetur in oculis.Adde quod auctore Galeno cõm.7.præcedenti,oculi ſpiritus animalis copia participant; & ijdem naturalis caloris non parum obtinent.Spiritus autem hi ex corde,& ex cerebro in illos deriuantur: ex corde,vitales: & ex cerebro,animales:cum quibus ex partibus eiſdem oblæſis

Signa ab oculis ſumpta maxima ad præſagiendũ vim obtinent.

oblæſis malum deriuari promptum quidem eſt. Dati verò oculis ſunt ſpiritus in tanta copia ad viſionis functionem, quæ adeò eximia eſt, vt dicat Ariſtoteles.1.metaphyſic.cap.1.& lib. de ſenſu, & ſenſili in initio, hác ſenſationem præ cæteris alijs nos diligere, quia plures nobis rerum differẽtias demonſtrat. Quod etiam ante Ariſtotelem docuit Plato in Timæo, vbi de oculis verba faciens, ſic inquit: Rerum enim optimarũ, vt arbitror, cognitionem nobis oculi attulerunt. Nam hæc quæ de mundo diſputantur, nunquam inuenta eſſent, ſi nec ſidera, nec ſol, nec cœlũ ſuſpici potuiſſent. Hæc Plato. Cui ſubſcribit Cicero lib. de vniuerſitate in fine. Propter hos ſpiritus, quos in maiori copia, quàm in cæteris ſenuũ organis in oculo reperies, fit, quemadmodum in Theetheto idẽ Plato ait, vt viſus inſtrumentum admodum perſpicuum ſit, luce inquam ſplẽdida ſpirituum in oculis contentorum. Quare non temerè Galenus.3.libro de vſu partium. c.10. oculum Soli eſſe ſimillimum protulit, eo quòd organum ſit lucidiſsimũ, & ſoli quàm ſimillimum. Quam ſententiam ſimiliter voluit Plato in libr. de rep. vbi inquit: Viſus, ſol non eſt; nec oculus, cui ineſt viſus, ſol eſt: ſed ex omnibus ſenſuum organis maximè ſole participat, hoc eſt, multo fulgido, & ſplendido ſpiritu. Et in dialogo de natura dicebat: ex omnibus faciei partibus primos luciferos oculorũ orbes coruſcare, ignis certe illius qui non vrit quidem, ſed illuminando ſuauiter diẽ inuehit mundo participes. Ex quibus clarè intelligitur, quàm malum

Viſio functio eximia.

Organũ viſus lucidiſsimum.

Oculus ſole participat.

ſit(quod in præſentia,& lib. de Coacis prænotionibus ante mediũ profert Hippo.) in acutis morbis oculos lucem effugere, ſiquidem imbecillitas viſoriæ facultatis, & ſpiritus animalis paucitas ſignificatur. Si enim facultas robuſta eſſet,& animales ſpiritus multi, nõ offenderentur à mediocri lumine oculi, tanquam ab excedenti ſenſibili:à quo (Ariſtotelis teſtimonio libr. 2. de anima tex. 123.) ſenſorium quodlibet, ne dũ oculus ipſe offendi ſolet: Quapropter cùm ſpiritus viſorij,& interni fulgoris inopia oculi laborãt occurrẽte eis aëris nos ambientis lumine, illud obfugiunt ob timorẽ ne ſpiritus & lux interna præ ſui imbecillitate reſoluantur, ac euaneſcant. Quo fit vt nos tunc, ſimili impulſi affectione, eos vel palpebra obſeremus, vel manu, aut operculo alio abſcondamus. Quæ verò cauſa ſit, ob quam ab excellenti,& ſplendida luce oculi lædantur, libr. 10. de vſu partium, cap. 3. fuſa enarratione à Galeno ſcriptum eſt. Quod ſi talem habet lux modica ad oculos illius qui acuto morbo laborat proportionem, qualem habet ſol & reliqua excellentia lumina ad oculos ſani, indicium eſt vel manifeſtum, eſſe admodum languidam ægri viſoriam facultatem, quando à modica luce diſsipatur. Quod intelligens Hippocrates libr. de medico, conſulit, vt nequaquam faciẽ aduerſam ſplendori æger habeat, probè gnarus ab eo viſum debilem infeſtari. Cæterum ſi oculi nolentes illacryment, exitioſum eſt indiciũ; quemadmodum in prȩſentia,& lib. de Coacis prænotionibus, poſt principium,&. 4. aphor. 52. ſcribit Hippocrates,

Ab externo ſplẽdore oculi noſtri læduntur.

Oculos illacrymare malum.

pocrates; quia, vt Galenus hic, & in cõm. aphoriſmi citati docet, talis affectio ſequitur imbecillitatem detentoriæ in cerebro facultatis: dummodo nõ adſit in oculo phlegmone, aut in palpebris aſperitas, aut à capite defluxio deſcendat, aut aliqua alia manifeſta conſpiciatur cauſa, in quã meritò ſymptoma hoc referri poſsit. Rurſus ſi oculi peruertantur in acutis paſsionibus, peſsimum ſignum eſt: propterea quòd conuulſis muſculis illos mouentibus accidit. Quæ conuulſio cum in morbis acutis, de quibus modò Hippocrates agit ad ardentes febres ſequatur, ex inanitione fieri par eſt, ſi Galeno creditur libr. 4. aphoriſm. cõm. 57. & lib. 3. de locis affectis cap. 5. in medio. Conuulſionem autem ex ariditate factam lethalẽ eſſe, Hippocrates, & Galenus literis prodiderunt, tum aliàs tum. 2. aphor. lib. cõm. 26. & lib. 4. cõm. 49. & 57. & lib. 5. cõm. 1. & 4. & lib. 7. cõm. 18. Pari modo ſi alter oculorum altero fiat minor, vitio damnandum eſt: dummodo morbi maleficio id contigerit: quoniam indicat naturam violatam, ac perturbatam eſſe. Non debet autem accidens hoc ad naturæ imbecillitatem, aut alimenti inopiam referri; quemadmodum cõm. præſenti exiſtimauit Vega: quia ambo hæc in tabidis, & hecticis maraſmodem iam expertis reperiuntur, in quibus hæc magnitudinis inæqualitas non conſpicitur, ſed oculi æqualiter quemadmodum reliquæ corporis partes marceſcunt, & tabeſiunt. Verùm referri potius debet ad gubernantem corpus facultatem, eo tempore violatam, ac perturbatam. Quo

Conuulſio ex inanitiõe lethalis.

Vega interpretatio improbatur.

fit,vt inæqualiter, ac ſine ordine vtriq; oculorum alimentum diſtribuat. Quæ inquam, facultas dum ſana eſt, ac integrè valet: aut, & ſi morbo teneatur, ordinem non amiſit, pro iuſtitiæ diſtributiuæ œconomia, atque lege ambobus oculis, quemadmodum & cæteris corporis partibus, iuſtè, concinnèq; alimentum diſpenſat: vnicuiq;, quod ſuū eſt, ac illi ſecundum naturam debetur, tribuens. Sic etiam ſi candidum oculi in acutis morbis, rubrum apparuerit, malum eſt; quia tale accidens naturæ oculi cōtrarium exiſtit. Siquidem id, quod in oculo albū videtur, teſtimonio Ariſtot. lib. 1. de hiſt. animaliū cap. 10. maiori ex parte in omnibus animalibus tale exiſtit. Eſt enim pars hæc tunica, quę adnata, ſeu coniunctiua appellatur, eo quòd alijs omnibus oculi tunicis adnaſcatur, & adhæreſcat, eaſdemq́; coniungat, atque contineat. Alexander Benedictus libr. 4. cap. 31. ſuæ anatomes, fundam appellat, eo quòd fundæ figuram repræſentet. Verùm tamen à priori malum eſt, tunicam hanc, in acutis morbis, rubram videri: quoniã maxima debilitas facultatis contentricis in cerebro reſidētis ſignificatur. Quæ imbecillior, ignauiorq́; reddita ſanguinem non valens in capite continere, eum prorſus ad oculos diffluere ſinit. Deterrimum itidem eſt, ſi in ægroti oculis liuidæ, aut nigrę venulæ appareant: quoniam ij colores præter naturam ſunt, & natiui caloris extinctionem, ac refrigerationem indicant: vt Galenus eſt auctor. 5. ſect. aphor. com. 23. vbi ait: Frigido admoto, & liuidas, & nigras fieri corporis noſtri partes. Cæterùm pituitam

Iuſtitia diſtributiua lex atq; ſapientia.

Albū oculi rubrū fieri, cur malum.

tuitam circa oculorum aſpectum apparentem, lethalem notam eſſe ait. Quod ſimiliter voluit Celſus lib. 2. c. 6. dũ inquit: Propinqua mors eſt, ſi præter hæc, oculi quoq; lumen refugiunt, & illacrymant: atque in eiſdem venulæ pallent, pituitaq́; in his innatans, angulis inhæreſcit. Porrò ob id pituitam oculis adhærere malum eſt, quia oſtendit virtutis naturalis defectum, nequeuntis oculorũ concoquere alimentum. Pituita enim, & præſertim excrementitia, ſemicocti alimenti excrementum eſt: cum ſcilicet ab inſito calore non bene fuerit confectum. Quemadmodum in com. & libr. 2. de naturalibus facultatibus in fine. & libr. 4. de ſanitate tuenda cap. 4. in medio ſcripſit Galenus. Quapropter probè ab eo lib. 2. de victu acutorum com. 30. dictum eſt, pituitam temporis proceſſu concoqui & ſanguinem effici. Ex quibus liquet doctiſsimum Vegam perperam cenſuiſſe nõ eſſe legendum, pituitam, ſed, ſordem: cùm pituitam legat Celſus, hanc ſententiam referens; & pituitam in com. legat Galenus. Nam reddens rationẽ cur in oculis fieri pituitam, malum ſit, ait: Tale indicium ſignificare imbecillitatem regentis oculum facultatis naturalis, quæ impos ſit oculorum concoquere alimentum. Et ſubdit: Pituita enim, vt oſtenſum eſt, excrementum ſemicocti alimẽti eſt. Conſtat enim, hæc eadem illum de pituita dixiſſe 2. de facultatibus naturalibus. &. 8. de placitis Hippocratis atque Platonis cap. 6. in fine. Scribitur itidem hoc prognoſticũ ad literam lib. de Coacis prænotionibus, ante medium.

Pituita oculis innatãs mala.

Vega taxatur.

PROGNOST. XI.

Conſiderari autem conuenit hunc in modum ſuſpectiones etiam oculorum per ſomnum. Si quid enim candidæ partis ſubapparet commiſsis palpebris, nec alui fluor, aut medicamentum in cauſa eſt; aut nec ita dormire conſueuit, vitioſum iudicium, lethaleq; admodùm eſt.

COMMENTARIVS.

PRæcedenti contextu ſigna explicuit, quæ in oculis ægroti corporis vigilantis conſpiciuntur; nūc verò quænam ægrotante ipſo, ſomno detento, in eiſdem oculis appareant, recenſet. Quam ſententiam ſimiliter ſcripſerat lib. de Coacis prænotionibus ante medium in hunc modum: Et palpebras inter dormiendum non cōmittere, perniciosum. Porrò per ſuſpectiones nunc Hippocrates intelligit ſubapparentias alboris oculorū, quæ in dormientibus palpebris commiſsis ſolent apparere: quod quàm malum ſignum ſit, Galenus explicat in cōm. dicens: Hoc accidēs fieri propter virtutis, palpebras mouentis imbecillitatē: aut propter earundē muſculorum conuulſionē à ſiccitate profectam. Quorum vtrumq; pernicioſum eſt: quia indicat noxam haud exiguam tum cerebro, tum corpori toto eſſē illatam. Quod verum eſſe voluit Hippocrates, dummodo exterior aliqua cauſa, (vt alui fluor, aut medicamentum, aut ita dormiendi conſuetudo) id non effecerit; ſed tantùm morbi maleficio ſit contractum. Nam vbi aliquid eorum, quæ dicta ſunt, fuerit in cauſa, ęgri futuram mortem prænunciare nō oportet. Porrò

Quid Hippocrates per ſuſpectiones intelligat.

quoniam

quo nam modo horum quodlibet palpebras integre commitere non ſinat, docuit Galenus libr 6. aphor. cóm. 52. inquiens: Ob id in alui profluuijs, & medicamentorum purgantium potionibus albedinis oculorum aliquid ſubinſpici, quando dormiűt; quoniam ex talibus euacuationibus totum corpus exſiccatur, & vires imbecilliores reddűtur. Veruntamen accidens hoc prius elucet in palpebris, quàm in alijs corporis partibus, quoniam natura ſiccæ ſunt, & facilè in ſiccam incidunt intemperiem: propterea quòd lapſa corpora ſimilibus intemperiebus promptè corripiuntur, ægrè verò contrarijs: vt ex Galeno colliges. 8. methodi cap. 8. 1. de ſemine cap. 11. & 1. ſimp. cap. 4. Reperiűtur etiam nonnulli, qui ob palpebrarum breuitatem ſemiapertis oculis ſanitatis tempore dormiant: alij ob vapores ad caput ex ventre, aut toto corpore ſubleuatos, quod ebrijs, puerulisq́; lúbricis infeſtatis, contingere ſolet: quos omnes a prognoſtico præſenti excludit Hippocrates, dum ait: Palpebras inter dormiendum non committere, lethale ſignum eſſe: dummodo id ex conſuetudine non eueniat: præter conſuetudinem enim aliquid facere, malum eſt, vt idem lib. de Coacis prænotionibus docuit.

Lapſa corpora ſimilibus morbis promptè corripiűtur ægrè contrarijs.

PROGNOST. XII.

Si verò peruertitur, aut liuida palpebra eſt, aut labrum, aut naſus, cum aliquo alio ſigno, mortem propè eſſe, ſciendum eſt. Lethale etiam eſt, ſi labra reſoluta, & ſuſpenſa, & frigida, & alba fuerint.

COMMENTARIVS.

PRæſagia, quę à vultu, & partibus eius per morbos acutos ſumuntur, hac ſententia abſoluit Hippocrates, in qua de palpebris agit cum peruertuntur, aut liuidæ fiunt, quod alio ſuffragante indicio exitioſum eſſe ait. Quoniam ſigna hæc in vniuerſum præter naturam ſunt, & hominis bonę habitudini aduerſa. Quidquid namq; præter naturam, exiſtit, moleſtum eſt; quod verò ſecundũ naturã, iucundum: ita tradente Platone in Timęo. eſſe verò ſymptoma hoc præter naturam, in præſentia oſtendemus, ſi prius palpebrarum vſum ad vnguem nouerimus, quarum ingentem eſſe neceſsitatẽ. 2. de anima cap. 9. ad finem, &. 2. de partibus animal. cap. 13. Ariſtoteles docet, dicẽs: Oculis naturam operimenta dediſſe, quoniam molles erant, & ob eam cauſam lædi ab incurſantibus rebus facilè poterant; à quibus vt ſe tutarentur, natura palpebras ipſis quaſi quædam propugnacula, tribuit. Argumento quòd animalia, quorum oculos exterior tunica dura protegit, eodem tradente Ariſtotele, palpebris careant; quoniam non facilè offendi poterant ab iniurijs extrinſecus incidentibus. Confirmat hanc ſententiam Galenus libro de inſtrumento odoratus cap. 5. iuxta finem, &. 10. de vſu partium cap. 6. dicens hanc eſſe cauſam vſus palpebrarum, & non, vt quidam dixerũt, quia melius erat, eos non perpetua actione teneri. Verùm tamen in eodem de inſtrumento odoratus, operę, inſciens, aut fortè demonſtratione victus, hanc cauſam approbare eſt viſus, dum ſomni occa-

Palpebrarum vſus.

Palpebras ſomni gratia factas.

occaſione ipſas factas fuiſſe ſcribit, ſcilicet vt homines exquiſitiùs dormire valerent; quod humanæ naturæ admodum neceſſarium fore putandũ eſt: quoniam ſenſus perpetua in actione eſſe nõ poſſunt. Quod autẽ exquiſitioris ſomni gratia palpebræ ſint creatæ, ex eo euidens eſſe ait, quòd nul l⁹ in aẽre lucido dormire, niſi tectis oculis, poteſt. Quapropter animalibus, quæ palpebras non habent, vt teſtudines, locuſtæ, gammari, paguri, cancri, natura ſinus quoſdã tribuit, qui inſtante ſomno, quaſi cubicula quædam oculos totos reciperent, qui mox indè, cùm cernendi voluntas ſubiret, eruerentur, Verùm enim verò non quòd talis ſit palpebrarum conſtitutio, vtilitas, atque neceſsitas, eas in acutis morbis peruerti, aut liuidas fieri, exitioſum haberi debet: ſed quòd cerebrò propinquæ ſint, illiq; valdè communicent. Quo fit vt liuor natiui cerebri caloris extinctionẽ oſtẽdat: peruerſio autẽ, vt in cõm. ſcribit Galenus tenſionem quandam conuulſificam omnium muſculorum, aut reſolutionem in altero oculos claudentium à cerebro illatam demonſtrat: quorum vnũquodq; lethale eſſe, cenſendum eſt. Hippocrates 6. epid. parte. 1. aphor. 22. malum eſſe ait palpebrã circuntendi, qui affectus fit ob aliquam cauſam conſumentem, ac corrumpẽtem partes, quæ ſunt circa oculũ. Quidquid enim præter modum exiccatur, id etiam intenditur, & induratur: vt in corijs exſiccatis fieri cernimus. Dixit tamen prognó. præſenti, palpebrarum peruerſionem, aut liuorem cum aliquo alio ſigno, mortem propè eſſe ſignifi-

Palpebræ circumtẽſio mala.

care. Porrò aliud ſignum erit, ſi non videat, vel nō audiat, quorum aphor. 49. ſectionis. 4. vbi prǽſens ſententia ſcribitur, meminit. Quia omnia hæc nō fiunt ſine maxima cerebri læſione ob quam iā viſorij, & auditorij ſpiritus deficiunt: nec ad ſenſuū inſtrumenta peruenire queunt.

PROGNOST. XIII.

Cubantem offendi ægrum à medico oportet in latus dextrum, aut ſiniſtrum: ac manus, ceruicem, & crura paulùm reducta habentem, & omne corpus molliter poſitum. Ita enim pleriq; benè valentium cubant. At ita cubare, vt ſani ſolent, optimum eſt.

COMMENTARIVS.

CVbantem ægrum à medico deprehendi in latus dextrum, aut ſiniſtrum, optimum, atq; ſaluberrimum eſſe dicit. Quod lib. de Coacis prænotionibus ſimiliter conſcripſerat, inquiens: Decubitus in latus optimus eſt, velut ſanis ſolitus fuit. Hinc Galenus lib. 2. de motu muſculorum cap. 4. ex Hippocratis opinione, decubitum in alterum laterum laudat. Ratio ſumitur ab eodem in cōm. præſenti, quoniam ſic iacere, robur indicat virtutis animalis corpus firmantis, ac gubernantis per muſculos. Nam & ſi decumbens homo ſuper vno laterum, conſiſtere ac quieſcere, ad ſenſum videatur, cū ipſe eodem ſemper loco perſiſtat, ac maneat; reuera tamē non omnino quieſcit, ſed operātibus muſculis, rectriceq; facultate corporis molem erigente, ac ſubleuante, tacito quodam motu agitatur, atq; mouetur, quemadmodum Gal. lib. de rigore, tremore, & palpitatione cap. 4, manifeſtiſsimis

Decubit⁹ in latus robur indicat facultatis naturalis.

ſtiſsimis exemplis demõſtrat. Quod ſimiliter oſtẽ dit lib.2.de motu muſculorum cap.4.vbi de decu bitu ſuper latus loquens,inquit: Cognoſces autẽ quanta actio huiuſmodi cubationibus ineſt, ſi mortuum corpus ſic collocaueris.Nec enim mini mo tempore manebit, ſed ſupinum, aut pronum ſtatim fiet,quocumq; grauitate verget.Reſpõdet his vltimis verbis,in quam partem,pronam videli cet,vel ſupinam defunctum corpus in latus collocatum conuertatur, dicens, in illam potius verti, in quam maior irrepſerit grauitas. Quod ſi verũ eſſet illud Plinij lib.7.cap.17.virorum cadauera ſupina fluitare; fœminarum verò prona: vel vt pudori defunctarum natura parcẽte,vir in latus collocatus in partẽ ſupinã verti deberet, fœmina verò in pronam.Verùm cùm hæc Plinij ratio improbabilis ſit, dicendum potius cum Ludouico Cælio Rhodigino antiquarum lectionum lib.2.cap.9.ideò fœminas pronas fluitare quòd ventricoſæ ſint; & quòd earum mammæ ſpongioſæ,& fungoſæ natura exiſtentes,multam in ſe aquam combibant,qua illæ repletæ,ſimul cũ ventris mole,onus ad partem illã inclinare faciunt.Veruntamen mortuorum corpora,quæcumq; ea ſint,ſiue virorum, ſiue fœminarum,ſuper latus in lecto collocata ad illam partem tendent, ad quam maiori grauitate vergent.Quo conſtat,quòd dum in viuis erant,& ſuper latus cubabant,non extitiſſe citra operationem animalis facultatis, motricis, ſubleuantis, ac ſuſtinentis illa in tali figura. Porrò accubitus iſte non tantùm bonus eſt in via ſigni, ſed etiam in ratione

Fœminarũ cadauera prona fluitare, virorum ſupina ſolent.

Decubitus in latus, vt cauſa & vt ſignũ bonũ.

tione cauſæ. Quóniam multa naturæ commoda corporibus ſanis, pariter & ægris ex tali accubitu ſequuntur. Vnum quippe, facilior tranſitus, atque permeatio deuorati iá cibi ab ore ventriculi, ad eius fundum; in quo, teſte Galeno lib.5. de locis affectis cap.5. præcipuè coctio perficitur, propter quam, alimentum nutritioni accõmodatur: quod ſanè fit decumbente homine in latus dextrum. Alterum verò eſt caloris ventriculi augmentum ex iecinoris complexu, quo alteratrix facultas ventriculi vegetior reddita, alimentum fœliciùs concoquat, quod euenit, cùm homo in latus ſiniſtrum decubuerit. Hinc nõ temerè Auicẽna.3.part.doctrina.2.cap.9. &.13.3.tractatu.3.cap.5. & Manardus epiſtola.4.lib.16. Super dextrũ latus inchoare ſomnum, deinde vero corpus voluere, & ſupra ſiniſtrum redormire iubent. Quare hac in parte minimè eſt aſſentiendum Theophraſto, qui, vt Plinius refert lib.8.cap.4. celeriùs coqui in dextri lateris cubitu, quàm in ſiniſtri dixit. Adiecit deinceps Hippo. bonum eſſe ęgrum manus, ceruicem, & crura paululum reducta habere: quoniam hoc etiam ſanis, dum cubant, contingit. Eſt enim illa facillima, ac minimè laborioſa figura, per quá mébra modicè inflexa collocantur. In qua fracta bráchia, & crura tenere præcepit Galenus lib.6. metho.cap.5. dum ait: Brachia cuſtodienda eſſe ſub figura anguloſa; crura verò ſub ea, quæ hac paulo minus porrecta eſt. Ad eũdem modum ſi medicus ægrum dęprehenderit in latus cubantem, ac prædictam membrorum figuram cuſtodienté, ſaluberri-

Theophraſti opinio improbatur.

luberrimum fore putandum eſt. Si verò cubet ſupinus, aut ſub aliqua extrema figura, partibus videlicet ipſis immodicè extentis, aut inflexis, procul dubio malum erit. Quoniam figuræ huiuſmodi vel mortuis, vel interituris inſunt, ob facultatis defectum, nequeuntis regere, ac corpus firmare per muſculos. Quapropter Galenus figuram, quæ inter hyperbolicas media eſt, ſalubrem eſſe ſcribit, tanquam ab vtroque extremo ſemotã. Eſt enim hyperbole quando ſententia aliqua veritatem excedit, augendæ certitudinis grãtia, vt illud Virgilij. 12. Aeneidos: Qui candore niues ante irẽt. Sermo erat illi de cygnis. Huic in præſentia alludens Galenus hyperbolicas figuras nominat extremas, & à medio plurimùm recedentes, quæ non aliter, quàm nimis intentis, aut laxatis muſculis fiunt. *Hyperbole figura quid.*

PROGNOST. XIIII.

Supinum verò cubare manibus & ceruice, & cruribus extentis, minus bonum eſt.

COMMENTARIVS.

ILlaudabilis eſt decubitus is, per quem ęger ſupinè cubans à medico inuenitur. Quod ſimiliter lib. de Coacis prænotionibus voluerat, dicens: At ſupinum iacere, brachijs, & cruribus extentis, bonum non eſt. Cui Auicẽna ſubſcribit. 2. 4. tract. 1. cap. 42. Ratio verò ob quam decubitus hic imimprobatur, eſt, quoniam ſignificat imbecillitatẽ regẽtis corpus facultatis, ac firmãtis illud per muſculos, quæ non poteſt, vt conſueuerat, corporis molem ſuper latus firmare: quin ſtatim in ventrẽ

aut in dorſum decidat, tracta ab inſita grauitate. Quapropter imbecillis ita natura morbo reſiſtere non valebit: & multo minus quando ſimul cum tali decubitu manus, & crura manent extenta. Quoniam oſtenditur, animalem facultatem in cerebro reſidentem languidam adeò eſſe, vt hoſce artus ſitibus ſalubribus continere non queat. Veruntamen, quod Hippocrates hic de accubitu ſupino ait, verum eſſe credendum eſt: dummodo talis nó proueniat ob ignauiam, aut ebrietatem: aut ſomni profundi occaſione, cum ſtertore euenientis: Quemadmodum Galenus docet lib.2. de motu muſculorũ cap.4. Quibus addere poteris craſſorum, ac frigidorum humorum abundantiam, in viſceribus deliteſcentium. Nam hæc quoque, auctore Auicẽna.2.4.tract.1.cap.41. Supini decubitus cauſa eſt abſque periculo mortis. Eſt etiam decubitus hic ſanitati maximè aduerſus; propterea quod ab eo proueniunt periculoſiſsimi morbi; quemadmodum idem Auicẽna.3.par.doctrina.2. cap.9. his verbis ſcriptum reliquit: Supinè autem dormire, eſt malum: & ad multas præparans ægritudines, ſcilicet apoplexiam, paralyſin, & incubũ; quoniam ſuperfluitates ad poſteriora declinare facit. Quare retinentur, nec per ſuos incedunt canales naturales, qui in partibus ſunt anterioribus ſicut nares, & palatũ, quod multo ante Auicẽnam docuit Galenus lib. de inſtrumento odoratus in fine. Et lib.5. de locis affectis cap.4. dicebat; à decubitu ſupino nullum auxilium ſperari, quo facilius ad infernas partes ferantur alimenta.

Supinus decubitus non ſemper lethalis.

Supinus decubitus plurimorũ morborũ cauſa.

PROGNOST. XV.

Si verò procliuior eſt, ac deorſum delabitur ſubindè ad pedes, maiori cum periculo eſt.

COMMENTARIVS.

AD ſtandum, ſedendum, in latus cubãdum, & ad in erectum iacendum, quemadmodũ omnes cubamus, capite videlicet ſublimiore exiſtẽte, pedibus autem humilioribus, vis quædam requiritur animalis corpora in talibus firmans figuris. Nã cadauer nec ſtare, nec ſedere, nec in latus, aut in erectum iacere poteſt. Quoniam ea facultate, quę illud firmare conſueuerat, omnino priuatum eſt. Veruntamen ad nullam iſtarum figurarum minus facultatis exigitur, quàm ad tenendum corpus decubitu erecto. Quapropter ſi in ſitu hoc manere nõ poſsit, ſed ſubindè ad pedes dilabatur, indiciũ eſt efficaciſsimũ, facultatẽ hãc ſũmè lãguidã eſſe, quãdoquidẽ tã exiguã fũctionẽ obire nõ valet. Quãobrẽ ad pedes in lecto decidere ægrotãtẽ, meritò peſsimũ indiciũ cẽſetur: cũ tale accidẽs nõ niſi in demortuis, vel de ꝓximo morituris reperiatur: quẽadmodũ Gal. lib. de rigore, tremore, & palpitatione cap. 4. his verbis docet: Ego itaque ne decumbentem quidem hominem, ſi caput quidẽ ſublimius habet, pedes autẽ humiliores, citra motum omnino eſſe dixerim: ſublabitur enim facilè ad pedes ex ſublimiori in decliue vergẽs, niſi motu contrario, huic renitatur. Hoc autem & Hippocrates aſſerebat: Si verò præceps agitur, & à lecto, in pedes dilabitur, grauius periculum minatur. Nam ad pedes ſublabi decumbẽtem, virtutis extre-

Ægrotantem in lecto ad pedes labi, graue malum eſt.

extremè imbecillis nota eſt firmiſsima. Stare etenim, aut ſedere, aut ſurgere non poſſe, graue quidem, ſed minus graue periculum innuit: quippè quam plurimi ægrotantes ad hęc deueniunt, deſinuntq; ad extremam nondũ imbecillitatem prolapſi. At cubare non poſſe viuentis ritu, ſed hic quoque veluti mortuum, & inanimatum corpus deorſum deferri, extrẽmũ malũ fatetur. Id quod Hippocrates in commentario de humoribus, ἐρειψιν, hoc eſt, virium deiectionem, appellauit: quod interpretes libri non intelligentes, multa nugati ſunt. Nam deiectum eſſe inſtar corporis inanimati, omni prorſus robore, & ſoluto, & perdito ἐρειψιν vocauit; vt non ſit idem, deiectũ eſſe, cum eo, quod eſt, decũbere: ſed quam habet proportionem delabi cum verbo, decumbere, ita etiá in auibus diuerſum quidem eſt ad terram deuolare, diuerſum rurſus in terram decidere: etenim aliud affectus eſt, aliud actio. Similiter igitur his actio quidem decubitus eſt: affectus autem, proſtratio, deiectioq́ue. Hęc Galenus. Cuius longam ſeriẽ in præſentia referre placuit; propterea quòd huius Prognoſtici expoſitioni inſeruiat, & illius ſit commentarius.

PROGNOST. XVI.

Si verò nudos habeat pedes, nec admodum calidos: ac manus, collum, & crura diſpergat inæqualiter, malũ eſt: ſignificat enim inquietationem.

COMMENTARIVS.

NVdare ægrum pedes admodum calidos per febres ardentes, vt refrigerentur ab aẽre re

mittere

mittere potente ingentem illorum calorem, mirã dum non eſt. Quippè,ſi Galeno creditur libr.10. methodi cap.10.omnibus animalibus à natura datum eſt, vt deſiderio contrarij eius,quod offendit teneãtur. Quapropter cùm calore vrgentur,frigida ſe lauant: ſicuti cùm frigore vexãtur,calida cubilia ſibi inuenienda quærunt. Atque eiuſdem cõtrarietatis ordine, & cùm eſuriunt, comedunt; & cùm ſitiunt,bibunt,reliquaque omnia alia naturæ impulſu obeunt. Veruntamen pedes non calidos per morbos acutos nudare velle,perniciofum eſt: cum tale eueniat à morbi maleficentia,& implacíditate inquietante,ac laceſſente ægrum, eundéq; anxium & inquietum reddente. Anxium dixi, quoniã Galenus.7.ſectione aphor.cõm.56.ægros illos anxios vocat,qui accubitum non ferentes,aſſiduè figuram euariant; propterea quòd ſemper præſens aggrauat eos. Et hoc quippè ſimilitudine ad corpus ſanum, anxium ſic dictum, quod ſemper præſentibus moleſtetur, atque ab vno negotio nòn longo tempore in alterum tranſit. Et in præſentia,per inquietationem,inquit,Hippocratẽ indicare,illos cõflictari quauis figura:qua de cauſa aſsiduè aliam ex alia mutare. Sanè inquietudo hæc eodem docente Galeno, aut ob oris ventriculi vitium fit ab humore proueniens praua qualitate affecto,aut ob virtutis regentis corpus vniuerſum imbecillitatem,nequeuntis firmare in vna poſitura membra. Porrò humor prauus os ventriculi infeſtans,æruginoſa bilis vt plurimum eſſe ſolet, quæ in ventriculo conſiſtens, non tantum prædi-

Quos anxios Galen. vocet.

Inquietudo quas cauas ſequatur.

ctorum ſymptomatum occaſio eſt, verùm etiam aliorum equidem vehementium conuulſionis nimirum ſyncopes, frigidi ſudoris, pulſus in extremo parui; quemadmodum Galenus eſt teſtis lib. 12.methodi cap.vlt. Quòd ſi forte ab humore iſto febris oboriatur, vehemens in præcordijs æſtus, anxietudo, extremorum quoque frigiditas, & animi defectio aderũt. Quę omnia in iuuene quodã ſiccisſimæ, calidiſsimæq; naturæ, febrẽ ex hoc humore patiẽte diff.91. Cõciliator ſe vidiſſe teſtatur. Verùm qui de hac re latiorem diſputationem videre cupit, Vall. adeat lib.4.enar.3.

Ab æruginoſa bile ſebris oboritur.

PROGNOST. XVII.

Exitioſum autem & hiantem dormire ſemper.

COMMENTARIVS.

Hiante ore dormire imbecillitatem ſignificat facultatis animalis non potentis ſuccurrere muſculis os claudentibus. Nam cum auctore Galeno lib.4.prorrheticorum cõm.11.ex muſculis inferiorem maxillam mouentibus alij quidem aperiant, alij verò claudant, oris hiatus fit vel propter reſolutionem, ac imbecillitatem claudentium, vel propter tenſionem aperientium: quorum vtrũq; perniciosum eſt. Quoniam oſtendit neruorũ principium eſſe offenſum, aut ob nimiam animalium ſpirituum reſolutionem, quam claudentium imbecillitas demonſtrat, aut ob multam cerebri ſiccitatem, quæ aperientium tentionem efficit, ad quam conuulſiones ſequi promptum quidem eſt; dicẽte Galeno.1.prorrhetici cõm.citato, eas muſculorum tentiones, quæ ad affectum principium fiunt

Oris hiatus quas cauſas ſequatur.

fiunt,ſequi conuulſionem. Vbi tamen muſculi os claudentes, affecti ſunt, nulla cerebro communicata noxa, hiantem ægrum dormire, haud quaquàm exitioſum eſt; cùm principi parti corporis acutè febricitantis nullū inferatur vitium. Num verò ſalubriùs ſit aperto, an clauſo ore dormire, controuerſum apud medicos eſt. Nam aliqui affirmant aperto ore dormire, melius eſſe, vt cor, ac pulmo ab vſtilaginibus expurgentur. Alij contrà clauſo ore dormiendum eſſe contendunt, veriti ne per apertum os aër frigidus ſubſultim ingrediens, pulmones offendat, & ventriculi coctionem labefactet. Veruntamen mea ſententia calido cordis temperamento præditis, & ijs, qui meracum vinum intrepidè ingreſſerunt, ſemiaperto ore dormire ſatiùs quidem eſt; vt frigido aëri ingredienti, ac temperanti cordis calorē aditus pateat, & vt quidquid fuliginoſum à ſanguinis vſtione emanat, extrà vacuari commodè poſsit. Contrà verò quibus vbertas caloris in thorace non eſt, frigidū q; ventriculum obtinent, clauſo ore dormire, vtiliùs quidem eſt: & præſertim ſi ingens frigiditas aërem nos ambientem obſidet.

Num ſalubrius ſit aperto, an clauſo ore dormire.

Quibus aperto ore dormire noxiū eſt.

PROGNOST. XVIII.

Crura ſupini cubantis admodum reducta, diſtractaq; eſſe.

COMMENTARIVS.

DEcubitus iſte fit calcaneis contractis, ac natibus coniunctis, & cruribus inuicem ſeparatis, atque diſtractis: hoc eſt, vt Galenus ait libr. 6. epidem. parte. 1. cōm. 30. (quo in loco præſentem refert ſententiam) latiſsimè diſtantibus. Qui cu-

bandi modus abſurdiſsimus eſt,& extra omnium hominum conſuetudinem:quãdoquidem,vt Galenus in cõm.ſcribit,nullus ita cubare ſolet. Agere enim aliquid,quod non ſit ex more,aut conſuetudine eius qui laborat, dum ſanus erat, peſsimum exiſtit:quemadmodum docet Celſus lib.2.cap.6. cui Auicẽna conſentit.2.4.tract.1.cap.42.dum inquit: Omnis præparatio non conſueta de reſupinatione,& tenſione,& reliquis,quam non fecit in diſpoſitione ſalutis, eſt in ægritudinibus acutis mala. Cùm igitur hic decubitus fiat cum conatu & citra propoſitum,aut finem aliquem, meritò dixit Galenus delirium ſignificare.

Decubitus deliriũ protendens.

PROGNOST. XIX.

In ventrem autem cubare,qui non eſt ſolitus ita dormire,quo tempore ſanus fuit,malo eſt Delirium enim aut dolor circa ventris ſedes ſignificatur.

COMMENTARIVS.

HIppocrates libro de Coacis prænotionibus iuxta finem ſic ait:In ventrem autem decũbere, ſi quis non ſit aſſuetus ita cubare, delirium ſignificat,& dolores circa ventrem. Quibus verbis,decubitum in vẽtrem,duo ſignificare aſtruit, delirium nempè, vel dolorẽ partium earum quæ ſunt circa ventrem. Primum notum eſt. Nam qui delirant,cùm impeditam habeant diſcernendi facultatem, quicumq; cubandi modus primum in mentem venerit,ſibi aſſumunt:etiam ſi ridiculus, & abſurdus maximè ſit:nec ab re quidem. Nã qui mente commoti ſunt, meliora ſeligere neſciunt.

Delirantes ſeligere neſciunt.

Multi

Multi etiam eorum quos circa ventrem dolor infeſtat, prædictum in ventrem iacendi modum eligunt, experimento docti, tali cubandi figura, partes ventris fieri indolentiores, cohibito vtiq;, atq; detento illarum compreſsione, humore, qui confluebat, doloremque excitabat. Quæ compreſsio in omnibus dolentibus partibus quantam vim ad dolorem compeſcendum obtineat, illi, qui Gallico morbo laborant, probè didicerunt: quorum extremas partes (vt Manardus ait lib.7.epiſto.2.) dolores vehementiſsimi, per noctem præſertim, quam inſomnem agunt, infeſtant. Quæ partes ſi premantur, tantùm abeſt, vt earum dolores augeantur, vt quandoque iuuari ſe ex loci contractione ſentiāt: vnicumq; hoc habeant laborantes in tantis cruciatibus leuamen. Et licèt ſuper ventrem cubare, occaſione doloris, lethale nō ſit, malum tamē in acuto morbo cenſeri debet. Propterea quòd æger duplici noxa corripiatur; vna quippe ex morbo acuto: altera, ex dolore ventrem obſidente. Excipit tamen à prognoſtico Hippocrates eos, qui ſic cubare conſueuerunt; in quibus de cubitus ſupra ventrem nec delirium, nec dolorē ſignificat: ſed conſuetudinem tantùm, quæ, teſte Galeno lib.2.de temperam.cap.4.& lib.3.de ſimpl.med.facultat.cap.18.&.1.de ſanitate tuēda.cap. 7.acquiſititia quædam natura eſt. Quod lib. 2.de motu muſculorum cap.7 confirmat, dicens: videtur autem in idem conuenire vbique conſuetudo quidem cum natura. Vndè pulchrè dictum eſt, ipſam eſſe naturam acquiſititiam. Quapropter iu

Compreſsio dolentibus partibus ad iumēto eſt.

Conſuetudo altera eſt natura.

re in Alcibiade dixit Plato: Difficile eſſe contra conſuetudinem ire. Et in Critia minori, magnam conſuetudini vim cõdonauit. Qua de cauſa quæcunq; ab Hippocrate in hoc opere traduntur, vera eſſe credendum eſt: dummodo ea ſecundum ægrotantis conſuetudinem non euenerint. Quẽadmodum ſuprà prognoſtico. 11. in ſuſpectionibus oculorum fuit dictum: & infrà progno. 21. in dentium ſtridoribus amplius dicetur.

A prognoſtico ſemper conſuetudo excipitur.

PROGNOST. XX.

Reſidere verò velle ægrum in morbo vigente, in omnibus morbis acutis, malum, peſſimum verò in pulmonia eſt.

COMMENTARIVS.

QVàm malum ſit per vigorem acutorum morborum velle ægrum reſidere, hoc in prognoſtico docet Hippocrates: quod ſimiliter docuerat lib. de Coacis prænotionibus, iuxta finem, inquiens: Cæterum erectum ſedere velle in acutis, malum eſt. Ratio verò ob quam ſignum hoc præcipuè improbetur, eſt, quoniam tempore iſto (vt lib. 2. aphor. cõm. 29. Galenus ait) animalis facultas nimis eſt defatigata, licet reliquæ duæ, vitalis & naturalis, maximè fortes perſiſtant. Quapropter, quemadmodũ in præſenti cõm. idẽ Galenus ſcribit, per hoc morbi tẽpus, ęgri maximè immoti cubare deſiderant: ac ſi quis eos excitet conflictantur. Quocirca in lecto ſedere, cum non fiat ſine conatu animalis facultatis corpus erigentis, ac ſubleuantis, indicium eſt, ægrum vel mente vacillare,

In morbi ſtatu animalis facultas nimis defatigatur.

cillare,

cillare, vel ob vehementem reſpirandi difficultatem, aut inquietationem talem motum aggredi. Quæ omnes diſpoſitiones prauæ ſunt. Quare & erectum ſedere velle, cum ab eis fiat, prauum etiã eſſe cenſendum eſt. Eſſe verò prædictas diſpoſitiones prauas, clarius eſt, quam vt demonſtrari debeat. Nam delirium, cerebrum affici, declarat: inquietatio, febris implaciditatem oſtendit: aut facultatis animalis languorem, ob quem muſculi, oſsium pondus ſuſtinere non potentes, ægri aſsiduè mutare figuram coguntur: reſpirãdi difficultas tanta, vt corpus ad erigendum cogat, extremã anguſtiam, & intenſiſsimum calorem cor obſidere demonſtrat. Ob mediocram enim tum anguſtiam, tum calorem non reſurgerent ægri illo tempore, quo magis quieti iacere deſiderant. Cur verò qui oppreſsionem in pulmone patiuntur, dum ſupini cubant, magnam ſentiant anguſtiam, reſidentes verò fiant ſpiratiores, docet in enarratione Galenus dicẽs: Per ſupinum iacendi habitum, decumbere ad ſpinam, partem thoracis in pectore à qua pulmo arctatur, nec idoneum ſuſcipit aërem inſpirando; quod ſimiliter dixerat libr. 4. de locis affectis cap. 8. vbi de pulmonia, verba agens, inquit: Si ſimul conueniunt in ſpiritalibus inſtrumentis calor, & anguſtia, vt in Peripneumonia, tunc nec maxima, nec frequentiſsima, nec celerrima reſpiratio ſufficit, ſed ſurgere tentant ſic laborantes. Etenim ſentiunt hoc pacto thoracem facilius dilatari: quippe qui decumbẽtibus in ſeſe concidit eo quod pectoris partes ad ſpinam declinant:

Cur ægri aſſiduè mutare figurã cogantur.

Peripneumonici ſurgendo fiũt ſpirationes.

 clinant:

clinant:qua erecta thorax etiam ſimul effertur, nō amplius ſe ipſum grauans. Verùm tamen ait Hippocrates hoc ſignum in pulmonia peſsimum eſſe, in alijs verò à pulmonia morbis malum tantùm modò. Cuius cauſa eſt, quoniam pulmonia ſpecie lethalis non exiſtit, ſed magnitudine tantùm, vt infrà cōm. 23. dicet Galenus. Quare quæ indicant pulmoniæ magnitudinem, pernicioſa ſunt iudicāda. E quorum numero prædictum accidens habetur. Nam in pulmonia non poſſe aliter, quàm reſidendo reſpirare, indicium eſt, magnam anguſtiā eſſe in pulmone: tantamq; viarum, per quas aër permeat, coarctationem, vt homo ſtrangulari periclitetur, impedita in totū reſpiratione: cuius inſtrumenta moueri perpetuò eſt neceſſe, vt caloris in nobis ſeruetur ſymmetria. Quo fit, vt ſi à cauſa quapiam, vel minima, impediantur mori animal ſit neceſſe: quippe meatus reſpirationis ſemper liberos eſſe conuenit. ne ſi fortè à ſuo ipſorum munere impediti, deficiant, necem animanti conſciſcant. Sic Anacreontem poëtam acino vuæ paſſæ; & Fabium ſenatorem, vno pilo in lacte hauſto ſtrāgulatos fuiſſe, Plinius lib. 7. cap. 7. memoriæ mandauit. Ad eundem modum Plinius ipſe (vt eius nepos lib. 6. epiſtolarum ſcriptum reliquit) dum ad Veſuuij montis portentoſam illam, igniferamq; nubem contemplandā (vt erat rerū acerrimus indagator) propiùs acceſsiſſet, craſsiore caligine obducto ſpiritu, clauſoque ſtomacho, præfocatus obijt. Quapropter mirandum non eſt, ſi in pulmonia vehementi, ſeu magna, quam reſpiratio, quæ erecta

Pulmonia non ſpecie ſed magnitudine lethalis.

Anacreon poëta & Fabius ſenator ſtrangulati. Vide Valle. 2. de cauſis ſympt.

Plinij obitus.

erecta ceruice fit, oſtendit, obſeratis reſpirationis meatibus, recluſiſq; aëris vijs, repentina mors eueniat. Quod ſimiliter in ea aſthmatis ſpecie, quam orthoneam nominant, contingere ſolet, affatim confluentibus in pulmonẽ humoribus craſſis, & reſpirationem intercipientibus. Nam, auctore Galeno ſectione.4.aphoriſmorum cõm.34.vt ab inflammatione pulmonis æger, ſtrangulari poteſt: ſic etiam materia craſſa in eodem pulmone aggregata, pulmonem eundem grauante, atq; obſtruẽte. Adde prædictum ſymptoma, nempè velle reſidere in lecto, poſſe peripneumoniæ malignæ quandam ſpeciem indicare; in qua membranulę, quæ pulmonem thoraci connectunt, affectæ ſunt: dicẽte Aëtio lib.2.ſerm.4.cap.66. ſi pelliculæ pulmonis, quæ thoraci connexæ ſunt ſecundum longitudinẽ inflammatæ fuerint, dolor aderit in pulmonia, & difficultas reſpirandi tanta, vt ſurrecti ſedere velint. Ex quibus liquet, vehementiſsimã, & admodum periculoſam eam pulmoniam eſſe, in qua prædictæ pelliculæ inflammationem patiũtur: non ſecus, ac illam pleuritidis ſpeciem, quæ ſepto tranſuerſo inflammato, efficitur: de qua loquens Auicẽna.10.3.tract.4.cap.1.inquit: Et maius apoſtema & terribilius alijs eſt illud, quod fit in ipſo velamine diſtinguente, & eſt prauius alijs, quæ fiunt in ipſo velamine cooperiente pectus, vel in eius lacertis.

Orthonea repentè ſtrãgulat.

Pulmonia periculoſiſſima.

Periculoſiſſima pleuritis

PROGNOST. XXI.

Stridere autem dentibus in febribus, quibus non eſt conſuetum à pueritia ita efficere, inſaniam ſignificat, ac

mortem:ſed in vtriſq; futurum periculum prædicendum eſt. Si verò delirans ita efficiat: admodum exitioſum iam eſt.

COMMENTARIVS.

STridere dentibus ille dicitur, qui dentes mutuo concuſſu collidens, ſonum edit. Fit hic in dentibus ſonus, ob ſoliditatem colliſorum corporum, hoc eſt, dentium ipſorum. Nam cùm (auctore Galeno lib. 5. de comp. med. ſecundũ locos cap. 8.) dentes lapideam, & duram ſubſtantiã habeant: & Celſi ſententia lib. 8. cap. 1. oſsibus cæteris ſint duriores, fit, vt cum inuicem colliduntur, & conuulſiuò modo mouentur, quaſſari, alteriq; videantur. Ex quo attritu frementem illum ſonum audire licet, quem ſtridorem vocant. Porrò cùm teſtimonio Ariſtotelis lib. 3. de hiſtoria animaliũ cap. 7. dentes ipſi oſſa ſint partim caua, partim ſolida, fit, vt colliſa reſonent. Adeò ſolida, & firma eſſe dixit idem Ariſtoteles, vt ſola inter oſſa ferri aciẽ reſpuant. Facit fortè hæc durities, vt ex partibus corporis ipſi ſoli ignibus inuicti permaneant, nec cũ reliquo corpore cremari queant, ſi Plinio creditur lib. 7. cap. 16. Veruntamen hoc mirum videri debet; vt idem Plinius adnotauit; quòd ijdem, qui flammis indomiti ſunt, tabe pituitę cauentur. Quantum verò ſtridor dentium in morbis acutis mali præoſtendat, docet in hoc ſermone Hippocrates dicens, inſaniam, hoc eſt, vehementem cõmotionem mentis, ac mortem eum ſignificare. Quam ſententiam ſimiliter attulerat. 1. porrhetici

Dentes oſsibus reliqui duriores.

Stridor dentium quid oſtendat in morbis acutis.

ci aphor.13.cum inquit:Dentium ſtridor pernicioſus,quibus nõ eſt ſanitatis tempore aſſuetus.Et libro de Coacis prænotionibus dicebat:Dẽtes collidere,aut ſtridere,quibus non familiare,(à pueritia nimirum)furioſum,ac lethale eſt. Cauſa verò, ob quam fremor iſte dentium exitioſus cenſetur, eſt,quia,vt in cõm.& lib.2.de cauſis ſympt.cap.2. Galenus docet,inuita hęc concuſsio,& ſtridor,ob conuulſionem fit muſculorum temporalium inferiorem maxillã mouentium. Quæ conuulſio,cùm non ſequitur muſculorum ipſorum peculiarẽ affectionem,ſignificat,magnam cerebrum læſionẽ pati. Ex quo accidens tale pernicioſum habetur, propterea quòd magna præcipuæ partis læſio, mortem præoſtẽdit:quoniam indicat facultatem, à principe illa parte emanantem, periclitari: qua pereunte (vt Galenus ait.9.meth.cap.10.)neceſſe eſt reliquas quoq; partium principum facultates, corporis gubernatui deſeruientes,vnà perire,atq; aboleri:cùm ſit nimirùm vita,aut vires ipſæ,aut virium ipſarum actiones, ita eodem tradente Galeno cap.13.eiuſdem libri. Quòd ſi abſque temporalium muſculorum conuulſione dentes collidantur, inſania ſignificatur: quoniam non alij,quàm qui mente cõmoti ſunt, aut mandibularum muſculorum conuulſionem patiuntur, ſolent dentibus fremere. Quare meritò dixit Hippocrates, quòd ſi quis in febribus, dentibus ſtrideat, ex tali ſtridore inſaniã ſignificari,ac mortẽ:inſaniam, inquã, quaſi magnã mẽtis cõmotionẽ dixeris: hanc em̃ inſaniam in cõm.Galenus vocat.Mortẽ verò,

Stridor dentium cur in morbis acutis pernicioſus.

Vita quid apud Galenum.

quoniam

quoniam oſtendit conuulſionem ex inanitione maxillaribus muſculis à neruorum principio cómunicari. Quòd ſi abſque tali conuulſione æger dentibus ſtrepat,ſi id patitur ob inſaniam,nó minus exitioſum ſignum erit, quia ſola inſania per ſe,mortem denotat: propterea,quod ſignificat ſimiliter principem partem vehementer eſſe offenſam. Sin autem abſque cerebri læſione,dentium ſtridor oboriatur(quod contingit in principijs febrium intermittentium, in quibus maxillæ, flatibus plenæ, contremiſcunt,) tale accidés nihil mali ſignificabit. Verùm tamen addit Hippocrates, quod ſi quis vna inſaniat,& dentibus ſtrideat,admodum exitioſum eſſe: quod apud Galenum in com.ſignificat ægrum,nó multò pòſt,ſed citò eſſe moriturum. Ratio eſt, quoniam ſola inſania, per ſe,& ſolus dentium ſtridor,occaſione læſionis neruorum principij eueniens per ſe,morté præoſtendunt. Quocirca ſi ambo ſimul coniungantur,eandem non ſimpliciter, ſed citò, & ſine cunctatione venturam ſignificabunt. Cùm enim quis in morbis acutis dentium ſtridore vexatur, & maxillares muſculi conuulſione non laborant, nec id accidens illi à pueritia fuit conſuetum, vehementer méte perturbabitur. Aderat enim deliriũ détium ſtridore incipiéte. Verùm id exiguum erat,& venturam inſaniam ſignificabat,quæ,mox cum aduenerit, mors certiùs præſagietur. Dentium tamen ſtridor conuulſionem ſequens, nullo ſymptomate medio,mortem ſignificabit. Sequitur interdũ dentium ſtridor muſculorum maxillam mouentium

Stridor dentium in principijs acceſſionum febriũ intermittentium nihil mali ſignificat.

tium imbecillitatem,à vitæ primordijs contractã, qui per morbos acutos apparere poteſt:& nec delirium,aut mortem neceſſariò præmonſtrabit. Simile quippiam de pulſu intermittente ſcribit Galenus lib. 2.de præſagitione ex pulſibus cap.4.qui in ſenibus minus perniciosus, quàm in iuuenibus cenſetur:ſic,vt ſi tempus vnius tantùm ictus arteria quieſcat,confirmari homo queat, ſi ætatẽ agit ſenilem. Quãquàm hoc haud quaquam fieri poſſe videatur.Nam ſi ſua ſpõte imbecillus ſenex eſt, laborantq; eius ante valetudinis infirmitatem facultates, quem expectemus euentum, ſi ad ætatis imbecillitatem altera accedat ex morbo? Veruntamen quia imbecillæ facultates à paruis cauſis offendi ſolent, fit, vt offenſæ facilè releuari,reſtituiq; in priſtinum habitum poſsint:at firmæ tantùm deijciuntur à maximis.Quapropter deiectæ, difficulter releuantur, & ad antiquam remeant naturam. Nam qui habitu ſunt valente,& admodum diu in morbos nõ inciderunt,periclitantur,ſi incidant. Ad eundem modum,ſi quis mandibularium muſculorum natiuam habens imbecillitatẽ, per febres acutas dentium ſtridore capiatur,terreri non debemus: propterea, quòd ita imbecilles, aſsiduè ad omnes cauſas ſunt obiecti,à qualibetq; vel minima lædantur. At robuſti omnẽ excipiunt cauſam paruam, nec niſi à ſolis magnis vinci poſſunt. Solent itidem qui lumbricis vexantur, præſertim pueri (Paulo auctore lib.4.cap.57.) dentibus ſtridere; de quibus in præſentia Hippocrates non loquitur,cũ hic tantùm de morbis agat acutis.

Pulſus intermittens, in ſenib9 minus eſt perniciosus.

Dentiũ ſtridor qñ exitioſus nõ ſit.

Lumbricis vexati dentibus ſtridēt

tis. Solet non minus ſtridor dentium conſuetudinem ſequi, quam per abuſum quis ſibi familiarē effecit: qui, & ſi res turpis ſit, non tamē exitioſum eſt ſignum propter id, quod de conſuetudine, ſeu natura acquiſititia ſupra à nobis fuit enunciatum.

PROGNOST. XXII.

Vlcus, ſiue antea extitit, ſiue exiſtat in morbo, conſiderandum eſt. Si enim moriturus æger eſt, ante mortem aut liuidum, & ſiccum: aut pallidum & ſiccum erit.

COMMENTARIVS.

DE præſagio ab vlcere ſumpto hoc in contextu agit Hippocrates, dicens, conſiderandū vlcus eſſe, ſiue prius, ſiue modo conſiſtat, cū morbo, à quo tunc curandi methodus ſumitur. Nam ſi moriturus eſt æger, ante mortē, liuidum & ſiccum, aut pallidum, & ſiccum apparebit vlcus. Eſt enim vlcus, auctore Galeno libr. 4. meth. cap. 1. & lib. de differ. morborū cap. 11. & lib. de cauſis morborum cap. vlt. ſoluta continuitas in carne, ſeu in genere membrorum carnoſo, facta. Recentiores tamen medici, & chirurgici, barbaram ſectantes medicinam, non quamcumq; ſolutam carnis vnitatem, communiter vlcus nominandam cenſent: verùm, eā tantùm, quæ nec recens eſt, nec cruenta, ſed iam inueterata exiſtit, & antiqua; & in qua vna, vel plures conſiſtunt diſpoſitiones, quę vnionem, vel conſolidationem remorantur, atque impediunt: & in qua purulenta, & ſanioſa quædam colluuies conſiſtit. Sequuntur Auicennam iſti, quarta quarti, tract. 3. cap. 1. ſolutionem continuitatis

Vlcus quid

tis in carne facientem,ſaniem,& pus, vlcus nominantem:recentem verò, ſeu cruentam in carnoſa parte ſolutionem continuitatis, ex vulnerando factam, ſine pure,ſine ſanie, aut putrefactione aliqua,ijdēm vulnus,ſeu plagam,aut cruentū vulnus appellandam cēſent. Apud Galenū tamē vulnus, & vlcus,pro eadem re ſumuntur,nempè pro ſolutione vnitatis vtcunq; in carnoſa parte euenien- *Vulnus, & vlcus apud Galenū idē.* te.Nam lib.de cauſis morborū cap.vlt.inquit, ſolutam in oſſe continuitatem, fractionem, vocari: in carne autem, vlcus,aut vulnus. Ex hoc itaq; vlcere Hippocrates in præſentia futuram necē pręſagire docet,inquiēs: vlcus,quod antè extitit,ſiue nunc fortè cum morbo exiſtit,ſi ſiccum,ac liuidū: aut ſiccum, & pallidum factum fuerit, ægrotanti proximam mortem minari.Nam vlcus ſiccum factum,ſi talis ſiccitas non euenerit ob externam ali *Vlcus ſiccū q̄n mortem praenunciet.* quam cauſam, aut ſolius affectæ partis ſiccam intemperiem,lethale ſignū eſt,ſiue talis ſiccitas oboriatur propter excrementorū defectum,ſiue propter vlceratæ partis contabeſcentiam,ac maciem. Significat enim altricis facultatis lāguorem, ſummamq; eiuſdem imbecillitatem, vtpote quæ non valuerit partibus nutrimento ſuccurrere. Nam ſi ſiccum ob id quod excrementis caret, redditur, oſtendit pręſens alimentum ei deeſſe.Si verò ſubſtantificè ſiccum ſit,hoc eſt,caro ipſa tabefacta im munita,ac veluti ſalita,indicat multo iam antè illud defeciſſe. Quorum quodlibet oſtendit nutritoriam facultatem,quæ corpus per alimentum regit, extinctam iam fore, vel extinctioni propin- *Vlcus ſiccū quare mortē prædicat.* quam.

quam. Quod ſi abſq; vniuerſalis altricis facultatis detrimento ob cauſam aliquam externam, aut partis peculiarem intemperiem, ſiccum vlcus appareat, nihil mali ſignificat, ſed tantùm impedimentum adeſſe, quod vlceris ſanitatem prohibere poteſt. Nam cùm quæ vlceris ſanitatem impediunt, ac remorantur, teſtimonio Auicennæ quarta primi cap.28. ſint praua vlceratæ partis tẽperatura ſanguinis ad partem ipſam confluentis, impuritas, aut multitudo, oſsis ſubiacentis corruptio, fit, vt his præſentibus, vlcus priùs quàm illa ſubmoueantur, ſanari non poſsit; quemadmodũ Galenus lib.4. meth. fuſius demonſtrat. Ratio eſt quoniam, vt idem docet lib.3. cap.3. eiuſdem operis, generãdæ carnis, quæ vlcus implere debet, materia ſanguis eſt; artifex verò, & opifex, natura corporum ſubiectorum, quibus ſuperinduci caro debet. Quare ſanguinem bonum eſſe, & naturã probè attemperari debere, neceſſarium quidem eſt. Ex quibus clarè deducitur, quod ſi vlcerata pars calida intemperie laboret, debet refrigerari: ſi frigida, calfieri: ſi humida, ſiccari, vt ad iuſtum temperamentum reducatur: in quo, auctore Galeno 3. de præſagitione ex pulſibus cap.2. facultatis robur conſiſtit. Ad eundẽ modum ſi ſicca eſt partis tẽperatura, humectari debet: queãdmodũ Galen. fecit lib.4. meth. cap.2. Verùm hæc, ſymptomatũ ſuperuenientium, non vlceris ipſius ſanatio eſt. Nã vlcus, ea ratione, quà vlcus eſt, vt.3. meth. cap. 3. cum demonſtratione probat Galenus, ſemper exſiccari debet, perpetuóq; exſiccationem poſtulat,

Vlcus quà vlc' eſt perpetuo exſiccari indicat.

lat, dummodò illud à carnis contuſione non euenerit; quod Auicenna animaduertit quarta quarti tract.3.cap.2.quo in loco ſic ait: Omnia vlcera indigent exſiccatione, præter facta ex attritione muſculorum,& contuſione ipſorum. Nam hæc indigent in primis vt mollificentur,& humectetur. Accepit hoc ab Hippocrate lib. de vlceribus non longe à principio, vbi ſcribit in hunc modum. Quodcumq; vlcus cęſim, percuſſimve acuto telo eſt diuiſum, medicamentum ænemon, & ſiccans, & quod ſuppurare vetet, admittit: ſin caro aliqua telo tum contuſa, tum cæſa ſit, huic ita medendum eſt, vt quã celerrimè ſuppuret. Nã & minus phlegmone vrgebitur,& neceſſe eſt carnes, quę contuſæ, cæſæq; ſint, putrefactas,& in pus verſas, liquari: poſteà nouam carnem naſci. Quæ verba enarrans Galenus lib.4.meth.cap.5.inquit: Indicat ẽm hoc ſermone manifeſtè, ſolos eos vlceratarum partium affectus non eſſe ſiccandos, in quibus generari quàm celerrimè pus cupimus: vtiq; quòd cũ quadã putreſcẽtia pus oboriatur, obiter docẽs. Hactenꝰ Gale. Verùm iſta iã medendi methodũ attingunt: quare ad prognoſticũ reuertamur. Damnat pariter Hipp. vlceris liuidũ,& pallidũ colorẽ: quia liuidus color, natiui caloris indicat extinctionẽ: pallidus, flauæ bilis exuperantiã oſtendit. Demõſtrant itidem huiuſmodi colores magnam iecoris intemperiem,& ſanguinis cacochimiam: cuius rei teſtis eſt Auicenna quarta quarti tract. 3.cap.1.inquiens: Et vlceribus malis coniungitur color corporis malus, ſicut albus, plumbeus, aut citrinus.

Quãdo exulcerata partes non ſint exſiccandæ.

Vlceris color quid denotet.

 Tunc

Tunc enim illud eſt ſignificatio ſuper corruptionem complexionis hepatis,& corruptionem ſanguinis,qui venit ad vlcus. Quare fit difficilis eius conſolidatio. Eſt hoc ſignum,quod à vitioſo vlceris colore deſumitur, non tantùm prognoſticum, ſed & diagnoſticum. Nam vlceris color,præter naturam humoris vlcus vitiātis, dominium oſtēdit, indicatq́; qualem humorē à corpore educere debeamus. Quod Galenus voluit lib. 4. de ſanitate tuenda cap. 4. & prima ſect. aphor. cōm. 2. dum ait, omnem colorem,præter naturam in toto corpore,oſtendere,humorem euacuendum ab eo. Quis verò color, quem peculiarem humorem demonſtret, fuſius libr. 4. de ſanitate tuenda citato, & in com. Galenus oſtendit,dicens:vlceris croceum colorem bilioſi humoris in eo,& toto corpore exuperantiam indicare: liuidum,& nigrum dominiū atræ bilis oſtendere, aut natiui caloris extinctionem:album pituitæ exuperantis eſſe indicē. Quare optimè à Galeno in com. dictum eſt, in morbis vlcus non ſemper vnius eſſe coloris, ſed pro menſura læſionis ex vlcere contingentis,& pro diſcrimine humorum in corpore exuperantium vlcus colorem euariare.

Signum ab vlceris colore ſumptum prognoſticū & diagnoſticum eſt.

PROGNOST. XXIII.

De geſticulatione autem manuum hæc cognoſcere oportet. Qui in febribus acutis,aut phrenitidibus, aut pulmonijs,aut capitis doloribus, manus ob vultum fert, aut fruſtrà venatur muſcas, aut colligit feſtucas, aut de veſte euellit pilos, aut de pariete ſtipulas carpit:id omne

omne malum, exitialeq́; eſt.

COMMENTARIVS.

OB noxam in imaginatione contingentem in quibuſdam acuto morbo laborantibus, manuũ quidam fiunt motus, & operationes, quæ nobis oſtendunt, ſe credere, aliqua foris ſita inſpicere, quorum cauſa manus mouent, ea apprehendere conantes. Vocat has operationes Hippocrates, manuum geſticulationes: vt ſit nimirum manuũ geſticulatio, motus, & operatio earum inanis ob errorem facultatis imaginatricis eueniẽs: eò quòd æger foris ſe intueri putat quędam ſimulacra, quę nullatenus exiſtunt, ſed in oculo potius repręſentantur. Quo fit, vt talibus apparentibus phantaſmatis ægrotans ipſe geſticuletur, & geſtum faciat. Vnde geſticulator Diomedi grammatico ille dicitur, qui geſtu corporis, aut partium eius, populũ oblectat. Pari modo ij, qui in febre ardenti, vel phrenitide, vel pulmonia, aut capitis dolore vehementi, ante faciem manus ferunt, venantes fruſtrà muſcas, aut feſtucas colligentes, aut euellentes ſtamina, piloſve de veſte, aut de pariete carpentes ſtipulas, geſticulatores dici poſſunt; quia ſępè manus mouent, nullo pręexiſtente obiecto ſenſuum harum rerũ imagines concipientes, aduerſus quas ſæpè manus mouent, atque dirigunt, volentes illas apprehendere; cùm tamen nihil extra verè ſit, quod colligere, vel carpere, aut euellere poſsint. Similes profectò, (vt Benedictus Victorius ait) artis bellicæ tyronibus, qui ſe ad prælium exercẽtes, hoſtem fingunt, quem feriant: quippè nullo

Quid ſit manuum geſticulatio.

Quis geſticulator.

prorſus ſenſuū obiecto apparente aduerſarij imaginem concipiūt, aduerſus quam ictus ſuos dirigūnt: nihil tamē ipſis adeſt, quod telo cædere, aut vulnerare queant. Quantum verò huiuſmodi manuum motus, aut geſticulationes, in acutis morbis mali præoſtendant, præſenti ſententia docet Hippocrates, dicēs, id omne lethale, exitioſumq́; eſſe: quoniam oſtēdit delirium adeſſe. Quòd cum ſequitur aliquem ex acutis morbis hîc ab eo enarratis, mortem cito venturam prænunciat. Nam ſi ſequatur, phrenitidem indicat cerebrum, aut eius membranas inflammari: quæ inflammatio, cùm ſit partis principis, exitioſa admodum exiſtit. Qua de cauſa dixit in cōm. Galen⁹, vniuerſum phrenitidis genus pernicioſum haberi. Veruntamen, ex phrenitidibus illa pernicioſior cenſeri debet, quæ ad viſionem ſimulacrorum adducit ægrum: proptereà quòd indicat, malum ita eſſe adauctum, vt ſenſui exteriori cōmunicetur. Pari modo deliriū ſi fiat ob ardentem febrem, aut capitis dolorem, exitioſum eſſe eſt exiſtimandum. Nam in iſtis malis non peruenitur ad imaginationis deprauationem, & ad apparitionem phantaſmatum, niſi cum ingentia admodum fuerint; quo caſu multis vaporibus caput implebitur, cerebri temperies ſubuertetur, animales ſpiritus agitabūtur, ex quibus mentem cōturbari neceſſe eſt. Itidem in peripneumonia deliriū exitioſum eſt, quoniā ſignificat malum cerebro communicari. Hinc non temere dixit Hippocrates aphor. 12. ſectionis. 7. A pulmonis inflammatione phrenitis, malum. Quam ſententiam

Quando delirium mortem prænunciet.

Cur deliriū in peripneumonia perniciosum.

tiam enarrans Galenus, inquit: Quando à calido humore fit pulmonis inflammatio, quæ multos vapores tranſmittit ad caput, cerebrum implet vaporibus, & facit phrenitidem. In omnibus tamen iſtis paſsionibus motus manuum oſtendit, nõ tantùm mentem turbari, verùm etiam malum à cerebro oculis communicari. Nam vt.4. de locis affectis cap.1. Galenus ſcribit, quando in cerebro aliquis bilioſus ſuccus abundat, acceditq; febris ardens, is afficitur perindè, ac ſi ad ignem torreretur: oriturq; tũc fumus veluti in lucernis ab oleo, qui per vaſa, quæ ad oculos tendunt, delapſus, viſorum in ipſis cauſa cenſetur; quippè humorem aqueũ, natura clarũ, ac purum interturbat. Et pro natura turbantis vaporis paroraſis, id eſt, hallucinatio ſuboritur. Hinc fit vt viſa modò fuſca, interdum nigra, pallida, aut rubra appareant: quandoque verò craſſa, aut tenuia videntur, huiuſq;, vel illius imaginem repræſentantia, pilorum videlicet, feſtucarum, muſcarum, aut cuiuſpiam alterius rei, prout defluens ad oculos vapor hoc vel illo colore fuit infectus: aut hãc vel illam figuram obtinuerit. Quemadmodum copioſius lib.1. de cauſis ſymptomatum in initio Galenus docet. Nõ ab re igitur dixit Hippocrates, quòd ſi quis in febre acuta, aut phrenitide, aut pulmonia, aut capitis vehemẽti dolore, manus ob os ferat, volens aliquid apprehẽdere, aut arripere, quod reuera nõ exiſtit, malũ exitioſumq; eſſe: quoniam indicat delirium, quod ob aliquam prædictarum diſpoſitionum factum, mortiferum eſt. Nec tamen putandum eſt

Quæ ſit in delirantib^9 viſorũ cauſa.

(vt aliqui crediderunt) delirium per ſe, & abſque
morborum aliquo ab Hippocrate hic connume-
ratorum, in acutis paſsionibus mortẽ ſemper prę-
nunciare. Nam illud quod in vigoribus acceſsio-
num febrium acutarum contingit, maioris terro-
ris, quàm periculi eſſe ſolet. Propterea quòd, vt
Fernelius ait vltimo cap. libr. 4. pathologiæ, ſæpè
tale nullo vitæ diſcrimine hominem abducit ab
Quando cõtingat delirium, bonũ præmonſtrare.
vſu rationis. Porrò euenit interdum, delirium hoc
bonum eſſe, quando criſim venturã præmõſtrat;
cuius rei grauiſsimus teſtis eſt Galenus libr. 3. de
criſibus cap. 11. quo in loco futuri ſudoris ſigna re
cenſens, ſic ait: Quòd ſi pulſus vndoſus fiat, & inſi
gniter mollis, adhuc amplius ſudores expectare
oportet: magisq; ſi ægrotãtes delirauerint in creſ-
cente acceſsione; & partes exteriores, calidiores,
& rubicundiores extiterint, & vapor quidam cali-
dus ex cute exeat, qualis anteà non aderat. Ex qui
bus clarè intelligitur, delirium Hippocrati in prę-
ſentia ob id lethale eſſe, quoniam fit ob phreniti
dem, aut pulmoniam, aut ardentem febrem, aut
ob capitis dolorem, quæ omnia, vt ait in cõm. Ga
lenus pernicioſa ſunt, phrenitis genere toto; reli-
quæ verò affectiones magnitudine duntaxat. Ex
Franciſcus Valleſius reprehẽditur.
his etiam liquet falli Valleſium virum alioqui do-
ctiſsimũ lib. 5. controuerſiarum cap. 12. dum cen
ſet dari poſſe phrenitidem ob ſolos humores cali
dos in cerebro redundantes, citra cerebri, aut il-
lius membranarum inflammationem. Nam ſi res
ita ſe haberet, nõ eſſet, quod hic ait Galenus, vni
uerſum phrenitidis genus pernicioſum. Quoniam

vt modò fuit demonſtratum, delirare, ob ſolos calidos humores, cerebri temperiem euertentes, ac nondum in illo inflammationem committentes, perpetuò perniciosum non eſſe. Quod ſi phrenitis genere toto pernicioſa exiſtimatur, ob id certè eſt, quia ſemper eſt inflammatio, quæ cùm ſit partis principis (& ſi minima) ſemper exitioſa exiſtit. Rurſus Valleſij ſententiam redarguit Galenus libro.2.de cauſis ſympt.in fine dum ait, phrenitidẽ non ſimpliciter ob calidos ſuccos, ſed cùm phlegmonem, vel in cerebro vel in membranis eius pariũt, oboriri. Sed nec Galeni locus ex primo Prorrhetici cõm.1.quem in ſui fauorem adducit Valleſius, quidquam aduerſus nos concludit. Nam cùm Galenus ait, exquiſitam phrenitidem, & nulli alteri morbo permiſtam fieri, cùm flaua bilis locũ prehenderit, in quo reſidet animæ princeps pars, intelligi debet, tumore præter naturam medio, ſeu dum humor iſte in cerebro inflammationem efficit; & non ſecus. Quo modo etiam idem Galenus eſt interpretandus ſectione. 7.aphor. cõm.12.inquiens, quod quando à calido humore fit pulmonis inflammatio, quæ multos vapores tranſmittit ad caput, cerebrum implet vaporibus, & facit phrenitidem. Nam calidi vapores nequeunt phrenitidem efficere, niſi dum condenſati, & in cerebro coadunati inflammationem committunt. Verum Valleſij iſta tolerabilia ſunt, illud verò tolerari non poteſt, quod ipſe in eodem loco nititur perſuadere, in principio phrenitidis, inflammationẽ nondum adeſſe, ſed in illius progreſſu generari.

Galeni loc. interpretatur.

Valleſius taxatur.

Nam ex hac aſſertione ſequeretur, morbum eundem, alterius eſſe naturæ dum eſt in principio, ab eodem, quando eſt in augmento, vel in reliquis temporibus. Sequi autem hoc, peruium eſt; quia cum eſt in principio, Valleſio auctore, eſt morbus in temperatura materialis, in progreſſu autem eſt morbus in compoſitione: qui duo non tantùm ſpecie, ſed & genere variãt. Exiſtimare enim morbum in principio à ſeipſo cùm ad incrementum peruenerit, ſpecie differre, planè falſum eſt, & Galeno aduerſum. Nam.1.de locis affectis cap.2. ait, morbum calidum & frigidum, humidum & ſiccũ, cùm corporis temperaturæ, quæ bonæ valetudini debetur, limites exceſſerit, eandem ſibi ipſi naturam habere: licet interdũ adeò ſit exiguus, vt nec à nobis cognoſci, nec à laborantis ſenſu percipi poſsit: nec ſecùs ſubdit inflammationem in quacumq; animalis parte conſiſtentẽ, ſiue maximam, ſiue minimam, vnum, atque eundem eſſe affectũ, non ſpecie quidem, ſed magnitudine varium. Sed de his ſatis: quare ad rem iterum. Quæret hic meritò aliquis, quî fieri poſsit, vt vapor ille, videndi organo inſidens, perſpici ab ægrotante poſsit, cùm viſio omnis aëris externi lucidi adminiculo fiat: interſtitiumq; quoddam poſtulet, quo perſpecta res ſenſum immutare queat? ſi quidẽ, vt.2. de anima cap.9.&.10. Ariſtoteles prodidit, ſenſibile ſupra ſenſum poſitum perſpici non poteſt: cùm tamen hi qui ſic ſunt affecti, vt oſtenſum iam eſt, pro redũdantis vaporis figurâ oculo inſidentis, ſubſtantia, atque colore aliud, atq; aliud viſile pro

Cur vapor videndi organo inſidẽs perſpiciatur

ſpicere ſe exiſtiment. Rurſus cùm idem Ariſtoteles affirmet libr. de ſenſu, & ſenſili, &, 2. de anima tex. 63. & 134. nullum ſenſorium in ſua ipſius propria functione labi, aut decipi poſſe; cur iſti, qui ita afficiuntur, videndo decipiantur? quandoquidem ſe intueri exiſtimant, quæ nullatenus ſunt, aut exiſtunt. Quibus obiectionibus vt ſatis fiat, dicendum prædictã viſionem, licet deſtituatur medio externo, non deſtitui tamen interno. Eſt autẽ medium internum, humor albugineus, qui ab anteriori parte humori criſtallino adiacet, ſubſtantiæ tenuis, atque aëreæ. Continetur hic inter tunicam ceratoidem, & humorem criſtallinum in oculi pupula, ac in cauitate rhagoidis, qui ſimul cũ animali viſorio ſpiritu ſuſtinet membranam ceratoidem, ne rhagoidi concidat; & rhagoidem, ne incidat in humorem criſtallinum; qui eſt primum videndi inſtrumentum. Eſt etiã albugineus humor iſte, humoris criſtallini propugnaculum veluti quoddam, ſine quo humor ipſe criſtallinus externum ſplendorem, citra offenſam ſuſtinere non poſſet. Quo fit vt deficiente hoc albugineo humore deterior fiat viſio, eo quòd, vt Galenus ait. 1. lib. de cauſis ſympt. cap. 1. rhagoides tunica ſupra criſtallinum decidens ſpacium, quod inter duo hæc erat, breuius redditur: atque ita externi aëris ſplendorem per exiguum medium criſtalloidi occurrere eſt neceſſe. Vnde ſimiliter afficiuntur, vt ij, qui inconniuentibus oculis ſolem intuentur, quorum vt aliqui obcæcantur, ita omnes noxam ſubeunt. Quæ Galeni non minus docta, quàm vera eſt ſen-

Obiectio altera.

Obiectiones diluuntur.

Albugineꝰ criſtallini propugnaculum.

tentia.1.de cauſis ſympt.citato. Cùm igitur prædi-ctus humor albugineus, internum ſit viſionis medium, mirandum non eſt, ſi ea, quæ in illo continentur, videri aliquando poſsint: dummodò non ſint nimis craſſa, aut cohęrentia. Nam ita viſum in totum prohibebunt. Quo circa ſi corpuſcula, quæ iuxta iam dictum humorem exiſtunt craſsiuſcula aliquatenus, diuulſaq; nec inter ſeſe cohærentia appareant, ſic affectis viſa quædam obuerſabuntur, perindè, ac ſi in exteriore aëre culices circunferri viderentur. Ac ſępenumerò veluti ſimulacra quædam apparere imaginantur, ob craſſorum humorum copiam. Huiuſmodi verò ſimulacra, Galeno teſte, maximè apparent ijs, qui à ſomno expergiſcuntur, præcipuè pueris & ijs, qui plurimo vino madent, aut alio quouis modo caput repleuerunt. Atque ita, ni fallor, primæ dubitationi ſatisfactũ puto. Secundæ, vt arbitror, optimè reſpondẽt Themiſtius lib.2. de anima, in paraphr. cap.6. & Valleriola in commentarijs, quos in primum de cauſis ſymptomatum librum edidit, dicentes, ſenſorium viſus (vt idem de reliquis intelligas) in ſua ipſius propria functione non falli, dummodo ea, quę ad rectam ſenſationem requiruntur, non abſint, aut deficiant. Porrò ad viſionem rectam exiguntur, inſtrumenti bona habitudo, & temperies (quo fit vt per oculorũ vehementes affectus vel nihil omnino, vel deprauatè cernamus:) tum obiectæ rei, medijq; circumfuſi ſplendor: (propter quod in tenebris non videmus:) tum etiam diſtantia inter ſenſibile, ſentiẽdiq; organum, (cuius culpa ſupra

Themiſtius, & Valleriola argumento reſpondent.

Quæ ad bonam viſionem exigãtur.

oculum

oculum poſita malè intueri licet:)tum deniq́ue radiorum,& linearum viſilium recta ad oculũ tranſmiſsio:(quæ cauſa eſt,cur obliquè,retrove poſita à nobis cõſpici minime poſsint:) poſtremò cũ ad rectam functionem animalium ſpirituum ſufficiens & quantitas, & qualitas exigatur, nempè vt ſint ſpiritus viſorij quantitate multi, ſubſtantia tenues,lucidi & liberè permeantes,cõcludere oportet,quæ in ſic affectis fit,viſionem illuſoriam eſſe, & deprauatam.Quod & oculorum vitia ſequatur, & viſa corpuſcula natiuo ſplendore careant,& nulla ſint ſenſatæ rei ad ſenſorium diſtantia, ſubſitq́; ſpirituum vel penuria,vel paucitas; vndè haud immeritò Galen.1.de cauſis ſympt: eam hallucinationem vocat.Porrò cùm prædictarum formarũ, quæ in ſic affectis fit, viſionem ſequens iudicium corruptum ſit & vanum, mirari non debemus, ſi viſio ipſa certa non ſit, nec vera,ſed fallax, & deprauata. Porrò iudicium,viſionem illam ſequens, vanum eſſe,& illuſorium,ex ipſo opere ſatis conſtat.Siquidem ea,re ipſa aëri medio ineſſe,eorum q́ue obtutibus verſari iudicant, quæ nullo pacto ſunt, culices nimirum, muſcas,atomos, vmbram, & id genus alia. Si enim iudicium integrum eſſet, & conſtans,vt in ijs,qui ſuffuſionibus laborant,& ſi viſa apparerent, non mouerent manus iterum, atque iterum,cognoſcentes, id quidem apparere, verùm tamen nõ exiſtere.Quapropter toties manus mouere ad id quod illis apparet,apprehendẽdum,non fit abſq́; læſione internæ facultatis imaginatricis; quæ in acutis morbis ab humore calido,

Deprauatur viſio.

Inſuffuſione laborantib⁹ conſtat indicium.

do, vel vapore ſimili læditur, cuius vaporis portio ad oculos perueniens, facit vt imaginatrix facultas læſa erret circa viſa: quemadmodum ſi ad auditum perueniret, aberraret circa audita. Quod contigit Theophilo medico, qui, vt refert Galenus lib. de ſympt. diff. cap. 3. cùm alioquin prudenter diſſereret, ac diſputaret, atque eos, qui túc præſentes erant, exactè cognoſceret, tibicines tamen quoſdam arbitrabatur eſſe in angulo cubiculi, in quo decumbebat, eoſq; tibia canere, atque pulſare, & ſe illos videre putabat; alios quidem ſtãtes, alios autem illic ſedentes, & ita continenter canentes, vt nec interdiu, nec noctu, quicquam ceſſarent, aut remitterent, ne minimo quidem temporis momento. Proinde aſsiduè clamans iuſsit eos à cubiculo expelli. Veruntamen huic, non tantùm auditui, ſed & viſui communicabatur malum: quandoquidem dicebat ſe audire tibicines, & illos videre ſtantes, & ſedentes. Nec tamen neceſſe ſemper eſt, vt quoties phantaſia læditur, alicui ſenſuum externorum communicetur malum; quemadmodum Vega in præſenti cóm. perperam arbitratur. Nam ſtat, lædi imaginationem, abſque læſione talium ſenſuum. Si quidem ille, qui timebat ne Atlas, qui mundum ſuſtinere dicitur, grauatus ſub tanto pondere, illum à ſe excuteret, atque ipſe cum illo periret, læſam habebat imaginationem: ſed tamen læſio nulli ſenſuum externorum impartiebatur. Rurſus & alter, qui teſtam ſe factum putabat, atque idcircò obuiantibus cedebat, ne collideretur; nullam, ut arbitror, noxam in ſenſibus

Theophilus medicus.

Vegæ ſententia refellitur.

bus exterioribus obtinebat. Quemadmodum nec alius, quē cũ iſtis Galenus refert lib. 3. de locis affe ctis cap. 6. qui gallos cantare audiens, vt ij, alarum ante cantum, ſic ille brachiorũ plauſu latera quatiens, animātium ſonum imitabatur. Rurſus inter dormiendũ, quo tempore exteriores ſenſus à ſuis functionibus omnino ferиantur, contingunt quā plurimis delira inſomnia, obuerſantibus per phan taſiā mille rerũ ſenſibilium imaginibus. Quæ om nia argumēto ſunt, poſſe imaginādi vim circa ſen ſibilia errare, & ſi propria ſenſuũ inſtrumenta nō patiantur. Quod autem ægrotantibus in ſomnis deliria contingant, locupletiſsimus teſtis eſt Galenus lib. 2 aphor. cōm. 1. quo in loco ſic ait: Quidam verò ex ipſis inter dormiendum delira loquuntur, & vbi expergefacti fuerint, multo tempore in delirio perſeuerant. Et libro. 5. de locis affectis cap. 3. de phreniticis verba faciēs, inquit: Interdum (ſubaudi phrenitidem) vigiliæ præcedere videntur: interdum etiam ſomnus manifeſtis imaginibus turbatus, vt & clament nonnulli, & exiliant, videre eſt. Quæ omnia manifeſtè declarant, poſſe imaginandi facultatem per ſe ipſam errare circa ſenſibilia, nullum errandi principium à ſenſibus accipiendo. Nam ſenſus in dormiente homine non poterunt rerum ſimulacra interno ſenſui repræſentare, etiam ſi in iſtis, qui præſenti prognoſtico ab Hippocrate recenſentur, imaginandi potentia vitietur, & vitium communicetur oculis. Sunt porrò & alij phrenitici, qui illæſam ha bēt phantaſiā, cogitādo tñ aberrant, quod illi cōtigit, qui

Aegrotantibus inter dormiēdum deliria contingunt.

Læſio cogitatricis abſque læſione imaginatricis.

qui referente Galeno lib.4.de locis affectis cap.1. obſeratis intus ianuis protulit per feneſtram ſingula vaſa, illaq́; ſuis nomenclaturis nominans, prætereuntes interrogabat, iuberentne, vt ea proijceret. Ex quo intelligere licebat, nec imaginādi functionem eſſe læſam, nec nominum memoriam deletam. Sed quamobrem ipſe decreuiſſet ea ab alto deijcere, & ita frangere, nemo coniectura aſſequi poterat; quanquàm ex ipſo opere ſatis conſtabat eū inſanire. Ex quibus liquet poſſe vitiari facultatem cogitatricem, illæſa imaginatrice: & imaginatricem, non læſa cogitatrice. Quod ſatis efficax argumentum eſt, ad oſtendendum eas eſſe ſeiunctas, atque diuerſas: quod verum eſt, non ſolùm in his, verùm etiam in reliquis interioribus cerebri facultatibus ſenſitricibus: cunctæ namq; diſtinctæ ſunt, & ſeiunctæ. Sunt autem omnes huiuſmodi facultates numero quatuor, nempe ſenſus communis; phantaſia, ſeu imaginatio; cogitatio; & memoria: quas in cerebri ſubſtantia, tanquàm in proprio domicilio reſidere lib. 5. pathologiæ cap.1.& 2. Fernelius ſibi perſuaſit: cæterùm ſi verum eſt has facultates non operari ſine inſtrumento, eaſdemq́ue eſſe debere, vbi earum inſtrumentum exiſtit, fateamur oportet, illa in cerebri ventriculis demorari: quoniá harū facultatū inſtrumentū, ſpiritus eſt animalis, qui in ventriculis cerebri præcipuè continetur, quemadmodum Galenus eſt auctor lib.3. de locis affectis capit.5. Verumtamen cùm videamus, oblæſis cerebri ventriculis, vt in morbo comitiali, principes facul-

Numerus facultatum interiorum cerebri.

culta-

cultates intercipi,eaſdemq́;,alterata illius ſubſtan tia,vt in phrenitide, & mania, deprauarĩ; rationi conſonũ videtur illas tã in ventriculis, quàm in medullari ſubſtãtia habitare. Aliâs enim ſi in vna tantum parte conſiſterent, altera vitiata, oblædi non potuiſſent. Sunt & alij,qui exiſtiment,faculta tem ſenſitricem præcipuè in cerebri meningibus contineri, indeq́; in vniuerſum corpus deriuari. Quorum opinionem falſam eſſe, & erroneam cum demonſtratione conuincit Galenus.7.de pla citis cap.3.vbi inquit,vnicam eſſe vim mouentem & ſentientem,hancq́; in cerebri medulla,vt in ſede præcipua,exiſtere:meningas verò eſſe ad con- tinendam,& nutriendam eam ſubſtantiam accõ- modas:habent enim meninges iſtæ venas, & arte rias. Probat hoc experimẽto Galenus, quoniam præciſis aliquibus nerui fibris,pars,in quam ner- uus ille tendebat,priuatur ſenſu,& motu: vel ſal- tem deteriùs ſentit,& mouetur: tamen ſi denude tur,non à carne ſolùm, ſed etiam ab indumentis ijs,quæ à meningibus accepit illæſis fibris, nulla pars ſubiecta lęditur.Igitur vniuerſa facultas per fibras defertur ex cerebri ſubſtantia, non autem ex meningibus.At dicunt,membranas,ſenſus eſſe participes:minimè verò ſubſtantiam cerebri: er- go membranæ,non autem ſubſtantia cerebri, par tibus ſentientibus vim ſentiendi ſuppeditant:pro pterea,quòd nemo,id,quo caret, tribuere poteſt. Veruntamen hæc aſſertio inutilis eſt, ac nullius prorſus momenti.Nam vt omittam,nonnullos ce rebri ſubſtantiam inſentientibus particulis collo- caſſe,

A Fernelij opinione diſceditur.

Aliorum opinio improbatur.

Obiectio.

Obiectionis ſolutio.

caſſe, vt lib. de plenitudine cap. 4. Galenus refert, tamen ſi ſenſus omnino eſſet expers, nō ob id ſenſificam facultatem largiri non potuiſſet. Quia, vt Galenus eſt auctor lib. 1. de cauſis ſympt. cap. 8. cerebrum, non vt ſit ſentiendi inſtrumentum, ſed vt ſenſuum inſtrumentis vim ſentiendi ſuppeditet à natura fabricatum eſt. Rurſus, ſi ob id, quòd ſenſus eſt expers, vim ſentiendi largiri non potuiſſet, pari ratione quia voluntariè non mouetur, motū voluntariū tribuere non valeret: quod falſum eſſe omnibus eſt in confeſſo. Igitur facultatē ſentiendi, atq; mouendi cerebri ſubſtantia obtinet: ſed ſi non ſentit illa, nec ſpontaneo motu mouetur, ob eam cauſam eſt, quia ineptum inſtrumentum exiſtit ad ſentiendum, & mouendum. Inſtrumenta enim motus animalis, muſculi ſunt: at cerebrum muſculus non eſt. Rurſus, quod ſentit, nec nimis ſiccum eſt, velut os; nec nimis humidum, & diffluens; ſed inter duo hæc mediocritatem ſeruat: cerebrum verò nimis eſt humidū, & mucoſum: igitur ſentire non poteſt. Reſidet ergo in cerebri ſubſtantia ſentiendi, & mouendi facultas, tanquā in fonte, à qua in reliquas partes deriuatur, nō autem in meningibus. Verùm ſi non ſentit illa, nec ſecundum voluntatem mouetur, ob id certè eſt, quia nec ſentiendi, nec mouendi idoneum inſtrumentum exiſtit.

Quale eſſe debeat ſenſus inſtrumētum.

¶ SED ad numerum principiū facultatum ſenſitricum redeundo, nonnulli philoſophorum illis reminiſcentiam adiungunt. Franciſcus Valleſius, medicus noſtra ætate celebris, libro. 2. controuer.

Franciſ. Valle. notatur.

uer.cap.20.tenet reminiſcentiam à memoria non differre: ſed fallitur. Quoniam reminiſcentia ad memorãdi facultatẽ referẽda nõ eſt; queadmodũ nec ad imaginãdi, nec ad ſenſũ cõmunem, ſed ad ſuperiorẽ aliã potẽtiam, hoc eſt, ad intellectricẽ: in terdũ verò, etiã ad cogitatricẽ, quãdo videlicet illa eo modo, qui mox dicetur, fit. Nã teſte Ariſtotele in fine libri de memoria, & reminiſcentia, ſolus homo inter cuncta animalia reminiſcitur; & remi niſci, ſyllogiſmus quidam eſt, ita eodem tradente Ariſtotele; ſed ſyllogizare, nõ eſt memoriæ opus, quare nec reminiſci. Verùm ſi reminiſcentia fit per ſyllogiſmos particulares, cogitationi debet referri: ſi verò per vniuerſales, intellectioni. Nã remi niſcentia, quę hoc modo per vniuerſales ſyllogiſmos fit, ratiocinatio quędã eſt. Eſt eñ ratiocinatio actio facultatis in nobis principis atq; ſupremæ, quã ratiocinatricem, ſeu intellectricẽ vocamus. A qua meritò rationales dicimur, qua ſanè facultate tũc rectè fungimur, cũ de omni re quid verũ conſentiens, propriumq; ſit expendere ratiocinando valemus. Ratiocinari ſiquidẽ dicimus rem quãq; mentis, ac rationis indagatione cognoſcere, atq; complecti, deq; eius natura, viribus ac poteſtate, proprietatibuſque exactè ac verè differere, & quæ à mente iam exciderunt deletaq; ſunt, diſcurſu, ac ſyllogiſmo iterum ad memoriam reuocare. Quæ omnia cum à meminiſſe ſatis differãt, longèq; diſſita ſint, cõſequitur reminiſcentiã, & memoriam, non vnã eãdemq;, ſed diuerſas eſſe facultates: nec reminiſci, memoriæ eſſe opus. Quo fit vt reminiſ

F ſci,

ſci,& recordari duæ ſint operationum ſpecies, nõ tamen eiuſdem operationis duo modi. Memoriæ eſt recordari abſentium, vt res ſunt actæ: reminiſci verò eſt in ſeipſum reflecti, vt recordetur. Hinc probè ab Ariſtotele lib. de memoria,& reminiſcentia dictum eſt, eos, qui diſcendi,& apprehẽdẽdi prõptitudine pollent, reminiſcẽtia multùm, memoria verò parum valere. Contrà, illos, quibus diſcendi eſt difficultas, memoria eſſe fideli. Ad memoriam ſatis eſt rem prius cognouiſſe, cognitamq́ue retinuiſſe, deq́ue illa, nulla pręcedente obliuione, recordari. Ad reminiſcẽtiam verò hoc amplius exigitur, vt præcognitę rei obliuiſcamur; oblitæq́ue denuò eam ipſam, quaſi poſtliminio reuerſam in mentem reuocemus. Quæ ſanè reuocatio Ariſtoteli reminiſcentia dicitur. Et rectè quidem, quandoquidem reminiſci, eſt obliuioni tradita ſyllogizando recordari. Cum enim quod antea memoria comprehenſum tenebamus, id iam penè obliuione deletum, obſoletumq; recolendo inſtauramus, & quaſi poſtliminio reuerſum tractamus, verſamuſq́ue animo, reminiſci eſt. Atq; de his hactenus; de alijs iã dicamus. Aliqui à prædictis facultatibus voluntatem, & electionem ſeiungunt: verùmtamen hæc in intellectrice cõtinentur. Siquidem voluntas, intellectus eſt potentia, electio verò voluntatis actio exiſtit. Id enim, quod de conſilio ſtatutum, iudicatumq; eſt, ſeu appetitio eorum quæ in noſtra ſunt poteſtate deliberatione antegreſſa electio dicitur. Iudicio enim ad deliberationem, quæ anteceſsit adhibito,

Reminiſcentia & memoria differunt.

hibito, tunc ſequi conſilium volumus: quod ſanè dum prꝗſtamus, electio id eſſe dicitur; ita docente Ariſtotele lib.3. Ethic. c.3. Ea nãq; deligimus, quæ iudicamus optima, vt lib. eodem ca.2. idem auctor aſſeruit. Actio porrò hęc facultatis in nobis ratiocinatricis eſſe dicitur, quæ id quod optimum iudicatur, rationis ductu, & voluntatis aſſenſu ſequi concupiſcit, vbi conſultatio præceſſerit, adhibito ad eam ſolerti iudicio. Quæ ſanè Valler. in commen. in libr. Galen. de conſtitutione artis medicæ nobis eleganter tradidit. Sed ad ſenſum communem deueniendo, Chriſtophorus Vega ſenſum hunc ponendum eſſe negat à phantaſia diuerſum, vltrò hac in parte ab Ariſtotele diſcedens. Veruntamen quàm falſa ſit eius aſſertio, conſtat primò ex Gale. lib. de ſympt. diff. cap.3. vbi poſtquam exteriorum omnium ſenſuum ſymptomata eſt proſequutus, orationi adiecit: Atque hęc ſunt functionum quæ ad ſenſuum pertinent ſymptomata; quibus præterea duo non mediocris notæ addi debent, nempè vigilia, & veternus: quę in primo omnium ſenſuum, qui communis quoq; dicitur, conſiſtunt. Intelligere autem in præſenti oratione per ſenſum communem, cerebrũ; quemadmodum Vega intellexit, planè eſt abſurdum; Nam illic de ſymptomatis, quæ in ſenſibus eueniunt, loquitur; & poſtquam de ſymptomatis ſenſuũ externorum fuiſſet abũdè loquutus, ſubijcit; ſymptomatis illis ſenſuum, alia duo eſſe addenda, nempè vigiliam, & veternum, quæ cõmunis ſenſus ſunt ſymptomata: connumerãs planè inter ſen

Chriſtophori Vega aſſertio falſa.

ſuũ ſymptomata, vigiliã, & veternum. At cerebrũ, ſenſus non eſt, ſed corporis pars, in qua ſenſus ipſi collocantur. Adde, de cerebro, nec de aliqua alia corporis parte, verè ſymptomata dici, ſed de operationibus, quippè partium affectus ſunt: functionum verò à facultatibus prodeuntium ſymptomata exiſtunt. Igitur per ſenſum communem, nõ eſt cerebrum intelligendum, ſed primum id ſenſorium, quod Ariſtoteles verè ſenſum communẽ appellat. Adfert & alium locum Vega ex. 1. de placitis, in quo contendit, Galenum, per ſenſum communem, cerebrum intelligere: qui locus ſic ſe habet: In his igitur, & ſequentibus, tum alijs quoque dialogis de communi quadam facultate & potentia, docuit nos Plato, quæ à cerebro per neruos in ſingula ſenſoria penetrans, alterationes ipſorum omnes perſentit. Hęc Galenus. At quid abſurdius eſt, aut verũ minus, quàm in hac ſententia, per cõmunem facultatem ſentiendi, cerebrum intelligere? cùm hoc pars corporis ſit, nõ facultas, aut potẽtia. Rurſus, ſi tandem cõtendere velit Vega, quòd etiam ſi cerebrum facultas non ſit, facultatem tamen, ac potentiã à Galeno nuncupari; dicat, quæſo, mihi, quo nam pacto, quod Galenus ait; cerebrũ, per neruos, in ſingula ſenſoria penetrabit ad alterationes ipſorum perſentiendum? Nunquid hæc dicenda ſunt? At non melius eſt, per hanc facultatem, ſeu potentiam, communem ſentiẽdi facultatem intelligere? quæ à cerebro per neruos ſpiritu animali in oculos; in reliqua verò ſenſoria irradiatione quadam irruit. Certè ita mihi videtur.

Galeni loc' interpretatus.

Quòd

Quòd ſi infrà cap.8.eiuſdem.7.de placitis,ſenſum communem,cerebrum vocat;impropriè quidem eſt loquutus: vtens continentis, pro contenti appellatione, hoc eſt, cerebro, quod communem ſentiendi facultatem continet, pro ipſa ſentiendi facultate. Quo loquendi modo vſus eſt Dioſcorides lib.1.cap.25.cùm ait; Italos ob ſucci copiam,& coloris venuſtatem, crocum tingendis mortarijs dicauiſſe:hoc eſt tingendis cibarijs,aut condimentis,quę in mortarijs conficiuntur. At dicet aliquis, ſi Galenus ſenſum communem ponendum eſſe vult, cur ille de interioribus cerebri facultatibus tractans,eius mentionem non fecit? Quippè libro de ſympto.diff.cap.3.ita ait: Reliqua animæ functio, quæ à principe potentia prodit, in imaginationẽ,cogitationẽ,& memoriã diuiditur. Cui dicendũ eſt,Galenũ eo loco ſenſum communẽ prætermiſiſſe, quia ignobilior, & abiectior erat potentia, quàm vt inter tres illas principes facultates ſentientes reponi deberet. Quare melius erat, illũ inter quinq; alios ſenſus exteriores collocare, cũ quibus cõiunctus maximè eſt, & maiorẽ cõſenſum, & cognationẽ habet. Sed quòd ſenſus hic poni debeat,qui ſit facultas à phãtaſia diſtĩcta, Ariſtoteles eſt auctor lib.3.de anima ca.2.quo in loco appoſitè ſatis illũ,puncto, centrove circuli reſpondere, ac quadamtenus ſimilem eſſe ſcripſit. Nam vt ad centrum, ceu ad finem quendam omnibus vnũ cunctæ ab vltima circunferentia ductæ lineæ finiuntur, ſic ad hunc ſenſum in nobis internum ſenſuum reliquorum externorũ functiones, tan-

Obiectio.

Obiectionis ſolutio.

Senſus communis ponẽdus eſt.

quam ad iudicẽ deferuntur. Vnde rectiſsimè Themiſtius, ſenſum hunc primum, ac principẽ vocandum meritò cenſuit, quòd externis ſenſibus, ceu famulatu multiplici, ac vario vtatur: ipſeq; inſtar regis, ac iudicis pro tribunali ſedens, de omnibus, quæ quinque illi ſenſus ſuis quique officijs perfuncti annunciarint, pronũciat, cenſet, ac iudicat. Ac proindè Auerroes. 3. de anima. comm. 149. re quidem ipſa vnum, ac ſimplicem, functione multiplicem, ac varium eſſe rectè dixit: vnum quidem, vt iudicem: vt receptorem multiplicem. Rurſus communem hunc ſenſum, Ariſtotelem ſuſcipere, ſomni definitio ab illo tradita manifeſtè declarat: quippè, eo auctore, ſomnus vinculum eſt primi ſenſorij, ſeu primi ſenſitiui. Si enim primum ſenſorium Ariſtoteles negaret, fruſtrà per illud, ſomnum definiuiſſet. Quòd ſi quiſpiam Ariſtoteli fidem adhibere nolens ſenſum communem tollendum eſſe contendat, certè rationibus, quæ penè videntur demonſtrare, credere cogetur. Quarum vna hæc eſt. Senſus communis & phantaſia habent operationes, non tantũ diuerſas, ſed planè contrarias: ergo ipſæ diſtinctæ ſunt facultates. Aſſumptum aũt ex eo conſtat, ꝙ ſenſus communis conſiderat ſpecies præſentes rerũ ſenſilium, prout præſentes ſunt: phantaſia conſiderat eaſdem in abſentia rerum, ac ſi tales eſſent præſentes. Hi ſunt actus diuerſi: ergo & ipſorũ facultates. Porrò ſenſus cōis diſcriminat, ac ſeiungit ſenſibilia diuerſorũ ſenſuũ; imaginatio tñ hæc iſta cōponit, coniungit, miſcet, ac formar; ſed diſcriminare, ac cōponere:

Senſum cõmunem eſſe rationibus probatur.

re:ſeiũgere,& coniũgere,ſunt actus cõtrarij, ergo à cõtrarijs,vel ſaltem diuerſis cauſis emanãt. Præterea, impeditur vna, nõ impedita altera, ꝙ eſt illius,qui cõtrariã tuetur ſententiã, firmiſsimũ argumẽtum ad probandã diſtinctionẽ harũ potentiarũ; ergo ſunt diſtinctæ inter ſe.Antecedens patet, quia in ſomno impeditur ſenſus cõmunis,cũ ſecũdũ oẽs philoſophos,& medicos definiatur,vinculũ eſſe primi ſenſorij.Phãtaſia tñ tantũ abeſt, vt in ſomno impediatur, ꝙ eo tẽpore maximè excitetur,& in actũ prorũpat. Aliàs em̃ inſomnia nõ fierẽt.Quare multis modis nos ratio cogit,vt quartã ſentiẽdi facultatẽ ponamus,q̃ cõmunẽ ſenſum vocãt,cuius officiũ eſt,externorũ ſenſuũ ſenſationes percipere. Propterea quòd,vt Themiſtius ait lib. 3.de anima cap.7.ſenſibiles differẽtię alia vi,quàm ſenſibili,ſentiri,percipiq; nõ poſſunt. Eſt etiã huius cõmunis ſenſus munus,contrarias, & maximè diuerſas ſenſibilium qualitates diſtinguere, & itẽ coactas in ſe, atque cõiunctas externorũ ſenſuum ideas ſimul & recipere, & quaſi æquus iudex de illis iudiciũ,ac ſententiam ferre.Quocirca Ariſtoteles ſenſum hunc centro circuli aſsimilauit, vt declaratum eſt. Sed de hac commentatione abundè dictum exiſtit:quare ei finem imponamus. *Senſus communis officium.*

PROGNOST. XXIIII.

Spiritus autem qui creber eſt,ſignificat dolorem, aut inflammationẽ in regionibus,quæ ſupra præcordia ſint: qui verò ſpiratur magnus,multoq; interpoſito tempore,delirium indicat: qui verò frigidus de naſo, & ore expiratur,admodum exitialis eſt.

COMMENTARIVS.

LIcet plures ſint difficilis reſpirationis ſpecies, vt ex Hippocrate liquet libr. 2. epidem. parte 3. & lib. 6. eiuſdem tituli part. 2. aphor. 10. quatuor tamen ſunt, quarum in prognoſtico præſenti fit mẽtio, à quibus ad dignoſcendũ, & ad præſagiendum Hippocrates coniecturam ſumit. Sententia hæc tam eſt diagnoſtica, quàm prognoſtica. Nam quatenus inquit reſpirationẽ crebrã dolorẽ ſignificare, aut inflãmationẽ: & magnã ac rarã, deliriũ; diagnoſtica eſt: quatenus verò habet, frigidam ex naſo, & ore exeuntem, exitioſam eſſe, prognoſtica exiſtit. Eſt enim reſpiratio, auctore Galeno, lib. de ſalubri dieta, cõm. 2. &. 8. de placitis cap. 8. &. 6. de locis affectis cap. 5. motus thoracis, atq; pulmonis, quo aër per os, & nares in cerebrum, & per fauces, atque pulmones in cor attrahitur. Hæc ex inſpiratione, atq; ex expiratione compoſita eſt. Inſpiratione, feruens cordis caliditas attẽperatur, ſpiritibuſq́; tã animalibus, quàm vitalibus nutrimentũ ſuggeritur: expiratiõe verò fuliginoſa corporis recremẽta expellũtur. Quare nõ temerè à Galeno dictũ eſt lib. 3. de naturalib. facult. cap. 13. pulmonem thoracẽ, arteriã tum aſperã, tũ lęuẽ, cor, os, & nares breuiſsimis tẽporũ ſpatijs, tũ cõtrarios mot⁹ ſortiri, tũ materias mutare. At verò hi duo mot⁹, vt pote contrarij, ad diuerſaque tendentes, haud quaquam poſſunt ſine medijs quietibus conſiſtere. Propterea quòd vt Ariſtoteles lib. 8. phyſ. capi. 7. &. 8. docet, inter duos motus contrarios, qñ citra maximã violentiam fiũt, neceſſe eſt, duas quietes eſſe

Quid ſit reſpiratio.

Inter duos motus contrario quietem adeſſe eſt neceſſe.

eſſe interiectas. Quare dũ thorax expiratione cõprimitur, priuſquã ſe inſpiratione diducat, media quiete erit opus. Rurſus vbi iã diſtẽtus eſt per inſpirationẽ, prius quieſcet, quã ſubmittatur. Cũ igitur per reſpirationẽ interim thorax moueatur, interim verò quieſcat, motus moles, & quies cõſiderãda potiſſimũ veniũt, à quib⁹ ſimplices reſpiratio nis ſpecies ſunt deſumẽdæ. Motui eñ ineſt veloci tas, ac tarditas. Nã iſta, modi quidẽ ſunt motus, & illius accidẽtia, quę motibus tantũ eueniũt, & ſine quibus motus ipſi cõſiſtere nequeũt. Quare cùm reſpiratio motus ſit, neceſſariò velocitatẽ, aut tarditatem comitem habebit, eritq; velox, aut tarda. Multi philoſophorum arbitrantur, velocitatem, & tarditatem, motus eſſentiales eſſe differentias. Sed planè fallũtur; quoniam Ariſtoteles lib. 5. phyſicorum capit. 4. iuxta finem, has differentias eſſe motus negat. Propterea quòd motibus omnibus, etiam diuerſarum ſpecierum, conueniunt, nempè lationi, alterationi, & augmentationi. Non conuenirent autem, ſi motus eſſentiales eſſent differentiæ: quemadmodum nec rationale, & irrationale, quæ animalis eſſentiales differentiæ ſunt, omnibus animalibus conueniunt: ſed quibuſdam hoc; alijs verò illud. Porrò differentiæ eſſentiales ob id dicuntur, quòd ſeparent, ac ſeiungant generis ſpecies inter ſe, quas in motu per velocitatem, & tarditatem, nunquam ſeparabis, quandoquidem hæ cũ omnibus ſpeciebus motus reperiuntur. Veruntamen medici, qui non tam ſcrupuloſè rerum naturas perſcrutantur, velocitatem, & tarditatem, mo-

Velocitas & tarditas verò non ſunt motus eſſentiales differentiæ.

tus, eſſentiales differentias faciunt,:ſed decipiuntur; quia verè tales nō ſunt. In reſpiratione verò omnes vnam differentiam conſtituunt, in tarditate,& velocitate conſiſtentē:dicuntq;,reſpirationē hāc quidē eſſe tardam, illam verò velocem. Rurſus, moles omnis, quæ per ſpacium mouetur aliquod, aut paruam, aut magnam motionem conſtituet. Vndè reſpirationis ſecunda differentia cōſurgit in magnitudine,& paruitate collocata. Demùm quies ipſa, quæ cōtrarias excipit motiones, longa neceſſariò erit, aut breuis. Ex qua prorſus tertia reſpirationis differentia pendebit, in denſitate,ac raritate conſtitura. Atque hæ ſunt ſimplices omnes reſpirationis differentię,nempè velox, tarda,magna,parua,crebra,& rara:quæ dum inter ſe mutuò permiſcentur,ac componuntur,aut frequentem,& paruam;aut frequentem,&magnam; aut magnam, & raram; aut paruam,& raram efficient reſpirationem: de quibus in præſentia Hippocrates diſputat. Non agit tamen hic de ſimplicium ſignificatione, tum quia de eis ſecundo, & ſexto de morbis popul. lib.abundè fuit loquutus, tum quia hæ in compoſitis continentur. Adde etiam,ſimplices, per ſe, non adeò certum iudiciū, ac compoſitas, præbere. Sanè reſpiratio magna, per ſe, non magis boni, quàm mali indicium exiſtit. Quoniam cum magna reſpiratione bonum, & malum poteſt coire. Sed ſi cum rara, aut denſa coniungatur, ſignificabit hic quidem, calorem, thoracem obſidere: illic verò delirium. Eſt enim denſa,aut crebra,ſeu frequens reſpiratio,quę,modico

Simplices reſpirationis differentia.

Quæ ſit frequens reſpiratio.

dico interpoſito interuallo, fit: ita tradente Galeno. 1. de cauſis pulſuum cap. 4. rara autem eſt, quæ longo peragitur interuallo: magna, in qua inſtrumentorum reſpirationi ſeruientium magna fit dilatatio: parua contrà, vbi eorundem modica fit diductio. Porrò magnitudo hæc in longitudine, latitudine, & profunditate conſideratur, vt ſit nimirum magna, quæ in omni dimenſione talis eſt. Ad eundem modum Galenus pulſum magnum libr. de pulſibus ad tyrones cap. 2. appellat, qui in omnem dimenſionem lõgitudinis, latitudinis, & profunditatis auctus eſt. Aliam reſpirationis differentiam, quæ in motus celeritate, & tarditate conſiſtit, hic non appoſuit Hippocrates: mentionem tamen fecit de ea. 6. epidemiôn cùm dixit: Hic quidem extendens, ille verò vrgens: quam ſentẽtiam enarrans Galenus lib. 3. de difficultate reſpirationis capit. 3. inquit: Extendentem, tardum vocauit ſpiritum: vrgentem verò, velocem. Sumuntur, vt dictum eſt, differentiæ iſtæ à tempore dilatationis, vt velox ſpiratio, nihil aliud ſit, niſi, cùm paruo tempore inſtrumenta reſpirationis dilatantur; tarda verò, quandò longo tempore diſtendũtur. Frequens itaq; reſpiratio, ſignificat dolorem inſtrumentorum reſpiratoriorum, aut aliorum, quæ illis compatiuntur, vel intenſum calorem partiũ, quæ ſunt in thorace. Diſtinguuntur duæ iſtæ, magnitudine, & paruitate. Nam hæc magna eſt, illa verò parua. Solet etiam frequens reſpiratio locorum coarctationem denotare, vt docet Galenus 3. lib. de difficultate reſpir. ca. 7, paulò ante finem. *Frequentis reſpirationis ſignificatio.*

Verùm

Verùm hæc magna eſt, non ſicut, cùm dolorem præoſtendit, parua. Nam docente Galeno libr. de conſtitutione artis medicæ capit 15. quemadmodum dolor, ne inſtrumenta plurimùm dilatentur, prohibet; ita locorũ coarctatio, vt ipſa plurimùm diſtendantur, efficit. In caloris tamen intenſione, ſi dolor non adſit, denſus, ac magnus fit ſpiritus. Veruntamen hunc celerem eſſe, eſt neceſſe, quoniam ſi magnus ſit, & frequens (quæ extremæ ſunt differentiæ) mediam adeſſe oportebit, quæ celeritas exiſtit. Alia reſpiratio eſt magna, & ex longis interuallis, quam delirium ſignificare ſcribit. Ratio eſt, quoniã, vt ait Galenus lib. 1. de difficultate reſpir. capi. 12. qui animi perturbationibus laborat vehementibus imaginationibus detentus plurimùm à frequentia reſpirationis deficit, dein de irritatus ab vſu plurimum aucto, quem non impleuit, quoniam rarò admodum reſpirauit, cogitur vſum breui tempore implere, magnam faciendo reſpirationem, eritq́; reſpiratio magna, & rara.

Reſpiratio magna & rara.

In fine orationis Hippocrates aliud adfert præſagium in acutis morbis à qualitate aëris exſpirati ſumptum, dicens, quòd ſi frigidus de naſo, & ore ſpiritus exierit, admodum lethalis iam eſt: quoniã tunc magna conſurgit certitudo de natiui caloris extinctione, aërem calfacere non potentis. & lib. de vtilitate reſpirat. capi. 3. dicebat, talem reſpirati aëris frigiditatem fieri, vbi multùm perfrigerata ſunt reſpirationis organa: hoc autem palàm perniciofum exiſtit. Quia iſtic ſanè cor ſitum eſt, quod vitæ principum, & inſiti caloris fontem eſſe, om-

Reſpiratio frigida.

nibus eſt in confeſſo: quod in acutis morbis tantùm modo veritatem habet: quia in diutinis, qualis eſt vteri ſtrangulatio, etſi non ſit extra periculum, non tamen penitus eſt perniciosum. Propter eà quòd in hac & ſimilibus affectionib⁹ præ frigidæ materiæ multitudine innatus calor grauatur, obruiturque; non tamen extinguitur, vt in acutis. Eſt enim hæc reſpirationis ſpecies rara, & parua, cum qua ſimilis pulſus, puta, paruus, & rarus conſiſtit: quia pulſus, & reſpirationis (Galeno auctore 1. de difficultat. reſpirat. capit. 4. & 5.) eadem eſt ratio, & ob eoſdem fiunt vſus: quapropter ab eiſdem, vel ſimilibus cauſis perpetuò alterantur, & ad eaſdem differentias magnitudinis, & paruitatis; raritatis, & crebritatis, ducuntur. Quod, dempta volũtate, intelligi debet; quæ poteſt, vt lubet, permutare reſpirationem, pulſum autem non poteſt. Proinde pleuritici frequentem, & paruam habent reſpirationem; pulſum autem frequentem, & magnum: & delirantes, quanquàm habent reſpirationem magnam, & raram, non tamen talem habẽt pulſum. Ratio eſt, quoniam reſpiratio, motus eſt voluntarius; pulſus, naturalis: ac proindè reſpirationem permutare in noſtra voluntate cõſiſtit; pulſum haudquaquàm. Eſſe verò reſpirationem, actionem voluntariam, & non eſſe naturalem, multis argumentis probat Galenus libr. 2. de motu muſculorum, capit. 6. & lib. 10. de vſu partiũ cap. 9. quibus in locis dicebat, ea planè voluntaria eſſe, quæ dum fiunt, detinere poſſumus; & quæ nondũ fiunt, efficere. Quòd ſi præter hęc citiùs, aut

Pulſus, & reſpiratio inuicem ſibi reſpõdẽt.

Reſpiratio, actio eſt voluntaria.

aut tardiùs; crebriùs, aut rariùs ea faciendi poteſta tem habemus, manifeſtum iam eſt, talia inſeruire voluntati. Quæ omnia cùm circa reſpirationem contingant, negandum non eſt, reſpirationẽ eſſe voluntariam. Quòd autem totum reſpirationis opus in nobis à voluntate procedat, in noſtraq́ue ſitum ſit poteſtate illud cohibere, ac detinere, exemplo ſerui cuiuſdam barbari Galenus probat, qui cùm vehementi ira concitatus mortem ſibi conſciſcere decreuiſſet, proſtratus humi, reſpirationem eò vſq́ue cohibuit, donec moreretur. Veruntamen, pulſum, motum eſſe naturalem. 10. de vſu partium citato, & multis in alijs locis Gale. aſſeuerat. Nec tamen verè, & propriè in genere earum functionum, quę merè naturales ſunt, pulſus conſtituitur: ſed eſt medium quoddam actionum genus, inter animales, & naturales. Nam quæ naturales potentiæ ſunt, velut facultas calfaciendi, in igne; refrigerandi, in glacie; aut etiam trahendi, conficiendi, & expellendi in humanis corporibus, operantur pro ratione proportionis, quam habet agens ad paſsi reſiſtentiam, vſque ad vltimum potentiæ, nulla ratione in modo actionis reſpicientes finem, ob quem talis exigitur actio. Non enim ventriculus, quatenus animalis intereſt, mutat cibum: cùm verò nõ amplius intereſt, ceſſat ab operatione, ſed quantum poteſt mutat: alioquin nihil noceret tenue alimentum offerre calido ventriculo. Sed nocet, quia ventriculi potentiæ, vtpote naturales, non operantur, quantũ expedit, ſed quantum poſſunt. Facultas tamen pulſandi, non ita facit:

Pulſus motus eſt naturalis.

Vide Valleſium libr. 3. controuer.

cit:quin potiùs permutato ſolo vſu,impermutatis facultate,& arteriarũ corporibus permutatur pulſus; ob id ſolùm,quia opus eſt maioribus, aut minoribus pulſationibus. Eſt igitur facultas pulſatilis nec voluntaria,nec propriè naturalis,ſed medij generis; quæ vitalis meritò appellatur, nec agens pro arbitrio, vt prima; nec pro ratione proportionis agentis ad patientem,vt ſecunda:ſed pro ratione indigentiæ. Ex quibus intelligetur Auicenna prima primi doct.6.cap.4.in fine,inquiens,facultatem vitalem naturalem,eſſe altioris ordinis. Eſt enim naturalis,quia non dependet à volũtate, ſed poſitis requiſitis ad actionem,neceſſariò agit. Nõ enim in noſtra poteſtate ſitum eſt,pulſum cohibere,aut ad velociorem,maiorem, & crebriorẽ permutare; quod propriè his facultatibus, quæ naturaliter operantur,conuenire, omnibus eſt in confeſſo. Altioris tamen ordinis eſſe cenſetur, quia non pro facultatis robore operatur, quemadmodum naturalis,ſed pro indigentię ratione,actionẽ ſuam moderatur,atque diſpenſat. *Auicenna interpretatur.*

PROGNOST. XXV.

Spirationis autẽ facilitatẽ exiſtimari oportet perquàm magnã vim habere ad ſalutẽ in omnib⁹ morbis acutis, qui cũ febre ſunt,& in quadraginta diebus iudicãtur.

COMMENTARIVS.

FAcilitatem reſpirationis, bonam eſſe,ac magnum ad ſanitatem momentum obtinere; quemadmodum reſpirãdi difficultatem, malam, atque periculoſam,duplici via probari poteſt,epilogiſtica nempè,& analogiſtica:epilogiſtica, quia

vt liquet ex Galeno lib.1.de difficultate reſpiratio nis in initio; illa ſecundum naturam eſt; hæc verò præter naturam. Quidquid enim ſecundum natu ram eſt, vtile ac bonum eſt; quòd verò præter naturam, malum eſt, & incommodum, ita tradente Platone in Timæo. Eſſe verò reſpirandi difficultatem præter naturam, & facilitatem ſecundum naturam, ex eo conſtat, quia (quemadmodum in principio lib.1.de difficult.reſpirat. à Galeno ſcribitur) reſpirandi difficultas, quędam eſt reſpiratio nis lęſio, velut ſentiendi, aut mouendi difficultas, ſenſus, & motus læſio exiſtit: facilitas verò reſpirationis, quædam eſt naturæ operatio. Quapropter hanc à ſanitate; illam à morbo pendêre eſt exiſtimandum; ſi verum cenſetur id, quod vbiq; à Galeno eſt prolatum, morbum, conſtitutionem eſſe præter naturam primò actionem lædentem: ſanitatem verò conſtitutionem naturalem, actionem perficientem. Quapropter cùm facilitas reſpirationis à ſanitate oboriatur, mirandum non eſt ſi ipſa ad illam præoſtendendam, magnam vbique vim obtineat. Accedit eò quòd facilitas reſpirationis fieri nequit, niſi organa reſpiratoria, & alia, quæ illis adiuncta ſunt, & compati ſolent, à quacunque noxa, & vitio, libera fuerint, & abſoluta, puta, dolore, phlegmone, vrente calore, aut nimia frigiditate, ſeu natiui caloris extinctione. Quoniam ſi prædicta inſtrumenta quoquomodo dolore, aut inflammatione, aut caloris incendio, vel eiuſdem extinctione afficiantur; haud dubiè difficilis reſpiratio oborietur. Quoniam (vt pro-

Morb⁹ cõſtitutio præter naturã.

prognoſtico præcedenti oſtenſum eſt) quodlibet iſtorum protinus vt thoracem,aut hypochondria infeſtat, aliquam difficilis reſpirationis ſpeciem committit. Quapropter ſi cum bona reſpiratione in membris reſpiratorijs nulla adeſt inflammatio, aut caloris incendium: nullus dolor, aut caloris extinctio: nec etiam in partibus, quæ ipſis compatiuntur,aliquid horum exiſtit, iure dicemus ab ea in morbis acutis magnam ſubeſſe ſalutis ſpem.In quibus (vt docet Galenus in commentar.)propter magnitudinem febrium, aut inflammationem propriè nominatam, pericula imminent. Ex quibus Galeni verbis clarè intelligitur immeritò Vegam comment. præſenti Antonium Muſam reprehendere,quia primo de victu acutorum enarratione 23. dixerit,quòd quem ad modum facilitas reſpirationis in morbis acutis magnam vim obtinet ad ſalutem,ita eiuſdem reſpirationis difficultatem in eiſdem morbis magnũ protendere malum. Quam Muſæ ſententiam veram eſſe,& Galeno conſentientem,ex eo liquet, quòd in morbis quibuslibet illa magnum malum protendunt,à quibus pericula imminent: ſed à difficili reſpiratione in acutis morbis imminent pericula; ergo illa in eiſdem magnum malũ protẽdet. A difficili autẽ reſpiratione in acutis morbis pericula imminere ex Galeno in comment. conſtat dicẽte,difficultatẽ reſpirationis in talibus morbis nõ fieri niſi cùm inſtrumẽta reſpirationis,aut illis cõiunctæ partes phlegmone,aut magna febre afficiuntur,à quibus in prædictis morbis pericula pendent.

A quibus in morbis acutis pericula immineant.

Antonius Muſa à Vega calumnia vindicatur.

dent. Sũt porro inſtrumenta reſpirationis thorax, ſeptũ tranſuerſum, & pulmo. Thorax quidẽ, quoniã ſuis muſculis motũ reſpirationis gubernat, vt docet Galenus lib. 5. de anatomicis adminiſtrationibus. Septũ tranſuerſum, quoniã illo auctore eodem loco, & lib. de cauſis reſpirationis cap. 5. inter omnes corporis muſculos ad reſpirationis functionẽ animali eſt vtiliſsimũ: eo ꝙ libera reſpiratio in benè valẽtibus à ſolo fit ſepto tranſuerſo, vt Galenus voluit lib. 2. de locis affectis ca. 7. & lib. 4. eiuſdẽ tractationis ca. 3. Pulmo pariter eſt reſpirationis inſtrumentũ, nõ ꝙ voluntariũ motum habeat, quemadmodũ thorax, aut ſeptũ tranſuerſum: ſed quia, vt Gale. ait 6. lib. de vſu partiũ cap. 10. thoracis motũ ſequatur, ſitq́; quemadmodũ lib. de cauſis reſpirationis ab eodẽ Galeno ſcribitur, veluti vẽtriculus ſpiritui deſtinatus. Quippe ſicut ventriculus cibũ excipit, illumq́; cõcoquit, & alterat, ita pulmo aẽrẽ inſtar promptuarij cuiuſdã in aſperæ ramos aſſumit, vt deinde cor per arteriæ venalis propagines ex aſperæ ramis, adeoq́; ex peculiari pulmonis ſubſtãtia illũ ſibi alliciat. Quo circa cùm pulmo nullum peculiarẽ motum præſtet, ſed thorace dilatato, vnà etiã dilatetur; compreſſoq́;, comprimatur; oportuit pulmonis ſubſtãtiã fungoſam, mollẽ, laxamq́; eſſe, ſi modo facilè cõprimi, colligiq́;, & rurſus diſtendi, ſequaxq́; eſſe debebat. Quapropter arterialis vena in hoc maximè facta creditur, quemadmodũ ſcribit Galenus lib. 6. de vſu partium cap. 10. vt ſanguinem leuem, aẽreum, ſpumoſumq́; pulmoni ipſi ex dextro cordis ventriculo ſuppe-

Libera reſpiratio in benè valentibus à ſolo fit ſepto trãſuerſo.

Venã arterialis vſus.

ſuppeditaret, qui erat ſubſtantiæ ſuæ aptum, & cō gener alimentum. Atq; hæc ſunt præcipua reſpirationis inſtrumēta; quibus adiuncta ſunt, ventriculus, lien, iecur, & peritonæum: non ꝙ iſta reſpirationē efficiant, ſed quia (vt dixit in commenta. Galenus) ſi partes hæ dolore, aut inflammatione fuerint affectæ cum reſpiratio fit, commouentur, & dolore, ac moleſtia non parua afficiuntur. Verū tamen addit Hippocrates, hanc reſpirationis facilitatē, habere perquàm magnā vim ad ſalutem, nō ſimpliciter in omni morbo, ſed in acutis tantùm, qui febrem habent coniunctam, & in alijs, qui ex acutis in quadrageſimum diem protrahuntur: excludens ſanè à prognoſtico morbum diutinū, & acutum, qui febrem non habet, in quibus facilitas reſpirationis non eſt indicium firmum ad prę oſtē dendā ſanitatem: quoniam cum tali reſpiratione contingit ægrum mori, ob virtutis exſolutionem. Acutos morbos ſine febre nominat conuulſionē, diſtentionem, & choleram, & alios huiuſmodi. Veruntamen quod hic ait Galenus, in iſtis morbis ſine febre infeſtantibus facilitatem reſpirationis ſalubre indicium non eſſe; non in vniuerſum eſt intelligendum, ſed vt plurimum, & vt dici ſolet, pro maiori parte. Quoniam apoplexia, auctore Galeno 2. ſectione aphor. comm. 19. ſine febre acutus morbus eſt, in qua ex facilitate, & difficultate reſpirationis, vniuerſum de morte, aut vita ęgrotantis pendet præſagium; dicente Galeno 3. de locis affectis cap. 10. & lib. 2. aphor. com. 42. apoplexiæ magnitudinem, ex noxæ, quā reſpirationi infert,

Facilitas reſpirationis in morbis diutinis, & in acutis, qui febrem non habent adiunctam, nullum ad ſalutem obtinet momētum.

Apoplexiæ magnitudo vnde deſumatur.

fert, vehementia, deſumi: quippe cùm reſpiratio ipſa naturalem ordinem, plurimùm egreditur, magnam: cùm verò paululum impedimenti eſt, paruā in cerebro noxā eſſe conijcere quidē oportet.

Dubia. ¶ Verùm quia ſemel in apoplexiæ conſideratione incidimus, libet hîc diſputare quādam quęſtionem, à medicis agitatā, quæ etiam præſenti tractationi de facilitate & difficultate reſpiraturis erit ſanè non inutilis. Cur videlicet cū in hoc malo omnes corporis muſculi motu priuētur, thoracis tātū modo, & ſepti trāſuerſi moueri cōſpiciātur? Rurſus, ſi mouētur, quo pacto nō ſentiūt? quandoquidē Galeno perſuaſum eſt. lib. 1. de cauſis ſympto. ca. 5. & 1. de locis affectis. c. 6. omnes quotquot mōuētur muſculi, neceſſariò ſentire. Præterea ſi apoplexia priuatio exiſtit ſenſus, & motus, (eſt enim totius corporis reſolutio, ſeu vniuerſalis paralyſis) quomodo prædicti, thoracis muſculi motum ſeruant? Iacchinus primæ dubitationi reſpondere volens in commēt. ab eo editis in. 9. librum Razes ad Almanſorem inquit, non eſſe adeò functione deſtitutam animam, quin neceſsitatem illam reſpirandi ſentiens, vrgeat exiguam illam motricē facultatem, quæ in muſculis ſupererat. Quibus verbis videtur innuere, non ſuppeditante cerebro facultatem, poſſe in parte quapiam motum ſeruari, ratione illius, quæ antè tranſmiſſa fuerat. Quod falſum eſſe, illis patere arbitror, qui ex Galeno didicerunt 1. de locis affectis. cap. vltimo. & 7. libro de placitis Hippocratis, & Platonis, facultatem animalem irradiatione influere in inſtrumenta ſen-

Iacchinus reprehenditur.

ſus

ſus,& motus;non ſecus ac lumen à ſole in aërem influit. Quare quemadmodum intercepto ſolis ſplendore, illicò aër vaſtiſsimis tenebris occupatur, ſic intercepta vi animali, quæ à cerebro influit, protinus inſtrumenta animalia ſenſu, & motu priuantur, nulla prorſus eo tempore in eis facultate ſeruata. Quocirca dicendum arbitror, maximo illo conatu, quem per id tempus natura aſſumit, aliquid influere, quod thoracis motum cuſtodire poteſt. Nam ſi apoplexia admodum ſit vehemens, nihil prorſus delabitur, ſed ea detenti illicò moriuntur, dicente Galeno 1. de cauſis ſympto.capit.5.ſic affectos tanto tempore viuere poſſe,quanto viuunt,ij,qui præfocati ſtrangulantur.Dicimus tamen per apoplexiam omnem, etiam per illam, per quam motus thoracis ſeruatur, abolitas eſſe huiuſmodi vires: quia adeò exiguæ ſuperſunt, vt vix ad imbecillum thoracis motum peragendũ ſufficere queat. Similiter etiam cenſemus prædictos thoracis muſculos, vt mouentur, ita etiam ſentire, non tamen paſsionem ægrotantem referre poſſe, vt pote mentis facultates interceptas habentem. Cutis verò, quę extrinſecus thoracem ambit, motu omninò priuatur. Quo fit vt ſi pungatur, nihil prorſus ægrotantes ſentiant: quæ punctio ſi muſculos afficeret, fortè apoplectici contraherentur,& ſignis dolorem ſignificarent.

Dubiorum ſolutio.

PROGNOST. XXVI.

Sudores autem optimi ſunt per omnes acutos morbos, ſi per diem eueniunt decretorium, & integrè

ſedant febrem. Boni etiam ſunt, ſi ex toto corpore prodeant, faciantq; vt æger ferat facilius morbum. Si verò nihil tale efficiant, nequaquàm vtiles ſunt. Peſsimi verò qui frigidi ſunt: & qui circa caput tantummodò eueniunt, vultum, & ceruicem. Hic enim cum acuta febre, mortem: cum mitiore, morbi longitudinem indicant, & qui per totum corpus fiunt, ſimiliter ſignificant hi vt qui circa caput. At verò milij formes & ſolùm circa ceruicem euenientes, mali ſunt. Qui verò cum guttis fiunt, & euaporant, boni ſunt. Conſiderare autem conuenit in vniuerſum ſudores: fiunt enim aliqui ob corporum exſolutionem, alij ob inflammationis vehementiam.

COMMENTARIVS.

Sudor duplex. SVdor, interdum pro naturæ modo emanat à corpore, qualis ille eſt, qui in ſanis hominibus, & optimis iudicijs excerni ſolet, indicans naturæ robur expellentis in tempore opportuno per cutem ichoroſos humores corpus infeſtantes: Interdum verò ſymptomaticè procedit, videlicet quando humores non continentur in corpore morbi ratione; quod contingit vitio, & imbecillitate facultatis totius corporis retentricis, vel expultricis nimio motu, adiuuante ad id nimia totius corporis raritate, & meatuum amplitudine, atque tenuiũ humorum multitudine. Quod in eo pathemate contingit quo immodicis ſudoribus, langueſcente ventriculo, totum corpus *Cardiacus affectus.* digeritur. Hoc Celſus lib. 3. capit. 19. cardiacon vocat, de quo verba faciens Galenus lib. de rigore, tremore, & palpitatione capit. 5. inquit: Si

per

per ſudorem digeſti fiant tremuli, vt in deliquijs cardiacis & ſtomachicis, calfacere hos extremum malum eſt: quippe contrarium his potius conuenit, nempè cutem denſare, & quæ refrigerant, adſtringunt, coarctantque meatus adhibentes, nó quæ calfaciunt, laxant, & adaperiunt. Ambos hos ſudores explicuit Galenus lib. 3. de cauſis ſymptomatum capit. 2. in fine dum ait: Opportunum itaque videtur, vt ad ſudores transeamus, de quibus iam quodammodo dictum eſt: quod reſoluto interdum habitu fiunt: atque nominatur hic affectus ſyncope, cuius contrarium per criticos ſudores accidit, quippe qui robuſtas vires denuncient; tantum abeſt vt reſolutam naturam oſtendant. Atque his haud abſimiles ſudores ſunt, quos & balneum, & æſtiuus calor, atque immodica exercitatio euocat. Nam per immodicas exercitationes vtilis quoque humoris nonnihil excernitur. Quibus verbis manifeſtè innuit aliquem ſudorem bonum eſſe: eum videlicet qui iudicialiter fit, & à balneis moderatis, & mediocri aëris nos circundantis calore: aliquem malum, & præter naturam, qui per ſyncopem, vel alium affectum non iudicialiter fit. De vtroque tam bono, quàm malo hic Hippocrates agit, cuius verba in præſentia ſuccinctè enarrabimus, ſi priùs quid ſudor ſit explicuerimus. Porrò hic nihil aliud eſt, quàm tenuis, ſeroſique excrementi per cutaneos meatus expulſio. Auicenna 2. canonis capit. 657. ſudorem definiuit aquoſitatem eſſe ſanguinis, cui-

Sudoris definitio.

pus cholericum eſt admiſtum. Accepta eſt hæc definitio à Galeno libro decimo de ſimpl. medic. facultate, quo loco ait, ſudorem eandem habere materiam, quam vrina; & eundem generationis modum. Siquidem vtriq́ue ex ebibito humore conſtat generatio, ex calfacto ſimul in corpore, & biliosæ nonnihil ſubſtantiæ adepto. Quibus verbis clarè innuit, ſudoris, & vrinæ vnam eſſe materiam; nempè aquoſitatem bibiti potus, nonnihil humoris bilioſi ſecum habentem permiſtum, cuius pars deorſum ad veſicam tendens, vrina fit; quæ verò in corporis ſumma emergit, ſudor appellatur; ſic de hac re cenſente Ariſtotele lib. 2. probl. 4. Galenus loco citato aliam agnoſcit differentiam, videlicet, quòd ſudor, plus quàm vrina, eſt elaboratus, vt pote qui ad cutem vſque, permeatis omnibus, quæ interſunt, partibus, peruenit. Verùm tamen quamuis ſudor, & vrina eundem habeant generationis modum, eandemq́ue materiam, ex qua generantur, diuerſorum tamen præbent ſignificationes, dicente Galeno libro quarto. de ſanitate tuenda capi. 4. Sudorem, ſuccorum, qui in toto corpore continentur, notam eſſe: vrinam verò eorum tantùm, qui in venis continentur. Et paulò inferiùs ſubdit: Sicuti verò vrina ſuccorum, qui in vaſis ſunt, qualitatem prodit, ita ſudor, aliaq́ue quæ per vniuerſum animalis habitum apparent, eos, qui illic ſunt, affectus demonſtrant. Dubitant autem medici an ſudor euacuatio ſecundum naturam dici debeat, an con-

Sudor, & vrina diuerſorum præbent ſignificationes.

Sudor an ſit euacuatio naturalis.

trà,

trà, prçter naturam? Pro cuius dubij ſolutione, ad uertẽdum, euacuationem aliquam duplici modo naturalem appellari; primo, quia in tempore, ac opportunè fit, & per morbos noxia cõmodè educit: ſecundo, euacuatio aliqua ſecundum naturam nuncupatur, quia naturalia excrementa ſecũdum naturæ conſuetum modum, perq́; ad id conuenientia loca excernit, nullo prçter naturam vitio ſubeunte, nulloq́ue morboſo pathemate ad expulſionem cogente: quo pacto quæ aluo, veſicaq́ue, nobis rectè valentibus, expelluntur, ſecundum naturam expelli dicuntur. Vtroq́ue modo ſudor euacuatio naturalis dici debet. primo notum eſt. Nam ſi quædã toto genere præter naturam, vt ſanguinis per nares, vel per ani venas profluuia, vbi opportunè fiant, hoc eſt, vbi per ea id euacuatur, quod moleſtiam inferebat, præter naturam dici non debent; ſi Galeno creditur lib. de ſymptomatum differentia in fine; quanto magis ſudor, ſi opportunè fit, & infeſtantia commodè expurgat, & à morbis vindicat, ſecundum naturam erit? Omne autem ſanguinis profluuiũ, eo dempto, quod menſibus ſingulis, mulieribus per vterum euenit, toto genere præter naturam eſſe teſtatur Galenus. 3. de cauſis ſympt. cap. 2. & libro de ſymp. diff. cap. 6. & lib. de ſectis, ad eos, qui introducuntur, cap. 9. Tamen ſi tempeſtiuè fit, & à morbis liberat, præter naturam dici non debet. Quod ſi nihil, quod in tempore, atque in animalis commodum expellitur, apud Galenum præter naturam dicitur: multò minùs ſudor hoc modo di-

Omne ſanguinis profluuium (muliebri dempto) genere toto præter naturam.

cetur præter naturam, ſi in tempore, hoc eſt, poſt coctionem emanat, & cauſam, morbum inferentem, commodè expurgat. Tales ſunt ſudores optimi, & boni, de quibus in præſentia Hippocrates loquitur. Similiter & illi, quorum.4.lib.aphor.36. mentionem facit, cùm ait: Sudores febricitanti ſi cœperint, bonos eſſe; q̃ tertio, quinto, & ſeptimo, vndecimo, & decimoquarto eueniunt; optimos autem & bonos nunquam dixiſſet, ſi illos præter naturam iudicaſſet. Secundo modo ſudorem naturalem eſſe euacuationem, cenſet Manardus lib. 15.epiſt.1.nõ ſecus ac alui, & veſicæ excrementorum, atque craſsioris illius, quod partim in materiá cedit pilorũ, partim in ſordes, quibus nec tẽperatiſsimus, & frugaliſsimus homo caret. Quod autem hæc etiam fuerit Galeni mens, ex multis eius locis apertè colligitur. Nam.10.de ſimpl. medic.facul. cap.15.poſtquã dixiſſet ſudores inter ſe ſe, & vrinas differre, ſubdit: Sicut vrina naturalis modicè eſt pallida, ſic & ſudor. Quibus verbis apertè innuit aliquem eſſe ſudorem naturalem, eumq́; eſſe modicè pallidum, quemadmodum vrina naturalis. Et lib.de ſectis, ad eos qui introducuntur cap.9.in initio, inquit: Sudoris autem, vrinæ & eius quod per aluũ, aut per vomitũ ruit, genus quidem non præter naturam eſt; multitudo tamen nonnunquam. Quin etiam lib.de differẽtia ſympt.in fine, dogma Dioclis, tenentis, ſudorem omnem eſſe præter naturam, durum eſſe, ac pręter rerum euidentiam, dixit, licet maximè probabilibus fulciatur rationibus. Sed etiam ſi nunquã hoc

Sudor ex Galeno naturalis euacuatio.

Galenus

Galenus protuliſſet, ex rei ipſius natura conſtat, ſudorem in ſanis corporibus naturalem eſſe, quoniam ſerum, quod eſt materia ſudoris, teſte Galeno .1. de ſanitate tuẽda cap.12. in ſingulis partibus ſecundum naturam colligitur, etiam in homine optimè ſano. Rurſus cùm ſudoris, & vrinæ eadem ſit materia, vt ſuprà fuit demonſtratum, ſi vrina in numero eorum excrementorum recenſetur, quæ ſecundum naturam aggregantur, recenſebitur, nihilominus & ſudor. Prætereà loca, per quæ ipſe ſudor expellitur, conuenientia ſunt, & à natura huius excrementi, & ſimilium expulſioni deſtinata. Nã viæ, per quas ſudor euacuatur, pori, ſeu meatus ſunt totius corporis qui ad corporis expurgationẽ ſunt cõformati; dicẽte Galeno lib.1. de ſimp. med. facult. cap.13. in libris de tẽperamentis demõſtratum eſſe, cutem, videlicet omnem, initio ſui ortus ſibi eſſe cõtinuam, ac deindè temporis ſpatio perforari, ac plurima nanciſci ſpiramenta, ritu cribrorum. Demonſtrauerat hoc ipſe lib. 2. de temperamen. cap.5. vbi ait per omnem cutem difflari ſemper aliquid à calido, quod ſecũ etiã interim humoris non parum aufert. Ad hæc, facultas ſudorẽ excernens, naturalis expultrix eſt totius corporis. Igitur ſi materia ſudoris naturaliter in corpore aggregatur, & loca, per quæ expellitur, naturalia ſunt: quemadmodum & facultas, quæ expulſionẽ iſtam molitur, è naturalium numero vna eſt, quid ſupereſt ad hoc, vt ſudoris euacuationem naturalem non dicamus? Nec eſt quòd aliquis prædictã ſudoris expulſionem, naturalem eſſe neget: quia in cor-

Sudor ex natura rei, naturalis eſt euacuatio.

Obiectio.

in corporibus ſanis nunquam ſine extrinſeco irri tamēto profluit, quod indicare videtur, naturam, quaſi irritatam, ſudorem promouere. Quoniam & ſi natura adiuta balneo, aut exercitio moderato, aut aëris calore, modum non excedente, hoc facit, non ob id (vt optimè animaduertit Manardus) violenter facere dicenda eſt; ſicuti nec quādo adiuta à moderato calore coctionem ciborū in ventriculo melius complet. Quod ſi corpus optimè ſanum nunquam ſine externa ope ſudat, ob id eſt quia, quemadmodum ſcribit Auicenna. 3. primi doct. 2, cap. 1. ſemper naturæ operatio in excernēdis huiuſmodi vltimæ coctionis ſuperfluitatibus eſt incompleta; qua de cauſa exercitio, frictione, vnctione, & balneo indigemus. Solet natura per ſe in optimis indicijs cauſam morbi effectricē ſudoribus euacuare, qui interdum, vi morbi, habitu reſoluto, eueniunt. De quibus omnibus Hippocrates loquitur, prognoſtico præſenti, in quo quinq; ſudorum modos commemorat; quorum primus, optimus exiſtit; ſecundus eſt bonus; tertius inutilis; quartus malus; ac vltimus peſsimus habetur.

Obiectionis ſolutio.

Ad hoc vt ſudor, optimus iudicetur, neceſſe eſt, vt per diem eueniat decretorium, & integrè finiat febrem. Qui enim non in die decretorio fit, ex vitio, & morbi maleficentia euenit, non naturæ motu: quemadmodū decreuit Galenus. 4. ſect. aphor. cōm. 36, & 42. Significat enim talis ſudor multitudinē adeſſe, quam natura moderari nequit. Quo fit vt talis ſudor ſymptomaticus ſit, & malus. Quā ſententiam Hippocrates voluit aphoriſmo. 36. citato

Sudor optimus.

tato ſectionis.4.dicens: Qui verò non in diebus fiunt decretorijs,laborem ſignificant,& morbi lõgitudinem,& recidiuam. Dies autem decretorij, in quibus ſudores apparere debent, ſi ægrotantibus commodum ſunt allaturi,numerantur ab Hippocrate hoc aphoriſmo,cùm inquit: Sudores febricitanti ſi inceperint boni tertio die, & quinto, & ſeptimo,& nono,& vndecimo, & decimoquarto,& decimoſeptimo,& vigeſimoprimo,& trigeſimoquarto. Et ſubdit: Hi enim ſudores iudicant morbos. Vbi aduertendum ſolummodo illorum dierum meminiſſe, qui ſunt intra quadrageſimũ. Nam morbi, qui in hoc ſpatio terminantur, per ſudorem iudicari poſſunt: qui tamen terminum hunc excedunt, non admodum finiri ſudore, aut excretione conſueuerunt; ſed coctione potius, & abſceſsibus,quemadmodum in prædicti aphoriſmi commentario docet Galenus,quod.1.libro de diebus decretorijs cap.10.cõfirmat,inquiens: Poſt quadrageſimum verò mutationes omnes prorſus languẽt,coctione potius,& abſceſsibus,quàm criſibus morbos finientes. Accidunt & in his temporibus per excretionem interdũ iudicia,ſed admodum rarò, nec magnam habent vehementiam,& plures dies iudicia occupant, præſertim ſi per abſceſſum fiunt. Secundus ſudor eſt bonus, de quo ait Hippocrates,quod exit ex toto corpore, facitque vt æger ferat faciliùs morbũ. Verùm hæc prima conditio in optimo ſudore debet intelligi: propterea quòd, ſudor, qui integrè ſanat morbũ vniuerſalẽ totius corporis,qualis eſt febris, quæ totũ Sudor bon⁹.

occu-

occupat corpus, ex toto corpore prodire debet. Ad hæc, prima conditio optimi ſudoris; quæ eſt, vt per diem eueniat decretorium; in hoc bono ſudore eſt intelligẽda; nam ad vtrumque eſt neceſſaria. Quandoquidem extra diem decretorium nec fiunt optimi ſudores, nec boni, vt oſtenſum iã eſt. Similem ſententiam ſcripſit Galenus primo prorrhetici cõm. 21. vbi ait: Nempè commune eſt commodis ſudoribus vt ex morbi coctione fiant, & per vniuerſum corpus, & in diebus decretorijs, atque febres, & ſymptomata ſedent. Itaque ſudores optimi, & boni in hoc cõmunicant, quod omnes diebus eueniunt decretorijs, & toto corpore profluunt coctione præhabita: ad hæc, quod omnes calidi ſunt. Nam frigidi omnibus bonis ſudoribus opponuntur. Differunt autem in eo, quòd optimi integrè finiunt febrem, boni verò non integrè ſoluunt morbum, illum tamen meliorẽ reddũt, quòd indicat illos morbi cauſam perfectè extirpaſſe: hos verò eius aliquid reliquiſſe. Quare in optimis nihil prorſus moliemur, ſequentes præceptum Hippocratis. 1. ſectione aphor. 20. quæ iudicantur, & iudicata ſunt integrè nec mouere, nec nouare aliquid ſiue medicamentis, ſiue aliter irritando, ſed ſinere oportet. In bonis verò quoniã criſim natura non compleuit, operę pretium erit, medicũ ei adminiculari, vt artis beneficio, & opera naturæ ęger omnino à morbo liberetur. Quam doctrinam in lib. de humoribus Hippocrates nos docet. Sic Galen. 1. aphoriſm. lib. cõm. 20. dicebat: Vbi verò non integrè iudicantur, id quod defecit

Sudores optimi & boni in quo communicent.

ſupplere

ſupplere nos oportet. Reliquas ſudoris differentias, quia à doctiſsimo Vega ſimul cũ alijs exactè explicantur, enarrare ſuperſedeo.

PROGNOST. XXVII.

Hypochondrium autem optimum eſt, ſi dolore vacat; ſi molle, & æquale eſt, dextra, ac ſiniſtra parte. Si verò inflammatione vexatur, aut dolore; aut intentum eſt, aut inæqualiter affectum dextra, ac ſiniſtra parte: hæc omnia animaduertenda ſunt.

COMMENTARIVS.

MAnardus lib. 8. epiſtolarum in examine capitis. 10. lib. 5. Dioſcoridis, Latinos interpretes reprehendit, quòd hypochõdria, ilia, vocauerint: cum tamen res ſint longè diuerſæ. Nam teſte Celſo in fine. 1. cap. lib. 4. ilia inferiùs circa pubem iacent: hypochondria verò partes ſunt ventris ſupremæ à latere in latus ſub coſtis. Author libri introductorij, ſeu medici cap. 10. inquit: Quæ ſub ventriculi ore ad partem exteriorem apparẽt, ſubcartilagia nominamus, Græcè hypochondria; quoniam ſecũdum rectitudinem ſub cartilagine, veluti poſt ipſam habentur. Porrò in hypochondrijs multæ habentur partes, vt docet Galenus. 2. prorrhetici cõm. 21. dicens: Cùm ergo non paucæ in hypochondrijs ſitæ ſint partes, febres nõ ſunt ex omnibus his malignæ, ſed ex ſepto tranſuerſo, ventriculo, & iocinore. Scimus quoque & muſculos quoſdam, qui inibi iacent, ſi inflammentur, febrem accendere. Ex quibus verbis liquet, hypochondrium, non tantùm exteriorem abdominis *Ilia & hypochondria differunt.*

partem

partem ſignificare(quemadmodum auctor intro=ductorij exiſtimauit) ſed & partes etiam, quæ ſubſunt. In qua ſignificatione illud ab Hippocrate dictum eſt aphoriſmo.64.lib.4. Quibus in febribus morbus regius ſeptimo, vel nono, vel vndecimo, vel decimoquarto ſuperuenerit, bonum; niſi dextrũ hypochondriũ obduruerit; ideſt; niſi aliquis malus affectus adſit in iecore. Sic dextrum hypochondrion, pro iecore; ſiniſtrum pro liene apud medicos ſumi ſolet: cum tamen hypochondriũ ſimpliciter prolatum, pro iecore tantùm accipiatur, vt voluit Galenus libr.3.epidem.parte. 1.cõm. 5.inquiens: Porrò cum narrationi hæc ſunt adiecta, hypochondrium molliter intendebatur, in iecore conijcias febrilis affectionis originem extitiſſe. Quia enim ſingulari numero, quem vocant, dixit, hypochondrium alterum tantùm indicat, non vtrunque fuiſſe intentum. Quãdo autẽ dextrum ſit neceſſe, aut ſiniſtrum hypochondrium, nos accipere; dextrum fuiſſe intentum, eſt veroſimilius, propter excellentiam; qua præſtat alteri: ſiquidem talia citra appoſitum, & diſtinctionem proferunt. Cùm itaque hypochondria ilia non ſint, ſed ab ilijs longè diuerſa, in præſenti, & ſequẽtibus prognoſticis, vbi Hippocrates dicit, hypochõdria, Gręcã dictionẽ cũ Vega ſeruauimus, hypochõdria dicẽtes, nõ, ilia, vt malè tranſtulit Laurentius. Ait vtique partes omnes ad hypochondria attinentes omni vacare diſpoſitione, quæ ſit præter naturam, oportere. Hac autem vacabunt, ſi ipſa fuerint mollia, ac ſine dolore perſiſtant. Nã

Hypochondrion ſimpliciter prolatum pro iecore tantum accipitur.

talia

talia denotant non vexari inflammatione, vel duritie, aut ſcirro, aut tumore aliquo præter naturã, aut intemperie, aut ſolutione continuitatis. Nam ſi aliquid iſtorum adeſſet, non eſſent mollia hypochondria, ac ſine dolore; ſed potius intenta, dura, ac dolentia. Quod ſi naturaliter dura ſint, hoc eſt fortia, robuſta, atque craſſa; bona eſſe eſt exiſtimandum. Verùm non eſt hæc durities, de qua in præſentia loquitur Hippocrates, ſed illa, quæ morbi ratione contrahitur: aliam verò, quæ ſecũdum robur, & craſsitudinem naturalem conſideratur, Hipocratem laudaſſe ſcimus aphor. 35. ſectionis. 2. dum inquit: In quouis morbo partes ad vmbilicum, & ad imum ventrem attinentes, craſsitudinẽ habere, melius eſt; multum verò extenuari, ac cõtabeſcere, prauum. In cuius aphoriſmi commentario Galenus præſens citat prognoſticũ; addens, craſſa hypochondria, bona eſſe: tenuia verò mala; tanquam ſigna, & tanquam cauſæ. Tanquam ſigna (inquam) quia partium, quæ contabuerunt, imbecillitatem indicant: tanquã cauſæ verò, quia coctio bona nõ fit ciborum in ventre, nec ſanguificatio in hepate: quoniam membrum vtrunque, à craſsitudine dictorum corporum concalefactũ iuuatur. Hinc eſt, vt omnes, quibus omentum abſciſſum eſt, frigidiorem ſentiant ventrẽ, ac minus concoquant; & pluribus opertimentis extrinſecus, ac fomentis egeant. Quod demonſtrauit gladiator ille apud Galenum. 4. lib. de vſu partium. cap. 9. qui cùm vulnerato abdomine abſciſſum haberet omentum, licet à vulnere citò saneſceret, adeò

Quæ ſint ſaluberrima hypochondria.

Tenuia hypochondria tã quã ſignum & tanquã cauſæ, mala

H tamen

tamen facilè patiebatur,& lædebatur à frigiditate externa,vt non ſuſtineret nudum habere ventrem,ſed lanis vndiq; inuolutum.In fine prognoſtici addit Hippocrates,quòd ſi hypochondria in flammatione vexentur, aut dolore, aut inæqualiter afficiantur, dextra, aut læua parte, hæc omnia animaduertenda eſſe; tum quoniam ægrotantis malum prænunciant, tum quoniam cognitu difficilima ſunt:propterea quod viſcera,mẽbra ſunt, in intimis deliteſcentia, de quorum diſpoſitionibus,ſenſus tactus ægrè iudicat: quia difficile ad illa penetrat.Habetur hæc ſententia lib.deCoacis prænotionibus hunc in modum:Præcordiũ molle eſſe conuenit,& doloris expers,& æquale: Inflã matum autem, aut inæqualiter ſe habens, aut dolens,ſignum eſt ægritudinis non leuis. Verùm tamen quod hic ait Hippocrates, mala eſſe hypochõdria intenta; non ſimpliciter eſt intelligendũ: ſed quando ſimul cum tenſione,dolore afficiuntur.Si eñ abſq; dolore tendãtur, poterũt non mala, ſed bona eſſe, fluxum ſanguinis ex naribus præoſtendendo.Cuius rei Galenus eſt teſtis. 3.de criſibus in fine dicens: Proprium verò ſignum fluxus ſanguinis ex naribus, eſt præcordiorum tenſio ſine dolore : nam & hoc non paruum indiciũ eſt ſanguinis ad ſuperiora tendentis. Et ſubdit:Si hypochondria cum dolore tendantur, nõ fluxum ſanguinis ex naribus, ſed aliquã ibi adeſſe inflammationem ſignificant.

De viſcerũ diſpoſitionibus ſenſus tactus ægrè iudicat.

Hypochondria intẽta quando non mala.

PROGNOST. XXVIII.

Si verò pulſus in hypochondrio inſit, perturbationem ſignificat, aut delirium. Verùm oculos talium conſpicari oportet. Si enim crebrò obtutus mouetur, expectanda inſania eſt.

COMMENTARIVS.

PVlſus ex cõmuni ſignificatione, pellendi actũ denotat. Sic Cicero. 1. de Oratore inquit: Impetus, pulſusq; remorum. Vnde medici pulſum, cordis, & arteriarum ſenſilem motum, quo attolluntur, & ſubmittuntur, appellant. Quam definitionẽ Galenus docet. 1. de differentijs pulſuum, cap. 2. & 6. lib. de placitis. & lib. 4 de differentijs pulſuum, cap. 2. &. 11. Verùm tamen de hoc pulſu in præſentia non loquitur Hippocrates: quia nullibi illius meminit: aut ſi meminit, artem, quam de eo medici tradũt, taquã pauci momẽti prętermiſit: queadmodum. 3. de criſibus cap. vltimo à Galeno ſcriptum eſt. Et. 1. de differentia pulſuum cap. 2. dicebat; omnium, quos nouimus, primus Hippocrates nomen pulſus literis prodidit: atque artem, quę in eo eſt, non videtur ignoraſſe: non tamen hanc artis partem aut excoluit, aut omni arteriarum motui hoc nomen dedit. Per pulſum itaque in hoc prognoſtico Hippocrates naturalem motum arteriarum non intellexit; qui auctore Galeno. 1. de differentia pulſuum in principio; in carpo cõmuniter tangi ſolet: ſed potius ſubſultionem, ſeu magnum pulſuum, qui non tantùm ægrotanti infeſtus eſt, ſed alteri cuipiam conſpicuus, & euidens

Pulſus definitio.

Quid per pulſum Hipporc. intelligat.

euidens non ſolùm tangenti, verùm etiam deforis intuenti. Quæ Galeni in comment: eſt interpretatio. Differt hic pulſus à primo, quoniam primus naturalis exiſtit: eſt enim operatio cordis ab eius natura procedens: hic verò eſt præter naturã; quam differentiam Galenus nos docuit. 6. de placitis: quo in loco ait: Motus cordis, qui in pulſibus fit, eſt operatio, qui in palpitationibus eſt affectio. De hac conſpicua adeò pulſatione, quæ præter naturam eſt, verba facit in præſenti prognoſtico Hippocrates, inquiens, talem perturbationẽ ſignificare, aut delirium. Quam ſententiam enarrans Galenus. 4. lib. de cauſis pulſuum ca. 11. dicit, ab his omnibus palpitationibus, ſecundum præcordia meminit, & hanc quoque par eſt appellare pulſum, quam quidem nonnulli deliri habent, & craſſæ dorſi arteriæ exiſtit. Ad eundem modũ 2. de morbis popularibus dicebat: Quibus vena in cubito pulſat, inſani, furibundíque ſunt: nec immeritò quidem, quùm elatior illa arteriarum vibratio, ſiue in cubito, ſiue in alia corporis parte, vbi luculenter à nobis cerni poſsit, exiſtat; non aliundè contingere, quàm à ſumma cordis caliditate, ingentíque æſtu queat: à qua cauſa in iracundiam, excandeſcentiamque maximè propenſio naſcitur. Vndè ſi quis in prima origine huius arteriæ, concitatam motionem habet, validam illi in corde iraſcibilem vim eſſe, eſt conijciendum, feruido quodam, immenſoque calore præditam, quæ facilè in furibundam quandam inſaniam, immenſamque animi commotionem deducere
poteſt

poteſt. Pulſus tamen in hypochondrio ſi ex inflammatione ventriculi, vel ſepti tranſuerſi prouenerit, delirium ſignificat: quoniam partes hæ maximum habent cum cerebro conſenſum. Quapropter facilè illi ſuas affectiones tranſmittunt; quod de ventriculo dixit Galenus libro 3. de locis affectis, cap. 5. & libr. 5. eiuſdem operis cap. 5. & 1 de cauſis ſymptoma. cap. 7. ſed maximè ſepti tranſuerſi inflammatio delirij cauſa putatur. Quamobrem id phrenas, id eſt mentem, antiqui appellarunt, vt Ariſtoteles eſt auctor libro. 3. de partibus animalium, cap. 10. cui Galenus conſentit. 5. de locis affectis, cap. 3. vbi ex inflammatione ſepti tranſuerſi perpetuum delirium fieri, atque ob eam cauſam, φρένας id eſt mentem, nuncupari protulit; tanquam ſapienti parti conferat quidquam. Cuius delirij cauſa, magna connexio exiſtit, quam ſeptum tranſuerſum cum cerebro obtinet, ratione nerui magni, qui in ipſum inſeritur, formati à propaginibus quarti, quinti, & ſexti paris neruorum vertebrarum ceruicis, vt Galenus libro. 13. de vſu partium, cap. 5. & nono. Et Ruffus Epheſius libro. 2. de humani corporis partium nomenclatura; & Veſalius libr. 4. de humani corporis fabrica, cap. 12. auctores extiterunt. Sic neruoſis partibus inflammatis, (quemadmodum in fine. 5. cap. libro. 3. de locis affectis ſcribitur) promptiùs quàm partibus reliquis delirium ſuperuenire ſolet, aſcendente ad cerebrum (vt ipſe Galenus ait) per continuas partes vel ſolo calore, vel ſpiritu quodam vaporoſo

Ventriculus & ſeptū trāſuerſum cerebro conſentiunt.

Conſenſus ſepti tranſuerſi cum cerebro, cauſa.

Delirij ſepti tråſuerſi vitio euenientis, à phrenitide diſcrimen.

poroſo, fumoſo, ac fuliginoſo. Delirium tamen hoc, quod ſepti tranſuerſi vitio euenit, à vera phreniti ſe diſtinguit Galenus libro. 5. de locis affectis cap. 3. ex oculorum accidentibus. Etenim phriniticorum oculi vehementer euadunt ſqualidi, ac ex altero ipſorum acris lacryma effunditur, lippitudo innatat, venæ ſanguine oppletæ eſſe videntur. Quorum accidentium nullum ſepti tranſuerſi inflammatione affectis euenit. Diſtinguit etiam duo hæc deliria Galenus, & ſanguinis è naribus ſtillis: nam phreniticis ſanguis ſtillat è naribus. Sed nullibi melius diſcrimen ſumitur, quam ex reſpirationis ſpecie; quoniam phreneticorum reſpiratio magna eſt, & ex longis ſemper interuallis: at vbi à ſepto delirium oritur, inæqualis: vt modò exigua, ac frequens; modò magna, & anguſtioſa.

PROGNOST. XXIX.

Oedema in hypochondrio durum, & dolens, peßimum eſt, ſi in vniuerſo ſit hypochondrio. Si verò altera parte ſit, ſiniſtra minori cum periculo eſt.

COMMENTARIVS.

Oedema quid apud Hippocratẽ ſignificet.

HIppocrates (quemadmodum in comm. 30. &. 6. epidem, parte. 4. com. 1. Galenus explicat,) omnes præter naturam tumores oedemata nominat, non vt poſteriores laxos tantùm, & do-

lore carentes, qui in vniuerſum ſine vlla inflammatione conſiſtunt. Per oedema verò durum & dolens, eum tumorem, quem recentiores propriè inflammationem appellant, intelligit, de qua in præſentia dicit peſsimam eſſe, & exitioſiſsimam vbi per omnia hypochondria fatiget. Quòd ſi altera tantùm parte infeſtet; dextera quidem periculoſior eſt, propter iecur, cuius, præſens, uel futura præſumitur inflammatio, ob quam eius vitiatur actio. Siniſtra verò minus eſt periculoſa, ratione lienis, cuius operatio non tantùm exigitur, quantum iecoris actio, quæ ſummè neceſſaria exiſtit. Quanto autem aut plures, aut principaliores, aut neceſſariæ magis cuiusque generis inſtrumentorum actiones, aut vires impeditæ fuerint, aut ex toto perierint, tanto morbus deterior cenſeri debet; ita tradéte Gale. 1. criſeôn, cap. 12. *Iecoris principatus.* Quantus verò ſit actionis iecoris principatus, docet Galenus libro. 7. method. cap. vltim. cùm inquit: At verò iecinoris opus omnibus particulis perneceſſarium eſt: non tamen adeò ſaltem perpetuam neceſsitatem habet, ſicuti ipſius cordis; vbi poſt cor, iecur collocauit. Et libro 11. method. cap. 15. iuxta calcem non alia ratione iubet vti adſtringentibus, cum ſuperuacanea in iecur, aut in ventriculum confluunt, niſi quia è primoribus admodum hæ partes ſunt, & reſolui robur ipſarum, eſt pernicioſiſsimum, cùm vt munus ſuum obeant, vel in ipſis morbis ſit neceſſe. Hæc quoque cauſa eſt, cur in iecoris inflammatione, medicamentis, quæ extrinſecus ad- *Adſtringētia per omnia iecoris inflãmationis tempora ſunt permiſcenda.*

hibentur; ſemper ſunt miſcenda adſtringentia, non in generatione phlegmones modò: (eſt enim id omnium phlegmonarum commune; quando etiam ſi quis repellentibus tantùm eo tempore vtatur, non peccet) verùm etiam vbi nec quidquam amplius affluit, nec eſt in laborante particula, quod repelli poſsit. Cuius rei inſcius delirus Theſſalicus ille Attalus, Theagenem philoſophum iecinoris phlegmone laborantem, breui tempore interfecit. Nam vt libro.13. metho. cap. 15. Galenus refert; hic impoſuit iecinori cataplaſma ex pane, & melle; haud intelligens viſcus hoc mediocriter adſtringi debere: propterea quòd altricis facultatis initium ſit, & venoſum ab hoc oriatur genus. Ipſe autem veluti bubonas ſolis relaxantibus viſcus curabat, ex pane, & melle cataplaſmate vtens; ac prius oleo calenti perfundens. Sed quàm ſit iecoris actio neceſſaria, quàmq; lienis functione dignior, probari vlterius poteſt. (Vt hinc etiam amplius pateat: veram eſſe Hippocratis ſententiam, tenentis Oedema in hypochondrio dextro exiſtens periculoſius eſſe, quàm ſi exiſtat in ſiniſtro.) Nam iecur primaria ratione à natura factum eſt, generationis ſcilicet ſanguinis, quo vniuerſæ animalis partes aluntur: Lien verò ſecundaria, nempè diſcretionis, & purgationis melancholicorum recrementorum gratia. Quo fit, vt hic ſecundario à natura ſit factus: alterum verò primariò: quæ Galeni eſt ſententia libro. 6. de antom. adminiſtra. cap. 2. Verùm tamen quæret

Theagenes philoſophus à Theſſalico quodam interfectus.

Lien ſecundaria ratione genitus.

hic meritò aliquis ſi iecoris actio tam eſt neceſſaria,& dignior eſt, ac magis exigitur, quàm actio ventriculi,cur inflammato ventriculo citius morimur,quàm iecore inflammato? Nam ſi ille morbus deterior eſt,ac periculoſior, qui digniorem, ac neceſſariam magis actionem vitiat,rationi cõſequens erat,ex inflammatione iecoris maius imminere periculum,quàm ex ventriculi inflammatione,Eſſe verò iecoris actionem actione ventriculi magis neceſſariam,probat Galenus 6.de placitis cap.6.vbi ait,quod licet ventriculus cibos cõterere non valeat, modò ſuccos aliquos aſſumamus;vt in multis nationibus lac ſumi ſolet;viuere nos poſſe:ſed ſi ſanguinis generatio tollatur, vitam quoque tolli eſſe neceſſe;quod fœtus in vtero declarant,qui toto geſtationis tempore,intercidente ventriculi actione, ſolo iecore ſuo officio fungente,viuunt:quod ſi ceſſaret,ilico morerentur. Sed quod ventriculi inflammatio periculoſior multo ſit,quàm inflammatio iecoris,ex eo fit manifeſtum, quòd febris lypiria omnium malignißima, & peßima (Aetio teſte lib.2.ſermon.1. cap.89.)ſemper ad ventriculi inflammationem ſequatur. Verumtamen licèt ventriculi operatio ignobilior ſit,ac minus neceſſaria,quàm operatio iecoris, nihilominus ſymptomata, quę ratione ventriculi inflammati oboriuntur, periculoſiora ſunt,ac magis formidanda, quàm illa,quæ à iecore inflammato emanant: hinc fit,vt ventriculi inflammatio iecoris inflammatione ſit deterior. Excruciant enim in ventriculi inflammatione vehe-

Ventriculi inflammatio vnde periculoſißima.

 men-

mentiſsima ſitis,& dirus dolor, cuius cauſa vires exſoluuntur, calorq; in ea ad intima reuocatur, partibus extremis vehementer frigeſcentibus. Et quia maximum conſenſum cum corde & cerebro habet; cum corde, per magnam arteriam: cum cerebro quidem, per multitudinem neruorum à ſexta coniugatione venientium, euenit etiam, vt duabus his partibus conſentientibus, protinus cardiaca, & cerebralia mala ſequantur, ſyncope videlicet, delirium, morbus comitialis, & alia huiuſcemodi, quæ Galeno teſte lib. 1. de cauſis ſymptom. cap. 7. ventriculi ore affecto oboriri ſolent. Porrò eſt & alia cauſa, ob quam ventriculi inflammatio deterior ſit inflammatione iecoris: quoniam inflammato ventriculo, non tantùm eius deprauatur actio, ſed & ſanguificatio malè fit, nequeunte iecinore, ea quæ à ventriculo malè ſunt confecta, corrigere. Non tamen iecoris actione vitiata, neceſſe eſt illico ventriculi functionem vitiari.

Cor & cerebrum ori ventriculi conſentiunt.

PROGNOST. XXX.

Talia verò œdemata ab initiò periculum mortis cito futuræ ſignificant.

COMMENTARIVS.

SI œdema, quale dictū eſt, durum, & dolens, in muſculis abdominis conſiſtat, ſiue in hypochondrio, propriè dicto; mortis periculum non denunciabit: quia hæc pars ignobilis eſt, nec vitæ ſimpliciter neceſſaria. Verùm de hoc œdemate in præſentia Hippocrates non loquitur, ſed de illo potius, quod in aliquo viſcere ſubiacente continetur:

netur: quod mortem prænunciare poterit, ob viſceris illius abolitam, aut vitiatam functionem, vitæ ipſi neceſſariam. Alterum verò, quod in muſculis abdominis habetur, inferre mortem haud poterit, niſi ob aliquam cauſarum à Galeno connumeratarũ, nempè inflãmationis magnitudinem, aut virium imbecillitatem, aut ægroti culpam, vel medici curantis errorem. Verumtamen ait, œdema prædictum; videlicet quod exiſtit in viſceribus, mortem breui futuram ſignificare: quoniam tale, morbus acutus eſt, cuius rationis eſt vt citò terminetur, cum periculo, non potente natura diu morbi magnitudinem tolerare. Quare ſi morbus iſte citò cum periculo iudicatur, illud breui tempore futurum prænunciabit. Sed cum lien viſcus ſit ſatis ignobile, (adeò vt libr. 3. de partibus animalium cap. 7. arbitretur Ariſtoteles per accidens eſſe neceſſarium, quomodo excreméta tum alui, tum veſicæ; ex quibus fieri ait, vt in nonnullis animalibus deficiat magnitudine) non videtur eius inflammationem (vt Galenus in comm. innuit) periculum mortis breui futuræ indicare. Verùm tamen dicendum alia ratione lienis inflammationem periculoſam eſſe, & mortem breui minari: Quoniam conſenſum equidem non leuem viſcus hoc cum corde obtinet, cuius occaſione cordi ipſi vitæ principio, vitium promptè communicat. Quem conſenſum facilè intelliges, ſi lienis vſum, atque naturam expendere volueris, quam nunc ego interpretari aggrediar, illius nutritionis origine altiùs repetita. Lien (vt 2. de naturalibus

Oedema in muſculis abdominis cõſiſtens, natura ſua mortem nõ infert.

Obiectio.

Obiectionis ſolutio.

bus facultat.cap.9.verſus finem,& in alijs pleriſque locis auctor Galenus eſt)organum quoddam exiſtit purgatorium generatorum in hepate,limoſorum,& craſſorum,atque melancholicorum humorum. Quam ſententiam ante Galenum voluit Plato in Timæo,his verbis: Proximum hepati ad ſiniſtram partem locatus eſt lien,huius gratia mēbrum,vt purum hoc, ſemperque clarum reddat, & inſtar ſpeculi nitens,atque perſpicuum, ad imaginesque exprimendas accommodatum: cui etiā ſubſcribit Ariſtoteles 3.lib.de partibus animal.capit.4. Huiuſmodi craſsi, lutoſi, & limoſi humores, non ſunt aptum lienis nutrimentum. Lien enim vt pote viſcus rarum,tenue, ſpongioſum,& fungoſum,non craſſo, & lutoſo aletur nutrimento. Quare,cùm; teſte Galeno lib. de atra bile capi. 7.& 4.de vſu partium cap.15. vnumquodque ſuo ſimili nutriatur alimento; lieni tenue, & fungoſum commodum erit. Sed cùm non detur illi aliūdè nutriendi facultas,quàm ex huiuſmodi humoribus craſsis,neceſſarium illi fuit eos comminuere,frangere, & attenuare. Datæ verò ſunt illi ad hanc actionem(teſtimonio Galeni 4. lib. de vſu part.citato)arteriæ multæ,& magnæ, quæ vtique diſſeminatæ ſunt per totum viſcus, vt continuo motu, & robore innatæ caliditatis à corde per ipſas demandatæ,elaborare,& frangere, ac tranſmutare,& alterare poſsint craſsitiem tranſumptorum ab hepate ad lienem humorum. Quare licet ſanguis,qui ad ſplenem attrahitur, craſsior ſit eo, qui eſt in hepate; quia tamen prius elaboratur ab

Lib.3.eiuſdem comm. capit.13.in fine. & lib. de atra bile cap.7.& 6.de locis affectis ca.1.& 4. de vſu partiū cap.15.

arterijs,

arterijs,quæ inibi ſunt,non craſſus,ſed ſubtilis carni ſplenis apponitur,& ſubtilior,quàm hepati. Epar enim,inquit Galenus,ex rubicundo,ſed craſſo ſanguine nutritur:ſplen autem ex ſubtili,ſed nigro;ſicuti pulmo ex elaborato perfectè , & flauo, & ſubtili,& ſpirituoſo,& puro nutritionem ſuſcipit.Prop er huiuſmodi magnarum arteriarũ multitudinem,à corde in lienem peruenientium , ingens eſt cordis cum liene conſenſus;ſic, vt eo affecto, extemplò etiam & cor afficiatur, facilè per arterias delato vitio.Nam, vt Galenus ait lib.3.de locis affectis in fine cap.5.quemadmodum neruoſis partibus inflammatis , promptiùs , quàm reliquis,delirium ſuperuenire ſolet,aſcendente ad cerebrum per ipſas continuas partes,vel ſolo calore, vel ſpiritu quodam vaporoſo,fumoſo,aut fuliginoſo;ſic etiam arteroſis partibus affectis, promptiùs, quàm cæteris ſyncope, animi deliquium, cordis tremor,& alia huiuſmodi mala ſolent ſuperuenire,facilè ad cor aſcendente per ipſas arterias tetro quodam,& viruléto vapore.Quæ cauſa eſt(quod Fernelius lib.5. pathologiæ cap. vltimo animaduertit)cur in cordis palpitationem plurimùm propenſi ſint,qui hypochondriaca melancholia laborant:& quibus lien bilis atræ copia turgeſcit.Ab eo enim loco per arterias,quibus(vt dictum iam eſt)multis lien perfunditur teter,aterq; vapor in cor vicinum ſubit;cuius vi & malignitate irritatum,vehemẽtiori pulſatione nititur,quod noxium eſt excutere:haud ſecus atque cerebrum in epilepſia facere ſolet.Nec ſolùm cordis palpitationi

Lien ſubtiliori, quam iecur, nutritur alimento.

Melancholia hypochõdriaca laborãtes in cordis palpitationem ſunt propenſi.

tioni obnoxij ſunt ij,quibus lien plurima bile atra perfunditur , verùm etiam ſyncopa, anxitudine, mærore , & alijs cardiacis pathèmatis plurimum affliguntur. Quapropter qui lienis vitio laborant, vt cordis prouidentiam habeant,conſulo:quoniã niſi robuſtum ſit illis cor,facilè in conſortium affectuum lienis ducetur:& præſertim ſi lienis affectus fuerit phlegmonoſus; quo fit vt eius inflammatio(quòd hic Galenus ait)periculoſa dicatur.

Lienis vitio laborantes, cordis prouidentiam habere indigent.

PROGNOST. XXXI.

Quod ſi vigeſimum tranſcendit diem, & febris detinet, & œdema non deſiſtit,in ſuppurationem vertitur.

COMMENTARIVS.

OEdema durum & dolẽs, quod phlegmonem eſſe diximus,in hypochondrijs infeſtãs, niſi primis ægrotationis diebus interfecerit, aut medicis auxilijs,vel naturæ beneficio ſubmoueatur, vigeſimũ tranſcendens diẽ,in ſuppurationem vertitur:dummodo febris perſeueret, ac detineat, & œdema non deſiſtat,nec ab eo,quod prius fuerat, mutationem ſuſcipiat. Nam ſi febris ceſſet, aut phlegmonoſus tumor ſcirroſior factus fuerit, quod contingit parte illius tenuiori,& humidiori reſoluta,ac diſsipata, ſuppuratio fieri non poterit. Febris ceſſatio, indicat ſimiliter inflammationis calorem extingui,& humorem,qui exhalare debebat,eſſe itidem abolitum. Nam cùm febris hæc perpetuò ſymptoma ſit; quandoquidem inflammationem ſequitur; conſtat,ipſam tam diu perſeuerare,quam diu in loco inflammatione obſeſſo

calor,aut putrida ſuligo perſiſtunt:quæ duo continuatione quadam ad cor peruenientia febrem accendunt,ac fouent.Ex quo fit,vt febris ceſſatio, inflammationem ſcirroſiorem,hoc eſt, frigidiorem,ac ſicciorem quodammodò eſſe effectam demonſtret:quæ talis cùm ſit,ſuſcipere ſuppurationem non poterit: quia quę hanc admittunt, calida debent eſſe,& humida,vt docet Galenus lib.4 meth.cap.5.vbi,poſtquàm Hippocratis retulit ſententiam ex lib.de vlceribus,ſubdit:Indicat in hoc ſermone manifeſtè,ſolos eos vlceratarum partiũ affectus non eſſe ſiccandos,in quibus gigni quàm celerrimè pus cupimus,vtiq; quod cum aliqua putreſcentia pus fiat, obiter docens. Porrò omnia, quæ putrefiunt,ex calido,& humido ſic afficiuntur.Ideoque etiam ea cataplaſmata, quæ ex hordei farina componuntur,ceu quæ calefaciant,humectentque,omnibus his affectibus, quibus moueri pus expedit, admouebimus. Hæc Galenus. Quibus verbis manifeſtè innuit,ſuppurationem, putrefactionem quandam eſſe:ideoque calore,& humore indigere: aliâs enim non efficietur.Quocirca,ſi hypochondriorum inflammatio,quæ anteà calidæ,humidæq; fluxionis erat ſoboles,nunc durior,& ſcirroſior fiat;atq; ad frigidius,ſicciusq; vergat,(quam conuerſionem febris remiſsio demonſtrat,)ſuppurari non poterit.Huius ſuppurationis metam ſtatuit,vigeſimum diem, non decimumquartum:quem terminum ſuppurationis in morbo laterali lib.5.aphoris.aphor. 8. poſuit, dicens: Quicumq; morbo laterali laborantes quatuorde-

Quid febris ceſſatio indicet.

tuordecim diebus non repurgantur, in ſuppuratio nem vertuntur. Intelligens per ſuppurationem, eam, quæ in pus fit, trãſmutationem: aut eam, quæ fit inter thoracem, & pulmonem, puris effuſionẽ. Nam vtrumque horum dicit Galenus fieri, quando morbo laterali laborantes non expurgantur per ſputa. Idem etiam Hippocrates lib. de morbis, qui extrà, (quem Galenus Polybij eſſe putat,) voluit, inquiens: Si expuat, pusq́; de pectore expurget, ſaneſcit: ſin minus, purulentus fit, morbusque protrahitur. Verumtamen nulla eſt repugnantia inter præſens prognoſticum, & aphoriſmum: etiã ſi hic vigeſimum diem, terminum ſtatuat ſuppurationis: in aphoriſmo verò decimumquartum. Quia in morbo laterali, de quo loquitur aphoriſmus, dierum ſupputatio facienda eſt à die, quo primùm incipiunt expurgari. Nam aliâs falſa eſſet Hippocratis ſententia: ſi quidem Anaxion morbum lateralem patiens non fuit perfectè expurgatus vſq; in trigeſimumquartum diem; nec tamẽ purulentus euaſit. Verùmtamen incipiens expurgari vigeſimo; & deſinens trigeſimoquarto; in quatuordecim diebus fuiſſe expurgatum dicemus. Cæterum in inflammatione hypochondriorum viginti dies ſunt intelligendi, à primo die facta ſupputatione. Nec; etiam ſi in vtroque malo à morbi principio dies numerarentur; aliquod eſſet in Hippocratis verbis diſsidium: quia cùm morbus lateralis à calidiori humore, in calidioriq́ue loco fiat, mirandum non eſt, ſi citiùs quàm inflammationes, quę in hypochondrijs infeſtant, vt pote

Locorũ Hippocratis conciliatio.

Thoracis inflammationes citius terminantur quam inflãmationes hypochondriorum.

tepidiori

tepidiori loco conſiſtentes terminentur, ac ſuppu rationem ſentiant.

PROGNOST. XXXII.

Accidit his in prima circuitione, etiam ſanguinis è naribus fluor, atque admodum iuuat. Sed requirendum eſt, num doleant caput, an hebetudines ſubeant oculorum. Si quid enim horum fuerit, eò tendet.

COMMENTARIVS.

DIxerat, viſcerum, quę in hypochondrijs ſub ſunt inflammationes in initio mortis periculum breui futuræ indicare: tranſcendentes verò vigeſimum diem, verti in ſuppurationem. Ne tamen quiſpiam exiſtimet duas tantùm eſſe harum inflammationum terminationes in primis diebus ad mortem; & poſt vigeſimum ad ſuppuratioñe, ideò tertium modum addit, quo ægrotantes in primis ægrotationis diebus ab hiſce inflammationibus ſolent liberari: hic autem eſt ſanguinis ex naribus fluor; quæ euacuatio prædictis malis congruens eſt, atque conueniens: quod Galenus lib. 3 de criſibus cap. 3. his verbis docet: Soluit autem lienis, & hepatis inflammationes ſanguis è naribus profluens, quando hæc viſcera vnà cum acutis febribus habent inflammationes: & omnes, quę ſub hypochondrijs ſunt calidæ, & acutæ inflammationes fluxu ſanguinis ſoluuntur. Itaque hypochondriorum inflammationes, ſanguinis per nares factum profluuiũ iudicat; dummodò tale fiat in die decretorio, citra quem nullum iudicium bonum exiſtit, & rectitudo ſeruetur: quemadmodum in

Sanguinis ex naribus fluor hypochondr oriũ inflammationes indicat.

comm.& lib.3.de criſib.cap.3.citato Galenus voluit,inquiens: Oportet autem per directũ fluere ſanguinem,ex dextra quidem nare,hepate patiente,vel locis ſub dextro hypochondrio poſitis: ex ſiniſtra autem,liene,vel locis huic vicinis.Quicũq; autem ſanguinis fluores obliquè,& trãſuerſim fiunt,vitio dantur,tanquam violatæ,& perturbatę naturæ indices:quod Hippocrates ſignificare voluit lib.3.prorrheticorum tex.33.ſic ſcribens: Sanguinis ad latus diuerſum eruptiones, malæ: vt ſi cũ liẽ magnus fuerit,dextra ex nare ſanguis fluat. & Galenus in præſentia ait: Sãguinis enim fluorẽ fieri dicit è naribus, qui ex vſu admodum ſit, id quod per inflammationes in iecore,& liene fieri potiſsimùm ſolet. De quibus alibi fluere ſanguinem recto itinere commendauit: è contrario verò culpauit,docẽs ipſe quid nã è contrario intelligat,verbi gratia,liene grãdiore,fluere ſanguinem è nare dextera.Porrò ſunt & aliæ euacuationes,iecoris inflammationi congruentes; per quas etiam primis ægrotationis diebus illi,qui hũc morbũ patiuntur,liberantur,cuius rei grauiſsimus teſtis eſt Galenus lib.3.de criſibus ca.3.ſcribens in hũc modum:Hepatis verò conuexæ quidẽ partes patientes,tribus præcipuè modis,criſibus obediunt,fluxibus ſanguinis è nare dextera, ſudoribus bonis, & vrinis abundãtibus. Conuexæ autẽ partes alui, excremẽtis billioſis,atq; ſudoribus bonis, nõnunquàm verò vomitibus. Quibus verbis liquet diuerſas iecoris partes, diuerſis euacuationibus gaudere:nã partes cõuexæ iuuãtur ſanguinis fluore ex

Aliæ euacuationes, quæ iecoris inflammationibus cõgruunt.

Diuerſæ iecoris partes diuerſis euacuationibus gaudent.

rẽ ex dextera nare,ſudoribus,& vrinis:ſimæ verò excremẽtis alui,vomitibus,& ſudoribus. Ex quibus licet intelligere,inter euacuationes partibus ſimis conueniẽtes,nõ connumerari fluxũ ſanguinis ex naribus;vt hinc intelligatur fluxũ hunc,nõ omnibus iecoris inflãmationibus cõpetere,ſed illis tãtùm,quæ in gibbis partibus conſiſtũt. Nã quẽ admodũ interdũ in ſimis dũtaxat,ita & in gibbis huius viſceris partibus inflammatio oritur. Quáuis, vt Galenus lib.5.de locis affectis cap.6.ait,in neutra partiũ exquiſitè diſtincta poſsit conſiſtere: nã omniũ eius partiũ carnes inter ſeſe continuantur. In qua verò iecoris parte,nũ in gibba, vel in ſima inflãmatio exiſtat,docet eo loco cognoſcere Galenus,dicẽs:Quæ in ſimis iocinoris partibus eueniunt inflammationes,vt magis quàm illæ quæ in eius gibbo fiũt,faſtidiũ,nauſeam, & vomitũ bilioſum,& ſitim ingentẽ inducũt:ſic è contrario hæ maiori quàm illæ,inter reſpirãdũ dolore, vt dictũ eſt,laborantẽ afficiunt;magiſq; tuſsim excitant, atq; dolorẽ,vſq; ad dexteræ partis iugulũ,adeò vt detrahi videatur,extendũt.Ioannes Fernelius lib. 2.methodi medendi capi.8.in ea eſt opinione,vt exiſtimet in nulla hypochõdriorũ inflãmatione, ſanguinis per nares fluorẽ prodeſſe poſſe:quemadmodũ nec in cauſo,& febribus continentibus,per quas humores in maioribus vaſis putreſcũt:in quibus itidẽ cenſet Fernelius,fluxum ſanguinis ex naribus non conferre,eo ꝙ vix propriam morbi eſſentiam,atq; radicem euellit:niſi fortè immoderatior ſuccedat euacuatio, ad quam ſumma viriũ

Fernelij opinio de fluore ſanguinis ex naribus.

diſſolutio ſemper vitanda ſequitur: ſiquidē vitioſus ſanguis per nares poſtremus elabitur, nec niſi cum vtiliqris magna vis erat profuſa. Quod patet, quia in his affectibus, etiam ſi nares multo ſtillent ſanguine, neceſſaria quandóque eſt ſanguinis per venam detractio: ſine qua morbus plerumq́; non tollitur: qua facta, ſanguis per venā detractus, impurus, ſordidusq́; conſpicitur: cùm tamē qui è naribus effluit, colore, & ſubſtantia laudabilis appareat. Fatetur tamen profluuium ſanguinis ex naribus in prędictis malis ad ſymptomatum nōnullorum ſedationem conferre, vigilias, deliria, capitis dolorem, aliaq́; ſimilia ſymptomata demulcēdo. Concedit etiam phrenitidi, & alijs capitis affectibus ex ſanguine ortis, eo quòd ex propinquo morbi cauſam euacuat, proficere. Porrò eſt & alia ratio ob quam credidit Fernelius ſpontaneam ſanguinis per nares effuſionem in iocinoris, & lienis inflammationibus, & in febribus continentibus nihil prodeſſe, nec ex vſu fore: quam ego ſic colligo. Euacuatio ſanguinis per hæmorrhoidas, aut in mulieribus per vterum, ſæpè in morbis prædictis non prodeſt: ergo multo minus per nares, quæ lógiſsimè à viſceribus diſtant, euacuatus prodeſſe poterit. Aſſumptum experimento probat, quia ſæpè profluentibus menſibus, aut hęmorrhoidibus, cogimur cubiti venam ſecare, non alia de cauſa, niſi quia ille, qui per vterum, aut per hæmorrhoidas emanat, febris radicem, quæ in venis eſt cordi proximis, non exſtirpat. Hanc autem illum nó exſtirpare, ex eo perſpicuum eſſe ait, quod febris

donec ſanguis è cubito dematur, perſeuerat. Verùm tamen quàm durum ſit hoc Fernelij dogma, hinc conſtare poterit; quòd nullus extet antiquorum, qui fluxum ſanguinis ex naribus in iam dictis affectibus, non ſummoperè laudet, & commẽdet: dum modò opportunè eueniat, hoc eſt, in die decretorio; & per directum fluat. Vnde Auicenna 2.4.tract.1.cap.73.inquit, Ea, quæ ſunt ſicut ſirſen, & apoſtemata hepatis calida, & apoſtemata calida ſub hypochondrijs, terminantur criſi completa per fluxum ſanguinis narium. Ratio tamen Fernelij quanquam probabilis videatur, vera tamen nõ eſt: nam licet in principio inflammationis profluens per nares ſanguis proficere non videatur, in fine tamen totius corporis ſanguine per ſectionem venæ imminuto prodeſſe poterit: tentante natura id quod ſuperfuit per naſi venas detrudere. Quod illi, cum robuſta eſt, difficile non exiſtit: quando illo ſtatu poſsit materiam equidem craſſam per oſſa deducere; quemadmodum Galenus eſt author lib.7. aphor. comm. 54. Rurſus ſi Hippocratis teſtimonio infrà lib.2. ſententia.67. natura poteſt per abſceſſum in cruribus erumpentem, hominem à pulmonia liberare; multò magis poterit eundem, hoc fluxu ſanguinis ex naribus à iecoris, & lienis phlegmonibus vindicare, cùm nares minus ab his viſceribus diſtent, quàm crura à pulmone. Abeat igitur Fernelius cum ſua noua hac opinione, & nos veterem ſequamur medicinam, eandemque amplexemur, quæ in hiſce caſibus plurimùm fluxui ſanguinis per nares

Fernelij opinio improbatur.

Vis naturæ.

Signa futurum ſanguinis ex naribus profluuium oſtendentia. tribuit. Ad Hippocratem tamen redeuntes, in fine prognoſtici ſigna docet, quibus futurum ſanguinis profluuium licet præſagire: hæc autem ſunt, capitis dolor, & oculorum hebetudines, quæ, auctore Galeno 3. de criſibus capite vltimo iuxta finem, ob id eueniunt, quia humor multus, & totus ſimul elatus ad ſuperiora, ſpiritus meatus obſerat; ob quam quidem cauſam itidem capitis dolores oboriuntur. Sunt autem huiuſmodi capitis dolores non mordaces ſicut illi, qui vomitionem præcedere ſolent: ſed graues, tendentes, pulſantes, & calidi, quemadmodum loco citato Galenus his verbis docet: Sed & dolores capitis licet commune indicium exiſtant vomituum, & fluxus ſanguinis; qui tamen mordaces ſunt, vomituum: qui verò quodammodò graues, extendentes, pulſanteſque & calidi, fluxum ſanguinis propriè denunciant. Hos capitis dolores auxilijs demoliri non debemus, dicente Galeno 1. de arte curatiuą ad Glauconem capite vltimo. In *Qui capitis dolores non ſint auxilijs demoliendi.* dolore capitis, qui ſanguinis fluxum, aut vomitum decretorium ſignificat, non eſſe remedia quærenda. Nec enim accidens quoddam, ſed bonum ſignum potius tale quid eſt exiſtimandum: ſicuti & multa alia quæ ante criſes contingunt, quæ plurimis quidem terrorem incutiũt, bonum tamen quoddam oſtendunt.

PROGNOST. XXXIII.

Magis tamen in iunioribus quinto, & trigeſimo anno ſanguinis fluorem expectare oportet.

COM-

COMMENTARIVS.

QVibus ætatibus ſanguinis è naribus fluor per iocinoris,& lienis inflammationes expectandus ſit,hoc prognoſtico docet Hippocrates, dicens,In ętate minoribus,illis qui trigeſimûquin tum ætatis annum agunt, ſanguinis fluorem eſſe expectandum:quoniam in ætate iuuentutis, non ſolùm expultrix facultas valida eſt,verùm natiuus calor exſuperans exiſtit,& ſanguis plurimus habe tur. Ab his enim cauſis ſanguinis profluuia fieri conſueuerunt, quemadmodum Galenus copioſiùs in enarratione docet. Abundat etenim in iuuentute ſanguis,quia hac ætate plurimus generatur,& ad corporis incrementum vtilis non eſt,tâtùm ad nutritionem neceſſarius:ſic in vigentibus arboribus,& ætate maioribus,plurimus humor alimenticius exuberat,qui foras ſtillans in reſinam abit.Nouellæ tamen arbores tediferæ reſina, antè quàm ad ætatem vigentem perueniant, carent: eo quòd authore Theophraſto lib.5.de cauſis plâtarum cap.23.humorem non aggregant toto in incremento earum abſumpto : quemadmodum in pueris nô fiût hæmorrhagiæ,vt elicitur ex aphor. 27.ſect.3.quoniam celeriter admodum creſcunt, & in eo augmento plurimus ſanguis abſumitur. Hoc puellæ manifeſtò declarant,quibus ante pubertatis annos menſtruæ purgationes non deſcen dunt niſi admodum raro.Ariſtoteles lib.7. de hiſtoria animalium cap.1.menſes tunc plurimis fieri ait,cùm iam vbera ad duos digitos prominent;& vox puellarum mutatur in grauiorem. Nam hoc

A quibus cauſis ſanguis plurimus aggregetur.

In pueris nô fiunt hæmorrhagiæ.

Quando mulieribus mẽſes fieri incipiant.

tẽpore corporis incrementum ſiſti incipit. Poſt trigeſimũ quintũ autem annum & ſi hæmorrhagiæ fiant, nõ tamen adeò frequẽter eueniunt, vt in præcedenti ætate, quia poſt hunc terminũ iam trãſit corpus in habitum frigidiorem, etiã ſi in mulieribus mẽſtruæ purgationes vſq; in quinquageſimũ annũ non ceſſent, niſi quibuſdã valdè pinguibus, quibus quadrageſimo, aut antè deficere incipiũt. Quemadmodũ quibuſdã ante pubertatis tempus duodecimo, videlicet, & vndecimo anno proueniunt. Puellam etiam annorũ nouẽ vtero geſtaſſe, Sauonarola & Syluius ſcribunt, cui par erat ante hoc tẽpus menſes deſcẽdiſſe. Sed hæ, quibus tam præcociter proueniunt, vitæ fiunt breuioris; quibus tamen eueniunt tardius, viuunt diutius.

Sylu. lib. de menſ. mulierũ & hom. gener.
Sauonar. in ſua mag. praxi.

PROGNOST. XXXXIIII.

Quæ verò mollia ſunt œdemata, & indolentia & preſſa digitis cedunt, diuturniorem efficiunt iudicationẽ, ac minus illis grauia ſunt.

COMMENTARIVS.

POſtquàm Hippocrates de tumoribus præter naturam, qui à ſuccis calidis procreantur, abundè diſputaſſet; nunc de eis qui à materia pituitoſa ortum ducunt, tractare inſtituit; inter quos ille, quem propriè œdema medici nominant, præcipuus recenſetur. Eſt autem œdema, auctore Galeno lib. 14. meth. cap. 4. & 2. de arte curatiua ad Glauconem capite tertio, laxus quidam, atque indolens tumor; ſeu rara quædam, atque expers doloris moles ex pituitoſo humore par-

Oedema quid?

ticulam

ticulam aliquam imbuente conſtans. Hunc prçter naturam tumorem in præſentia expreſsit Hippocrates cùm dixit, molle oedema non dolens, & digitis cedens prementibus. Nam omnia hæc propriè dicto oedemati conueniunt: ſiquidé tale molle eſt, nõ dolens, & digitis premẽtibus cedit. Eius cauſa (quemadmodum locis citatis, & lib. de tumoribus præter naturam cap. 9. docet Galenus) pituita eſt, ſeu humor pituitoſus in particulam influens. Nec tamen cenſendum eſt Hippocratẽ in hoc loco de puro, & ſincero oedemate verba facere. Nam hoc, morbus diutinus eſt: Hippocrates autem in præſentia de acutis loquitur: ſed de illo potius, cui aliqua humoris calidi portio permiſcetur. Appellatur hoc apud Galenum lib. de tumoribus præter naturam citato, & libr. 14. meth. cap. 3. Oedema inflammatorium, ſeu œdematoſa inflammatio: quam puræ, & ſinceræ inflammationi, quæ ex ſolo humore calido ortum trahit, comparans in præſentia Hippocrates, inquit, hãc oedematoſam inflammationẽ, vtpote ex frigidiori humore conſiſtentem, diuturniorem efficere iudicationem, & minori cum periculo eſſe. Efficit diuturniorem iudicationem, quia cùm ex frigido humore cõſtet, coctionem ægrè ſuſcipit, quæ; Galeno in com. & lib. 3. de ratione victus in morbis acutis cõm. 29. & Ariſtotele, 4. libr, meteor. cap. 2. & 4. de partibus animal, cap. 3. & 5. &. 4. de generatione anim. cap. 6. teſtibus; à calido ſemper fit; minus eſt pernicioſa, quia dolore vacat, ſine quo corporis virtus valentior degit, non grauata à materia, quam dolor

Oedematis cauſa.

Coctio ſemper à calido fit.

trahit, nec ab eodem exſoluta, & ſubuerſa. Nã, vt Galenus in cõm.ait, vires dolor exſoluit: quod lib. 4.de compoſitione medicamentorum ſecundum locos cap.1.confirmat, dicens, nullum ſymptoma adeò ægros grauare, velut vehemens dolor, circa quodcumque tandem membrum ſit, nõ circa oculos ſolùm; adeò vt mortem aliqui vltro elegerint, melius forerati, hanc ſemel obire, quàm vnum integrum diem dolorem pati. Quapropter cùm dolor vehementius vrget, totum curandi ordinẽ immutat, & medici ſolicitudinem ad ſe trahit; nõ quidẽ quatenus ſymptoma eſt: nam hoc modo, vt ſcribit Gale.2.meth.cap.2.& lib.12.cap.1.nullã curationẽ, aut prouidentiã medici poſtulat: ſed quatenus rationẽ obtinet cauſæ vires proſternẽtis, vel morbũ augentis. Quocirca prudẽtiſsimè idẽ Galenus lib.12.metho.cap.1.cũ dolore vires reſoluũtur, atq; ab eo periculũ impẽdet, conſulit mitigare dolorẽ, & roborare vires, quo & morbo reſiſtere, & curationis ſpatio ſufficere valeant. Veruntamen cum Hippocrates dixiſſet: Si molle eſt oedema: fruſtra poſteà addere videtur: Et digitis cedit premẽtibus: qa idem eſt molle eſſe, & digitis premẽtibus cedere. Siquidẽ, vt author eſt in Timæo Plato, durũ eſt, cui caro noſtra cedit: molle verò ꝙ cedit carni. Quin & Ariſtoteles lib.4.meteororũ, cap.4. dum inquit, Molle eſſe, quod in ſeſe refugit, cedit, & non reſiſtit: Durum, quod non refugit. Idem quod Plato ſenſiſſe videtur. Quare Hippocrates cùm dixiſſet, molle, ſuperfluè ſermoni adiecit: Et digitis cedit premẽtibus. Niſi dicamus id

Quomodo dolor medici ſolicitudinẽ ad ſe trahat.

Duri & mollis ex Platone, & Ariſtotele definitio.

id quod Galenus in cõm.ait,hoc ſermone eum intelligere,id quod preſſum cauatur in foueã, quod non cuilibet cedenti accidit. Veruntamen,ſi teſte Galeno lib.5.de ſimpl.medic.facult. cap. 4.tã duri,quàm mollis iudicium, ad tactum noſtrum refertur,& præſertim digitorum, & volæ manus, in quibus,eodem Galeno auctore,lib.1.de temperamentis in fine,& lib.2.in initio, exacta eſt tangendi facultas: non videtur Hippocrates in hoc prognoſtico de molli oedemate interiore verba facere,ſed de illo tantùm, quod in muſculis abdominis continetur. Quoniã illius quod in iecore exiſtit tactus,nullam notitiam præſtare poteſt. Nam ſi iecoris inflammatio,quæ tumor durus eſt,tactu non percipitur,multo minus oedema,quod molle eſt,percipietur, quandoquidẽ dura promptius quàm mollia percipi poſſunt. Quod patet,quia Galenus libro.6.de locis affectis cap.1.non alia ratione, quàm ob duriciem dixit, facilius percipi lienis inflammationes, quàm iecoris. Quòd autem iecoris inflammatio tactu ægrè cognoſcatur; docet Galenus libr.5.de locis affectis cap.6. vbi de muſculis abdominis verba faciens, inquit: Conſtat autem iecur intra hos ſuper peritonæo eſſe poſitum:quod cùm tribus contegatur muſculis,fieri nequit, vt tactus aliquam ipſius notitiam præſtet, niſi magna in ipſo oriatur inflammatio, vel incumbentes ei muſculi extenuentur.Et lib.2. eiuſdem tractationis cap.7.de eadem iecoris inflammatione loquens, ait; Ergo ſi nihil excernitur,à quo iudicium accipi poſſit,ſatius eſt, præcordiorum

Lienis inflãmationes facilius percipiuntur quã iecoris.

diorum dextram partem tangere; quòd ſi nullus inueniatur tumor, ne ſic quidem deſiſtere oportet: nam fieri poteſt, vt in ſima epatis parte ſit inflammatio, vel in gibbis tantùm, ſed non omnibus, verùm ijs tantùm, quæ à nothis coſtis integũtur. Quibus verbis manifeſtè vult, inflammationis exiſtentis in iecoris partibus ſimis tactũ nullum habere iudicium poſſe, quemadmodum nec illius, quæ obſidet viſceris partes gibbas, quæ à nothis integuntur coſtis, Ex quibus clarè deducitur, ſolas iecoris inflammationes contentas in gibbis partibus, quæ infra coſtas ſunt, tactu deprehendi poſſe: & hoc duabus præhabitis conditionibus à Galeno poſitis lib. 5. de locis affectis cap. 6. Prima eſt, vt inflammatio ſit magna; ſecunda, vt incumbentes iecori muſculi extenuentur. Hæc iecoris inflammatio à muſculorum illi incumbentium inflammatione diſcernitur, eo modo, quo Galenus docet lib. 5. de locis affectis citato; vbi inquit: Iecoris inflammationem, propriam hanc à muſculorum incumbentium inflammatione ſortiri differentiam, quòd moles ſub manibus ad coaceruatã circumſcriptionem deſinit: At muſculus quilibet, cùm totus ſibi cõtinuus ſit, inflammationis ipſius moles ſenſim diminui conſueuit, quippe ſoli iocinori proprium eſt, vt tumoris cumulum comprehenſim habeat circumſcriptum.

Quasi iecoris inflãmationes tact⁹ percipiat.

Quo modo iecoris inflãmatio à muſculorum inflammatione diſcernitur.

PROGNOST. XXXV.

Si verò prætereat ſexageſimum diem, & febris detineat, nec deſiſtat oedema, fore ſuppurationem hoc loco, & reliquo ventre, ſignificat.

COMMENTARIVS.

TErminum conſtituit ſuppurationis oedamatis laxioris molis, diem ſexageſimũ: ad quod vſque tempus prorogatur talium oedematũ ſuppuratio, ob frigidæ materiæ fixionem, & inobedientiam ad coctionem recipiendam. Eſt enim ſuppuratio coctionis quædam ſpecies, vt Galenus docet libr. 5. de ſimpl. medicam. facult. cap. 9. Coctio autem omnis à calore fit, quo oedemata hæc carent. Porrò antiquus interpres diei quadrageſimi meminit: ſiquidem præſentem ſententiam vertens inquit: Quòd ſi vſque in diem ſexageſimum vel quadrageſimum ſic manſerit; febre non deficiente, in pus vertetur. Quod vtrumque verũ eſt apud Galenum in cõm. quandoquidem ex his tumoribus quidem quadrageſimo die incipiunt ſuppurari, nempe illi, qui ſunt in hypochondrio, ob loci maiorem caliditatem: alij ſexageſimo, nempe conſiſtentes in imo vẽtre. Ex his perſpicuũ eſt, per oedema, Hippocratem intelligere non purũ, & ſyncerum oedema, ex ſola pituita conſiſtens. Nam hoc nunquam ſuppurari poterit, niſi alicuius calidi humoris; qualis eſt ſanguis, aut bilis; particeps fuerit.

Suppuratio coctio quædam eſt.

Oedema ex ſola pituita conſiſtens nõ ſuppuratur.

PROGNOST. XXXVI.

Quæcumque ergo oedemata, dolentia, dura, & magna ſunt, periculum mortis breui fore ſignificant. Quæcũque verò mollia ſunt, & indolentia, ac digitis preſſa cedunt, diutius immorantur.

COM-

COMMENTARIVS.

OEdema, quod tantùm durum eſt, atque dolens, mortis periculum breui futuræ ſignificat. Quòd ſi præter duritiem, & dolorem magnitudinem habeat; illud venturũ multo magis præmonſtrabit: obtinetq; veritatem non tantùm de oedemate interno, verùm etiam de illo, quod in muſculis abdominis continetur. Quod & ſi ex ſe periculũ non minetur, ob magnitudinem tamen, periculoſum redditur. Idque duplici de cauſa: & quia partibus internis aliquid cõmunicat: & quia ipſorum muſculorum operationem ipſi animali neceſſariam vitiat. Eſt enim horum muſculorum operatio duplex: nam liberè ſeruiunt reſpirationi, & expulſioni excrementorum. Quapropter cũ prædicti muſculi magna inflammatione laborãt, nec proba ſuccedit reſpiratio, nec debita ſequitur excrementorum expulſio. Eſſe verò abdominis muſculos excretioni excrementorum deputatos, docet Galenus lib. 5. de vſu partium cap. 15. & libr. 2. de motu muſculorum cap. 8. vbi probat, cibi excrementa diaphragmatis, & abdominis muſculis non aliter, quàm à duabus manibus preſſa deorſum ad infernas partes protrudi. Quòd autẽ iſta excrementa quæ ita premuntur, nõ ad ſtomachũ aſcendant, ſed ad infernas partes verſus anum dilabantur, obliquitatem ſepti tranſuerſi dicit eſſe cauſam: quemadmodum ſi duas manus intelligamus ſibi inuicem oppoſitas, & adiectas pericarpo: diſtantes autem magis ac magis vſque ad terminos digitorum, ſi intra ipſas exprimatur ſpongia, vel

Muſculorũ abdominis operatio.

Quomodo cibi excremẽta excernãtur.

vel farina, vel aliud aliquid, id quod exprimitur, non dubium eſt ad extremitates digitorum pelli, minimè verò ad carpos. Itaque cum muſculi iſti vehementer ſunt inflammati, mirandum non eſt, ſi excrementorum expulſio impediatur, nõ valentibus muſculis tendi, nec officio ſuo fungi: quæ res in morbis acutis magni momẽti eſt exiſtimãda, & quæ non ita, vt in ijs, qui acuti nõ ſunt, contemni debet.

PROGNOST. XXXVII.

Oedemata, quæ in ventre ſunt, minus faciunt abſceſſum, quàm quæ in hypochondrijs: minimè verò quæ ſubter vmbilicum ſunt, in ſuppurationem vertuntur.

COMMENTARIVS.

ABſceſſum Galenus lib. de tumoribus præter naturam cap. 3. & .2. de arte curatiua ad Glauconem cap. 7. diſpoſitionem vocat, in qua abſcedunt, atque inuicem diſtant, quæ prius ſe contingebant partes. Quem affectum Græci, apoſtima; medicorum vulgus exituram appellat. Ex quibus liquet phlegmonem perperàm à medicis apoſtima appellari: cum reuera, apoſtima, ſeu abſceſſus, dici non debeat, donec deueniat ad pus. Quocirca nihil refert dicere, inflammationem aliquam abſceſſum facere, aut ſuppurari. Quæ ſuppuratio cum à calore efficiatur, ſequi conſequens quidem eſt, inflammationem in loco calidiori exiſtentem, magis, ac citius ſuppurari: conſiſtẽtem verò in loco frigidiori, minus, atque tardiùs. Hinc fit vt cùm oedema in hypochondrio fatiget, celerius, ac magis in pus vertatur, ob loci caloris copiã: Deorſum *Abſceſſus quid.*

verò vergens; præſertim ſubter vmbilicum; caloris paucitate,& penuria minus,tardiuſq; ſuppuretur.

Obiectio. Cæterùm dicet aliquis; ſi caloris copia cenſetur cauſa velocioris ſuppurationis,in corde,viſcere omnium calidiſsimo,citiùs,ac magis efficietur.

Obiectionis dilutio. Cui reſpondendũ arbitror,in loco calidiori promptè ſuppurationem fieri,ſi inflammatio ſuppuranda eſt:quemadmodum ſi eſt reſoluenda,citò effici reſolutionem: quod in omnibus partibus calidioribus(corde dempto)veritatẽ obtinet; in quo nec ſuppurátio , nec abſceſſus fieri poteſt. Quia

Cor nullum patitur vitium graue. cor; docente Ariſtotele lib.3. de partibus animal. cap.4.nullum patitur vitium graue. Et quáquàm malam ſentiat temperaturam, ſolutionem tamen continuitatis ſuſtinere nequit,quin prius eueniat mors. Docet hoc Auicenna.2.1.doctrina.1.cap.4. quod ſimiliter voluit Galenus libr.5 de locis affectis cap.1.quo in loco ait,quòd ſi ad ventrem cordis vulnus aliquandò penetrauerit, protinus magno cum ſanguinis fluore hominem mori.Idq́ue præcipuè ſi ſiniſtræ partis venter fuerit vulneratus.Et conſequenter ſubdit: Quòd ſi vulnus non ad ventrem vſque pertingat, ſed in cordis ſubſtãtia conſiſtat, ex ita affectis aliquos non ſolùm ea die,qua vulnerati fuerunt, ſed ſequenti quoque nocte viuere potuiſſe; qui,oborta deinde inflammatione, extincti ſunt. Ex quibus clarè intelligitur,hos ob id fuiſſe mortuos,quòd vulneri inflammatio ſucceſsit, quam cor tolerare nequiuerit. Quamobrem ſi hanc cor non fert, nec abſceſſum ferre poterit : quia abceſſus, de quo in præſentia

loquitur Hippocrates, ex inflãmatione conſiſtit. Nec tamen loci caliditas occaſio eſt, quæ in corde abſceſſus generationem prohibet; nam teſte hoc in loco Hippocrate, quæ calidiora ſunt, citiùs, ac magis ſuppurationem admittunt. Sed ea ipſa eſt partis nobilitas, & principatus.

Calidiora membra citius ſuppurationẽ admittunt.

PROGNOST. XXXVIII.

Sanguinis verò fluorem, maximè de ſupremis ſedibus, expectare oportet.

COMMENTARIVS.

SI cauſæ, quæ fluxum ſanguinis efficiunt (quemadmodum ſuprà com. 33. docuit Galenus) ſunt ſanguis plurimus, valens facultas, & calor exuberans; hæc autem potentiores habentur in partibus ſupernis, nihil mirum eſt ab illis potiùs, quàm ab infernis ſanguinis fluorem expectari. Cauſas autem fluxus ſanguinis effectrices magis in partibus ſuperioribus vigere, argumento à ſufficienti partium enumeratione ſumpto probari apertiſsimè poteſt. Nam ſanguis magis in illis abundat, quàm in inferioribus: vndè euenit vt morbi ex plenitudine, ſicuti hæmorrhagiæ, phlegmone, & alia huiuſmodi mala, magis vexent ſuperiores, quàm inferiores partes. Calor ſimiliter valentior eſt in ſupernis partibus: quia vbi amplior ſanguinis vbertas exiſtit, illic etiam & calor vigentior habetur. Quoniam vt Galenus ait libro de ſanguinis miſsione cap. 5. ſanguis ſincerus calidi innati ſubiectum eſt, fomes ac pabulum, in eoque calor ipſe continetur, & perſeuerantiam habet.

Cauſæ fluxus ſanguinis effectrices.

Morbi ex plenitudine magis vexãt ſuperiores, quàm inferiores partes.

Vndè prouenit (quod Galenus libro de fœtuum formatione cap.3.literis mandauit) vt nullum animal exangue, planè calidum: aut planè calidum, exangue etiam ſit. Robuſtiores itidem exiſtere partes ſuperiores, quàm inferiores, coctiones nobis manifeſtant, ac reliquæ naturæ operationes, quæ magis in ſuperioribus, quàm in inferioribus exercentur. Quocirca ſi cauſæ omnes, quæ fluxum ſanguinis efficiunt, magis elucent, & maiorem efficaciam obtinent in partibus ſupernis, quàm in infernis, mirandum non eſt, ſi ab illis potius, quàm ab his fluor ſanguinis expectetur. In alijs verò inflammationibus, quæ iuxta vmbilicum, & ſubter illum conſiſtunt, ſanguinis fluorem admodum expectare non debemus; ſed aliud potius euacuationis genus, alterius humoris à ſanguine conſiſtentis, niſi fortè in mulieribus per menſes; & in viris nõnullis per ani venas, quibus videlicet hæmorrhoides ſunt conſuetæ.

Coctiões magis exercentur in partibus ſuperioribus.

PROGNOST. XXXIX.

Vniuſcuiuſque oedematis immorantis, quod in his ſedibus ſit, ſuppuratio conſideranda eſt.

COMMENTARIVS.

DIxerat quaſdam inflammationes poſt vigeſimum diem ſuppurari, alias poſt ſexageſimũ. Cùm tamen non paruum indicium ab ipſa ſuppuratione ſumatur ad futurum bonum vel malum præſagiendum, ideò modo ipſi ſuppurationi, ſeu abſceſſui iubet animum adhibere. Porrò animus

adhibe-

adhibebitur eo pacto, quo ipſe aduertit, cùm inquit.

PROGNOST. XL.

Suppurationes inde prouenientes ita conſiderandæ ſunt. Quæ enim foras vertuntur, optimæ ſunt, ſi paruæ ſunt, maximèq; egrediuntur & in mucronem ſunt faſtigiatæ. Si verò magnæ ſunt, & latæ, minimèq; in mucronem contractæ, peßimæ ſunt.

COMMENTARIVS.

CVm pus totum compactum, atque conſtitutum, ductumque in alicuius partis conceptaculum eſt, tumorem reddens præter naturam, ſuppurationem medici vocant: quæ etiam phima, ſeu tuberculum dici ſolet. Galenus ſect. 7. aphor. cóm. 8. inquit: Tuberculum, ſeu phima Hippocrates nominauit, quod in alijs ipſe ſolitus eſt vocare ſuppurationem: licet libro. 2. de arte curatiua ad Glauconem cap. 1. phima, tumorem vocet, qui ſtatim augetur, atque ad ſuppurationem feſtinat. Itaque Hippocrates in præſenti iubet ſuppurationem conſiderare; propterea quòd bonam, ac malam eſſe contingat. Si enim foras vertitur, parua eſt, ac maximè egreditur, & in ſublime reſurgit, bona eſt: contraria verò, mala: nempè magna, & lata, & minimè in mucronem faſtigiata. Vtriuſque bonitatem, & malitiam cuiuſque ſingillatim perpenſis notis licet cognoſcere. Cum enim natura ſemper ſtudeat noxiam materiam à ſuppurato membro pellendo exteriùs ſecernere: ſequitur vergentem foras bonam eſſe, & tanto

Quid phima ſeu tuberculum.

Bona ſuppuratio.

Mala ſuppuratio.

cauſa. Quapropter talis ſuppuratio diutiùs perſeuerat, & immoratur, tardèque à natura vincitur. Quia quæ à craſsis, tenacibusque, ac frigidis humoribus fiunt tubercula, non niſi longo tempore, ac difficulter coquuntur: quemadmodum acuta, & eminentia, quia à calidioribus & tenuioribus humoribus ſunt procreata, citiùs à natura vincuntur, ac ſuperantur, & magnum locum corporis haud corrumpunt. Citatur præſens prognoſticum à Galeno libro.6.epidem. parte.1.comm.13.

A frigidis humoribus orta tubercula difficulter coquuntur.

PROGNOST. XLI.

Quæcunque verò intro rumpuntur, optimæ ſunt, ſi cum exteriori ſede nihil communicant: ſed adductæ ſunt, nec dolent, & omnis exterior locus vnicolor appareret.

COMMENTARIVS.

Diximus precedenti enarratione, ſuppurationem, apud Hippocratem, tuberculum nominari; quod quid ſit, & cur ſic appelletur docet Galenus libr.6.epidem. parte,1.cóm. 13.dicens, phimata, ſeu tubercula, vocari eos præter naturam tumores, qui extra corporis ſuperficiem, abſque cauſa manifeſta extuberant. Talemque ſortiri appellationem ab ijs, quæ ex terra progerminant. Porrò tubercula hæc, Galeno teſte, libro.6.aphor.comm.9.& libr.6.epidem.parte.2. comm.36. duplici differentia continentur.

Tuberculorum duplex differentia.

Nam quædam ex eis acuminata ſunt, ac ſublimiora, à calidis humoribus orta: alia humiliora, ac magis lata, quæ ab humoribus frigidioribus fiunt. Quemadmodum enim acuminati, ac ſublimiores magis, vtero gerentium ventres marem geſtant, depreſsiores verò, atque latiores fœminam; ſic tubercula quæ lata ſunt, à frigidis humoribus, ſublimia verò à calidis fiunt, ortumq́; ducunt; vtraque incluſum in ſe pus habent, eoq́; extuberant. Quapropter natura totis viribus ſtudet partem ſuppurationem perpeſſam, à pure illo exonerare, tuberculum quàm celerrimè fieri poteſt diſrumpendo: cui diſruptioni pus ipſum ſua qualitate non mediocriter opitulatur. Nam cùm ex putrido calore acrimoniam ſortiatur, erodit, ac mordet, diſcerpitq́; continentem pus tunicam; qua diſrupta, pus foras proſilit, & pars à moleſtia vindicatur. Igitur cum hactenus Hippocrates diſcrimina inflammationum poſuiſſet, & ſimiliter ſuppurationum varietates connumeraſſet, ipſa tractationis ſequela efflagitabat, vt ruptarũ ſuppurationũ differẽtias recẽſeret, ꝙ prognoſtico præſenti facit, dicens: Quæcunque introrumpitur, optima eſt, ſi cum exteriori ſede nihil communicat; ſed abducta eſt, nec dolet, & omnis exterior locus vnicolor apparet. Quibus verbis quatuor ruptionum differentias inſinuat, nempe extrà tantùm, intrò tantùm, intrò & extrà ſimul, & intrò cum ſedis exterioris vicio. Ex his, peſsima eſt vltima: bona autem prima: reliquæ medio genere ambigunt. Nam quæ extrà rumpitur duplici ratione bona exiſtit;

Pus propter acrimoniam erodit.

Ruptionum differentiæ quatuor.

ſtit; & quia pus facilè expurgatur, & quia vlceri medicamenta promptè admouentur. Quibus de cauſis ſecunda minus bona eſt; quoniam pus in partes dilabitur interiores, & item non æquè medicamentum curatorium poteſt adhiberi. Quòd ſi Hippocrates hanc optimam eſſe dixit, non fuit comparando eam ad primam, ſed ad tertiam, quæ intrò, foraſque rumpitur: quæ ob id ſecunda peior eſt, quia intrà, & extrà geminatur malum: & item ſedem, ac velut initium refectionis natura non obtinet, quo tanquam ſolo firmiori iaciat fundamenta, ad rupta ipſa reparanda, ac reſarciẽnda: adde, vlcus rotundum fieri, quod difficulter ſanari poteſt. Ex his conſtat omnium ruptarum ſuppurationum peſsimam eſſe, quæ intrò tantùm rumpitur, & cum exteriori ſede communicat vitium. Quia hæc præter quàm quòd carnem non obtinet ſanam, qua tanquam fundamento vtatur natura ad carnis, quæ defecit, regenerationem, medicamenta ad locum vlceratum pertingere nequeunt. Addit Galenus in comm. ſecretum pus mordere, atque concerpere partes interiores, exterioribus multo nobiliores. Quo fit vt ad inteſtina perueniens diſenteriam pariat, alimoniæque vitiet diductionem: irruens verò ad ventriculum, coctionem labefactet, & his ſimilia mala committat. Dubitant autem nonnulli quonam pacto pus, quod exit ex vomica muſculorum abdominis, poſsit difficultatem inteſtinorum committere, Cùm neceſſe ſit illud,

Vlcus rotundũ difficulter ſanatur.

Dubium.

peritonęum, & ambas inteſtinorum tunicas perſuadere; quod fieri non poſſe arbitrantur. Nec par, aut ſimilis eſt ratio de hydropicorum aqua, ac de pure. Nam aqua in hydrope laborantibus cùm tenuis ſit, & à purgante medicamento trahatur, mirandum non eſt, ſi inteſtina intret, ac per alui deiectionem ſubducatur. Verùm tamen pus cùm craſſum ſit, & à nulla vi ad inteſtinorum cauitatem trahatur; quo modo ventrem intrare poſsit, non leuis hæſitatio eſt. Cui dubitationi dicendum videtur, id quod Galenus ſectione.7.aphor.comm. 55. ab Hippocrate didicit, naturam videlicet ſemper vias inuenire tranſmittendis inutilibus materiebus ad vias expulſionis idoneas. Nam cùm robuſta eſt, craſſas materias extenuat, ac eaſdem per arctas, & ſtrictas vias deducit. Quandoquidem videmus fieri abſceſſus per oſſa, quod aliter contingere non poteſt, quàm per oſsium ſubſtantiam tranſmiſſa materia. Ac proinde quæ nos à natura fieri non poſſe putamus, facili negocio illam abſoluere videmus, vt in fœtus æditione apparet, quem incolumen per anguſtiſſima loca educit, prout & ſaniem per denſiſsimam oſsium ſubſtantiam effluere facit. Multa alia ſunt naturæ opera in arcano ipſius ſinu recondita, quæ quanta ſit eius vis atque poteſtas nobis abundè declarãt. Videmus in pleuritide, ex affecto latere, per ſuccingentẽ membranam ſputa alioquin craſſa excidere, ac effundi in capacitatẽ thoracis: eademq́ue foras reijci. Quod manifeſtè

Dubij ſolutio.

declarat

declarat, non ſolùm ſuccingentem coſtas membranam, ſed & pulmonis membranam peruaſiſſe. Conſpicimus ſimiliter ſanguineum humorem in nonnullis oſsium fracturis callo obducendis per craſſam membranam os cuſtodientem intus adeò copioſè effundi, vt tota etiam ligamenta valeat irrigare. Extincto animali, vt Fernelius ait lib. 3. methodi medendi cap. 8. ampliora duntaxat vaſa, ac ſpiracula conſpiciuntur, plurima in ſeſe conſidunt, atque conniuent, quæ, dum id in viuis erat, vi caloris, & ſpiritus diſtantia latius patebāt; per quæ non modò tenues, ſed & craſſos, glutinoſoſque humores, naturæ vi deduci poſſe putandum eſt. Sic varij artuum, articulorumque tumores, non œdematoſi modò, ſed planè ſcirrhoſi, aliâs in aluum, aliâs in os, lenta ſaliua deriuantur ab illitu hydrargiri, cuius vi colliquantur omnia, & è toto corpore in os impetu feruntur. Sic denique valentiores apophlegmatiſmi è cerebro pituitam eliciunt tam ingenti copia, quæ nec à cerebri ventriculis, nec à totius caluariæ capacitate contineri queat. Quæ omnia qui viderit, non mirabitur, pus ex hypochondrio, in inteſtina ipſa tranſmitti poſſe. Nam, vt optimè ab Auerroe dictum eſt 7. collectaneorum capit. 31. iuxta calcem, eueniunt in morbis portenta, quemadmodum & in natura. Occurrunt nonnulli ex aſcite hydrope laborantium, quorum à medicis deſperata ſalus erat, qui referunt, ſe aqua ſenſim per vmbilicum educta fuiſſe à malo liberatos. Audiui à quodam medico, ſe vidiſſe quendam, cui ſingulis diebus conco-

ctum iam alimentum per vmbilicum prodibat, per eam videlicet venam, per quam intra vterum maternum, fœtus ſanguinem ad ſe alliciunt: per quem etiam locum cùm ſuppuratio vmbilicum infeſtat, poterit pus irruere ad venam portam, & ab illa per meſeraicas ad inteſtina peruenire. Tot igitur ſunt viæ per quas ex rupta abdominis ſuppuratione poteſt pus in ventrem confluere: quam ſuppurationem ego ne rumpere quidem ſinerē, ſed protinus, vt fit vomica, locum ſuppuratum aperirem, & pus per partem exteriorem educerē, atque expurgarem. Quod non diſſonum eſſe puto ab Hippocratis præceptis, iubentis, ſuppuratos, & aquam intercutem patientes ſecare, vel vrere. Sed quo pacto cuncta hæc ſint peraganda, non eſt præſentis negocij diſquirere,

PROGNOST. XLII.

» *Pus autem optimum eſt, ſi candidum, æquale, læueq́; , & quàm minimè fœtidum eſt. Maximè verò contrarium huic, deterrimum eſt.*

COMMENTARIVS.

CVm pus abſceſſum exiens, ſuppuratæ inflammationis ſalubria, aut inſalubria indicia præbeat, idcircò Hippocrates in hoc vltimo prognoſtico, puris bonitatem, & malitiam recenſet; vt habitis tam boni, quàm mali indicijs, poſſimus de futura ſanitate, aut morte ægrotantis, iudicium proferre. Pro quorum indiciorum explicatione neceſſariam putat Galenus in comm. præſenti, cognitionem generationis phlegmones. Porrò hæc

generatur humore in partem confluente, quam ſubingreditur à magnis vaſis, in parua; & ab his in minutiſsima, & poros membrorum tranſiens. Quem ſimiliter inflammationis ortum docuerat lib. de tumoribus præter naturam capi. 2. & lib. de inæquali intemperie cap. 3. vbi ait: Quippe calida fluxio vbi in muſculum procubuit, primùm maiores arteriæ, venæque opplentur, ac diſtenduntur; ab his, minores: atque ita res procedit donec ad minimas ſit peruentum. In quibus vbi valenter impacta fluxio eſt, nec adhuc ſiſtitur, partim eius per ipſarum ora, partim per tunicas colatum foras tranſmittitur. Iam verò ſpatia ipſa vacua, quæ inter prima ſunt corpora, fluxione implētur, ſic omnia ab humore, omniq; ex parte incaleſcunt, ac perfunduntur: ea ſunt nerui, ligamenta, membranæ, caro ipſa; anteque hęc, arteriæ, & venæ, quæ ſcilicet & primę, & præter cætera, vario dolore afficiuntur: quippe interiùs à fluxione, tum excalfiunt, tum diſtenduntur, ac diuelluntur; exteriùs non modò excalfiunt, ſed etiam premuntur, ac de grauantur. Reliquę particulæ aliæ incaleſcendo ſolùm, vel comprimendo; aliæ vtroq; genere laborant. Appellaturque morbus ipſe, phlegmonè, cuius principium, eodem Galeno auctore, lib. de totius morbi temporibus capit. 3. eſt totum illud tempus, quo fluxio decumbit ad partem. Cùm verò fluxio cohibetur, humor tamen, qui iam procubuit ad partem, efferueſcit, & diffunditur, eſt phlegmones augmentum, deindè aduenit ſummus inflammationis vigor, in quo humor, qui in tumore con-

Modus generationis phlegmones.

φλεγμονή. Inflammationis principium.

continetur,putreſcit,& in pus vertitur. Quo tempore, Hippocrate auctore aphor.47. ſecundę ſect. maiores tum dolores,tum febres infeſtant ægrotantes,quàm in cæteris inflammationis temporibus, exeſa parte inflammata, & carne interpoſita lacerata, & vnà cum ſanguine in pus tranſeunte, vaporibusque multis in cor tranſmiſsis. Quæ omnia,pure confecto,minora redduntur: quoniam vapor partis exhalauit,& feruor eſt depreſſus, & caro non vt anteà exeditur,aut dilaceratur. Sanguis verò in inflammatione cõſiſtens, duplici occaſione putreſcit:prima, quia vt Galenus in præſenti comm. ait, extra propria conceptacula exiſtit,quare non inſuper remeare ad antiquam naturam poteſt,ſed mutatur potius,ac putreſcit:quemadmodum omnia alia, quæ in alieno loco poſita vehementius caleſiunt. Et hoc eſt quod Hippocrates dixit aphoris.20.ſect.6.Si ſanguis in vẽtrem preter naturam effunditur,neceſſe eſt ſuppurari. Quòd ſi Ariſtoteles lib.3. de hiſtoria animalium cap.19.dixit,fieri per concoctionem ex ſanie ſanguinem,non intelligit per ſaniem,pus, quemadmodum Auicenna 3.4.tractatu 1.capi. 23. & antiquus Hippocratis interpres 2.ſect.aphoris. aphoriſmo 47.interpretati ſunt. Nec intelligit excrementum illud,quod auctore Celſo lib.5.cap.16.ab vlceribus emanat,& optimi puris generationem, atque exitum ſolet antecedere. Sed partem frigidam,& crudam humorum;quæ cùm citra ſanguinem ſubſiſtat,nec exactam elaborationem ſit adepta,amplius elaborata,atque cocta in ſanguinem

Cur in vigore inflãmationis ſymptomata ſint vehementiora.

Ariſtoteles interpretatur.

verti-

vertitur, quẽadmodũ pituita, quæ frigida, & humida eſt, vlteriorẽ coctionẽ paſſa, fit ſanguis. Altera cauſa, ob quã ſanguis inflãmatione detẽtus, putreſcit, prohibita eſt trãſpiratio: quia videlicet ille in loco inflammato inculcatus, ac ſtipatus, nõ liberè difflatur, nec peruentilatur. Quòd autẽ quæ non liberè difflantur, putreſcãt, multis exẽplis probat Galenus lib.2. de different. febriũ ca.9. quod ſimiliter lib.1. cap.5. confirmauerat, inquiens; Nec ſecus partes inflammatione affectæ, ratione putredinis accendunt febrem. Impactus enim, qui in eas influxit humor, vbi fuerit natura calidus, quia non benè difflatur, putreſcit. Et lib.2. de criſibus cap.12. dicebat: In omnibus inflammatis particulis humorum impactionem, quę locum benè diſflari prohibet, ſtatim quidem humores putreface re, ſimulque calorem quendam prauum excitare, qualis & in reliquis omnibus putreſcentibus oritur. Porrò cùm dicimus, ſanguinem in inflammatione putrefieri, non intelligimus de exacta, & exquiſita putredine, qualis illa eſt, quæ in corporibus mortuorum, aut in rebus inanimis reperitur. Talis namq; planè præter naturam eſt: & tota ab aliena caliditate dependet, nullam referens caloris naturalis operationem. Quo fit vt hæc ſimpliciter putrefactio dici mereatur: & ſanies, quæ ab ipſis cadaueribus emanat, ſolita eſt, tabus, nuncupari. Verùm tamen hanc, de qua in præſentia ſermo eſt, cùm fiat in corpore viuente, & natiuæ caliditatis actionem ſentiat, non licet abſolutè putrefactionem appellare. Quare aliud ei medici nomen

Quæ non liberè diffiantur, putreſcunt.

Tabus quid.

excogitauerunt, ſuppurationem nuncupantes; & id, quod in hac ſuppuratione generatur, pus appellant. Quod cum fiat à calore naturali, & pręter naturam ſimul, vincit nonnunquàm in hac alteratione hic, interdum verò ille. Vincente in ea calore naturali, pus optimum generatur: cuius ſigna Hippocrates docet, dum ait: Pus optimum eſſe album, læue, & æquale, & quàm minimè fætidum. Hoc namq́ue fieri natura omnino vincente docet Galenus lib. 1. de differentia febrium capi. 8. dicens: Vbi igitur natura ipſa omnino vicerit, pus optimum gignitur, viſu candidum, & craſſum, & ſibi ſimile vndiq́ue, læue autem tangenti, & minimè fętidum. Quòd ſi calor pærter naturam omnino vincat, pus efficietur peſsimum, nempè nigrũ, aſperum, inæquale, ac maximè fætidum. Neutro tamen calore integrè vincente, aut victo, medio modo pus generabitur, inter optimum, & peſsimum, aliquas vtriuſque conditiones referũans. Nam contingit album eſſe, ſed in ſubſtãtia tenue: aut contingit eſſe craſſum, ſed in colore liuidum. Non reperitur in hac media commutatione nigrum, quoniam hoc ſemper fit victa facultate ab alieno calore: quo fit vt perpetuò color iſte cum extremo adſit malitiæ.

Puris optimi ſigna.

Peſsimi puris indicia.

Color niger perpetuò cũ extremo adeſt malitiæ.

¶SED operæ precium eſt optimi puris conditionum cauſas reddere, vt indè intelligatur, pus his dotibus prædıtum, quas illi adſcribit Hippocrates, optimum eſſe. Interim tamen intelligi velim, pus non dici optimum, quemadmodum ſanguis, & ſpiritus, aut aliquod aliud, quod naturale eſt.

Quoniam

Quoniam pus,auctore Galeno lib.de differentijs morborum cap.8.toto genere pręter naturam exiſtit:& nihil,quod præter naturam eſt,bonum, aut optimum dici debet: verum tamē ſic appellatur, non ſimpliciter,ſed in genere purium. Taleq; illud eſſe cenſetur,quod conditiones in præſentia ab Hippocrate traditas ſeruat,videlicet, quod eſt album,læue,& æquale, & quàm minimè fætidum: quia hoc,auctore Galeno,natura omnino vincēte generatur. Album ob id laudatur, quia robuſtā facultatem coctricem partis eius ſignificat,& quę ſanguinem in parte inflammata inculcatum, & malè difflatum conata ſit,quoad eius fieri potuit in ſubſtantiam verterè partium ſpermaticarum, earundemq́ue albarum; quales ſunt tunicæ vaſorum,membranæ,oſſa,ligamenta, & ſimilia, quæ etiam craſsius pus fecerunt; quoniam illud tanquàm futurum ſibi alimentum coquendo incraſſarunt. Cùm enim,teſte Ariſtotele libr.1. de ortu, & interitu,cap.3.ea ſit natura, & contentio agentium,vt ſimile ſibi reddant, vel qualitatibus, vel ſubſtantia,id in quod agunt;ſintq́; partes illę,quę agunt in materiam puris albæ, non eſt mirum ſi pus illis agentibus peculiari facultate, coloris quidem,& craſsitudinis aſsimilationem conſequantur,ſitque candidum,ac craſſum,quemadmodum ipſæ partes ſpermaticæ. Et hoc eſt,quod lib. de alimento in fine volebat Hippocrates, quando inquit:Pus alimentum eſſe venæ,& arteriæ,quæ potiſsimum partes ei inducunt alborem, & præter eas aliæ etiam,ſpermaticæ videlicet,nerui, ligamēta,mem-

Cur pus album laudetur.

Pus alimētum eſſe venæ, & arteriæ, ex Hippocrate.

ta,membranæ,& cæteræ. Hanc autem materiam non perfectè concoquit,& aſsimilat natura (quam quàm in id præcipuè incumbit) quòd copioſior ſit,quàm conueniat,& ex vſu non exiſtat particulæ; propterea quòd non conuenienti, & idoneo loco continetur,ſed extra propria receptacula cõfertim effluxit,& caliditatem quandam extraneã ſit nacta,vnde fœtor oritur:qui tanto magis reprimitur,quanto fuerit natura robuſtior. Quapropter pus non ſimpliciter alimentum dici debet venæ,& arteriæ;ſed,fruſtratum,orationi ipſi addi debet:quomodo eſt Hippocrates intelligendus loco citato,cùm dixit,pus eſſe alimentum venæ, & arteriæ. Atque hæc eſt ratio,ob quam pus optimum,album effectum eſt. Simili ratione vſus eſt Galenus lib.6.de placitis ca.8.& 4.de vſu partium cap.13.ad probandum,ſanguinem generari à carne iecoris,& non à venis ipſis. Quoniam ſanguis ruber eſt,& à ſimili membro generari debet, vt alba ab albis generantur. Nõnulli ex barbaris medicis contendunt,pus à iecore factum, oportere rubrum eſſe, ob rationem modò allatam. Quoniam id,quod tranſmutatur; vbi integrè victum fuerit,omnino tranſit in naturam tranſmutantis, aut ſaltem magnam cum illo recipiet ſimilitudinem. Talis eſt humor, qui in iecore ſuppuratur, qui cùm omnino vinci non poſsit,vt alat, immutatus tamen ad colorem tranſit membrorũ ipſum commutãtium;quod cum rubrum ſit, idcirco pus in eo contentum rubrum eſſe arbitrantur. Verum tamen iſtorum opinionem manifeſtè redarguit

Hippocrates interpretatur.

Auicenna, & cum eo Gentilis.14. 3.tracta.3. cap.10.

Multorum opinio improbatur.

Celſus

Celſus lib.2.cap.8.in initio ſic ſcribens: Pus quoque quacumq; parte erumpit,ſi eſt album, læue, & æquale,& quàm minimè fœtidum, tale autē eſt benè concoctum,ſine vllo metu eſt:quo effuſo,febris protinus conquieuit,deſieruntq; vigere tum cibi faſtidium,tum potionis deſiderium. Et paulo ſuperius dixerat:Si in iecore vomica eſt, & ex ea fertur pus purum,& album,ſalus ei facilis.Rurſus, ſi prædicta aſſertio eſſet vera, ſequeretur, pus, quod in liene conficitur,nigrum eſſe debere, quādoquidem lieni,qui niger eſt, oporteret aſsimilari.Ex quo inferretur,aliquod pus nigrū,optimum eſſe;quod Hippocrati in præſenti progn. aduerſatur,dicenti:Albo maximè aduerſum,peſsimū exiſtere;tale autem,nigrum eſſe omnibus eſt in confeſſo.Ad hæc,Galenus in comm.præſentis progn. illorum demolitur ſententiam,dum ait, pus à ſolidioribus,ſeu ſpermaticis partibus confici, quales ſunt conceptaculorum tunicula,neruique,& copulę,& membranulæ,atq; etiam cartilagines, oſſaque.Quapropter pus non aſsimilabitur iecoris carni,ſed eius venis,neruis,& membranulis: quæ partes omnes cùm albæ ſint,pus ſimile efficient. Veruntamē quæret hic aliquis,cur pus ab alijs,quàm à ſeminarijs partibus confici non poſsit? Cui dicēdum,materiam,quæ in pus eſt trāſitura, vitioſam eſſe ſimul,& multam. Quocirca cultum recipere nequit,nec ad benignum reduci, niſi à valentiſsima facultate elaboretur.Quæ facultas cùm in partibus ſeminarijs tantummodò cōtineatur,ab illiſque tāquàm à fonte incarniformes emergat,(dicē-

Quale eſſe oporteat iecoris pus.

Dubitatio.

te Galeno 1.epidemiôn part.2.com.46. protẽſam eſſe per ſolida corpora naturam, quæ illorum eſt virtus,coctionesq́; à ſolidis corporibus ſanis humores conſequi:) ſequitur à ſpermaticis potius, quàm à carniformibus pus optimum confici, & elaborari. Craſſum mediocriter pus eſſe debet: quoniam ad craſsitiem illud, vt cætera omnia, coctio perducit: vt docet Ariſtoteles.4. meteorôn. & Galenus 4.de ratione victus acutorum cõm.4. & infra lib.2.comm.33.Læue,hoc eſt, politum, & nulla aliena,& diſsimili materia variegatũ;ſed vnitum,& vniforme,coctricis vbique robur & materiæ ſimilitudinẽ declarat. Læue in deiectionibus, vt explicat Galenus 2.progn.com.22.id quod nos dicimus æquale,politum;quod indicat per totam materiam recipere aut naturæ comptum, aut turpitudinem prauitatis.

Cur pus craſſum fiat.

¶A quo tamen calore pus optimum efficiatur,nũ naturale,vel præter naturam,controuerſum inter medicos eſt.Nam Galenus innuere videtur à natiuo calore fieri lib.5.de ſimpl.medicam.faculta.ca. 9.dũ ait: Vnũ ex naturalibus operibus,eſt ea quæ in pus fit conuerſio: nam & illic quædam perficitur coctio.Cùm autẽ quidquàm concoquere conſilium eſt,plurimum,(meo quidem iudicio) ſpirituũ ſeruari intus oportet,Quocirca ſi ſuppuratio, coctio,atq; naturæ opus eſt,ſequitur,ipſam à calore naturali fieri. Siquidem hic; auctore Galeno.1. ſect.aphor.com.15.omniũ operũ naturaliũ eſt cauſa.& libr.2.de victu acutorũ com. 44.pus in phlegmonibus per concoctionẽ fieri dicebat: cui ſententiæ

Pus à quo efficiatur calore controuerſum inter medicos.

Natiuus calor omnium operum naturaliũ cauſa.

tentiæ fauet Ariſtoteles lib.4.meteorôn cap.2.in quiens; Quæ in tuberculis collecta ſunt, dũ ad ſuppurationẽ peruenêre, coctionẽ recepiſſe, & cocta, victaq́; à calore dici: ſed coctio naturalis caloris effect' eſt, & operatio, vt Ariſto.& Gale. innumeris in locis ſcripſerũt: ergo & ſuppuratio. Quod itidẽ idẽ Galenus ſignificare voluit lib.5.ſimpl.ca.9. dũ ait, plurimũ ad ſuppurationẽ ſpirituũ intus ſeruari oportere: ſuppuratio igitur à ſpirituũ calore fit. Nec eſt quod dicat aliquis, pus coctione nõ fieri, quia docẽte Galeno.2.de victu acutorũ com.citato, nullũ, quantũcunq; optimũ, nutrire, aut partibus aliquibus alimentũ eſſe poteſt. Quia hoc non prouenit ratione caloris commutantis, ſed potius vitio materiæ, quæ ſuppurationẽ ſuſcipit: quæ talis certè eſt, vt nutrimentũ præbere, aut in ſubſtantiã mẽbrorũ verti potis non ſit. Quemadmodum nec vrina, aut alui excrementa hoc efficere valẽt. Nã iſta licet cocta ſint, & à calore naturali victa, alere tamen nequeunt. Hoc ſentire viſus eſt Auicenna.1.1.Doct.6.capi.3.dicens: Eius verò operatio (de coctrice loquitur) eſt in ſuperfluitatibus, vt, ſi poſsibile fuerit, eas in hanc mutet diſpoſitionẽ, quæ etiã vocatur digeſtio. Quod idem eſt, ac ſi dixiſſet, conatur ſemper natura excrementoſos ſuccos in ſubſtantiã nutriẽdæ partis idoneã commutare: quòd ſi id nequeat efficere, eorũ molitur excretionẽ. Et 4 4.tract.3.ca.1.dicebat. Non generatur ſanies bona, niſi à digeſtione naturali. Quapropter quæ eſt alba, læuis, & æqualis, conſequuta eſt complementum digeſtionis. Atq; his quidem ra-

Obiectioni reſpondetur

Auicenna exponitur.

tionibus probatur, pus à calore naturali fieri: ſuppurationemque coctionem eſſe.

Quid cõtrà ſentientes, afferant. ¶Cæterùm, qui cõtrariã ſententiam tuentur, teſtẽ afferunt Galenum lib. 1. de differentia febriũ ca. 7. & 8. quo in loco, ſuppurationẽ, putredinem appellat. Putredinẽ autem à calore fieri, qui præter naturam eſt, notiùs exiſtit, quàm vt pluribus probari debeat. Prætereà Hippocrates in lib. de vlceribus inquit: Si caro aliqua telo tum contuſa, tum cæſa ſit, huic ita medendum eſt, vt quàm celerrimè ſuppuret. Nam & minus phlegmone tentabitur; & neceſſe eſt, carnes, quæ contuſæ, cæſæq; ſunt, putrefactas, & in pus verſas, liquari: poſteà nouá carnem naſci. Vbi Hippocrates, carnem, quæ ſuppuratur, putrefieri ait. Et Galenus enarrans hæc verba lib. 4. meth. cap. 5. inquit: Indicat hoc ſermone manifeſtò, ſolos eos vlceratarum partium affectus non eſſe ſiccandos, in quibus gigni quàm celerrimè pus cupimus: vtiq; ꝙ cum aliqua putreſcentia pus fiat obiter docens. Porrò omnia, quę putrefiunt, ex calido & humido ſic afficiũtur; ideoque ea cataplaſmata, quæ ex hordei farina componuntur, ceu quæ calfaciant, humectentq; omnibus his affectibus, quibus moueri pus expedit admouebimus. Quibus verbis Hippocrates & Galenus ſentire manifeſtè videntur, ſuppurationem, putrefactionẽ eſſe; eádemq; ab alieno calore perfici. Rurſus, ſuppuratio à calore fit partis inflammatę; hic autẽ pręter naturam exiſtit: eſt enim veluti febris partis illius. Suppuratio igitur à calore prouenit, qui præter naturam eſt: Sed calor præter naturã

putrefacit; vt docet in com. Galenus: ergo ſuppuratio, putrefactio eſt, non concoctio. Atq; ita quidem contrarię opiniones ſunt conſtitutæ. Veruntamen, iudicio meo, prædicta omnia indicant, pus ab vtroq; fieri calore, vel ab vno quidẽ, ſed ex ambobus miſto, aut vtriuſq; extremorum participe. Hoc manifeſtò voluit Galenus lib. 2. aphor. com. 47. ſcribens in hũc modũ: Pus ex ſanguine ortum habet; qui ſemimalam, vt quiſpiã dixerit; obtinet generationem. Nã mala ſimpliciter cum putrefactione fit olida, ſicuti ſimpliciter bona ipſa eſt partiũ animalis nutritio, at quæ pus generat mediũ inter hæc obtinet locũ, nec à ſolo calore extra naturam, nec à ſolo ſecundum naturã procedens. Miſtus enim quodã modo ex vtriſq; eſt calor inflammationum. Et lib. 5. de ſimplic. medicam. faculta. ca. 6. tres ponit alterationes in animalium corporibus; vnam planè ſecundum naturam: alterã omnino præter naturam: tertiam ex his miſtam, alterationem plane ſecundum naturam, ab innato calore fieri ait, & à materia animanti commoda. Talis eſt alteratio, qua alimentum coquitur in ventriculo: & qua ſanguis in iecore & vaſis generantur ad partium alitionem neceſſarius. Eam verò, quæ præter naturam eſt, ab aliena dicit fieri caliditate, & ab inutili materia: cuiuſmodi illa eſt, quę in cadaueribus reperitur. Tertiam, quã ex ambobus his miſtam, ac mediam eſſe diximus, fieri, inquit, ab ingenito quidẽ calore, ſed non planè vincente, nec puro, aut caloris præter naturam experte: & ex materia, quæ nõ eſt prorſus benigna, vt in pri-

Auctoris ſentẽtia de cauſa pus generante.

Triplex alteratio.

ma alteratione; nec omnino inutilis, vt in ſecũda. Præterea quod calor ſit miſtus, & mediam vtriusq́; caloris; nempè naturalis, & præter naturã; conditionem ſeruet, accidentia puris demonſtrãt. Nã nec adeò benè olet, vt ea, quæ optimè ſunt concocta: nec adeò malè, vt ea, quæ omnino ſunt putrefacta. Rurſus, ſuccum, qui ſuppuratur, vbi in pus verſum eſt, albũ reddi, manifeſtum indicium eſt, ingenitum partium ſpermaticarum calorem illum concoxiſſe, & in pus mutaſſe: ſed non fieri exquiſitè albũ, vt ſemen genitale, ſignum eſt, calorem illum, puris auctorem, & effectorem, non extitiſſe omnino ſyncerum, & purum, aut ſine labe, & miſcella extranei caloris. Et hoc eſt, quod Galenus in com. vult, cùm inquit: Ad hæc, coloré eius reddi ſimilem ſemini par eſt, candidum verò, non exquiſita ratione, velut nix eſt: ſemen enim à natura ducitur in ſolidorum corporum colorem, exquiſita ratione: modicè pus. Siquidem ſemini nihil de cauſa pręter naturam eſt permiſtum: puri verò nõ aſsiduè quidem par, vt explanatum iam eſt: permiſcetur tamen aliquid omnino, quoniam ſanguis de proprijs opificijs exiliuit. Quibus verbis nihil aliud vult, niſi quod ſemen à calore tantùm naturali perficitur, ſine miſcella extranei caloris: atque idcircò nihil impedit fieri exquiſitè album; quemadmodum teſtes, & vaſa commutantia, quæ exactè alba ſunt. Veruntamen pus, cùm à calore naturali ſolo non efficiatur, ſed vnà cum calore extraneo, non potuit candorem illum obtinere, quem partes ſpermaticæ pus commutantes obtinẽt, impediente

Semen nihil habet cauſæ præter naturã permiſtum.

pediente nimirum calore præter naturam exa-ctum earundem partium alborem. Porro cum dicimus, calorem naturalem, & præter naturam coagere ſimul in generatione puris, nolumus hos duos calores reperiri diſtinctos in parte ſuppurationem perpeſſa. Nam cum ſint duo accidentia ſolo numero differentia, aut duæ qualitates eiuſdem denominationis, non poſſunt ſimul in eodẽ eſſe ſubiecto, quin vnum conſtituant. Sic enim ex naturali partis calore, & ex eo, qui præter naturã eſt, vnus fit calor ex vtroq; conflatus, ac conſtans. Nam calor, cum mediocritatem ſeruat, naturalis eſt; cum verò modum excedit, idem eſt, qui antea erat, intemperatus tamen, & à mediocritate recedens. Quod ſi in parte, quæ inflammationem patitur, duos actu diſtinctos calores agnoſcis, nihil impedit, eoſdem in febrientibus cognoſcere: quod planè abſurdum cenſetur. Eſt igitur vnus in parte inflammata calor, miſtus tamen ex calore præter naturam, & naturali: qui quanto magis huius naturam ſeruat, tanto pus, quod conficitur, præſtantius iudicatur: quanto verò illius, tanto deterius. Porrò quemadmodum calor partium inflammatarum miſtus eſt, ad eundem modum miſti huius caloris actio ex concoctione, & putrefactione miſta exiſtit. Hoc Galenus in com. voluit, cùm dixit: Si igitur natiuus calor de propria exorbitet temperie, plurimùm veluti in corporibus mortuorum, putreſcet ſanguis: ſin vim quandam ſeruet, permiſta quædam actio efficietur ex calore naturali; & item præter naturam. Siquidem

In parte inflammata vnus eſt calor non ſimplex, ſed miſtus.

calor naturalis concoquit, præter naturam putrefacit. Vtra autem earum magis exuperet, per eam ipſam neceſſariò ſigna accedent tum coloris, tum odoris, tum etiam conſiſtentiæ. Itaque ſuppuratio vnus quidem eſt motus, miſtus tamē, atque compoſitus ex concoctione, & putrefactione. Qua de cauſa licet eam nunc concoctionem, nunc putrefactionem nominare: & id, quod ſuppuratur, ſimul putreſcit, & concoquitur: non quidem duobus motibus diſtinctis, ſed vno ex ambobus compoſito. Vndè mirandum non eſt, ſi eadem materia in ſtatu morbi maiorem putrefactionem habeat, ſimul etiam & maiorem concoctionem. Nam proceſſerunt ab initio morbi, vſque ad ſtatum, per eandem materiam, coctio, & putrefactio ſimul, non tanquàm duo motus diſtincti à duobus agentibus procedentes, nempè calore naturali, & præter naturam; ſed tanquam vnicus alterationis motus, ab vno agēte ex duobus illis miſto, & compoſito factus. Quòd autem in ſtatu morbi ſalubris, materia maiorem concoctionem habeat, ex Galeno conſtat libro tertio de criſibus capite quinto; dicente exactam concoctionem fieri tempore ſtatus. Sed quod tunc etiam maiorem obtineat putrefactionem, patet: quia in hoc tempore maiorem febrem excitat, quàm in reliquis temporibus, quod nō alia de cauſa, niſi maioris putredinis ratione euenire poteſt. Quoniam magna febris, à magna excitatur flamma; hæc verò à maiori putredine ortum habet. Ex quibus liquet, ab initio vſque

ad

ad ſtatum morbi, per eandem materiam ſimul procedere, atque intendi putredinem, & coctionem; nõ quidem duobus motibus diſtinctis, ſed vnico tantũ, ex vtriſq; compoſito, & commiſto, vt explicatum eſt. Sed eſt quod aliquis obijciat. Si materia morbi interim dum coquitur, putreſcit, ſequitur, idem moueri motibus contrarijs ſimul, & coctionem non facere ceſſare putredinem, vt à Galeno dictum eſt. Quod patet, quia in putredine humidum rei, quæ putreſcit, mouetur à centro ad circunferentiã, vnde prouenit vt partes interiores rei putreſcentis, aridiores reddãtur, ſecedente nimirùm humido ab eis. Ex quo fit, vt miſtio diſſoluatur per putrefactionem, quæ contraria eſt ſimplici generationi miſti. In coctione tamen humidum permiſcetur ſicco terreo, & contrarium motum habet, nempè à circunferentia ad centrum. Veruntamen huic obiectioni ſatisfaciemus, ſi dixerimus, fieri non poſſe, rem eandem ſimul duobus contrarijs motibus ſeiunctis moueri: benè tamen vno motu, ex vtriſque conſtante, ac medio. Quemadmodum rota molendini mouetur eodem tempore ſurſum, & deorſum, non quidem diuerſis motibus, ſed motu illo circulari, ex vtriſque compoſito, & medio. Sed iterum hic aliquis obijciet, inquiens, fieri non poſſe, morbi materiam, cùm ſuppuratur, aut concoquitur, medio motu moueri: quia quod medio motu mouetur, non accedit ad vtrumq́ue extremorum: ſed quantum ad vnum accedit, tantum recedit ab altero: Aqua nimirùm quæ tepeſcit, à frigore, aut à calore

Putredo, & coctio ſimul intendũtur.

Obiectio.

Obiectionis ſolutio.

Obiectio altera.

ſior febris conſurgit: quæ licet vehemētior ſit, ma-
lignior tamen non eſt. Quia omni malignitate morbus vacat, cùm ad ſummam coctionem peruentum eſt: quemadmodum Galenus docet libr. 3. de victu acut. comm. vlt. cùm inquit; Sæpius eñ affectio ipſa, qua laborant, mitior quidem exiſtit, ſed ſymptomata augentur, vt in phlegmone, obſeſsis particulis, videre eſt: quo ipſe inquit, modo dum pus conficitur, dolores, ac febres accidunt, magis quàm pure iam facto: cùm tamen materia cruda, non putrefacta, nec ad benignum reducibilis, concoqui incipit, vnà etiam incipit putrefieri. Intendûturq; coctio, & putrefactio ſimul: licet putredinis malignitas à coctione reprimatur: cùm ſi humor ille putrefieret, deterior multo redderetur. Hæc non ſolùm in putredine, quæ in inflammationibus fit, vera ſunt, ſed etiam in illa, quæ in venis peragitur. Quia vt Galenus ait. 1. de differen. feb. cap. 8. quot in abſceſsibus putredinis differentiæ ſunt, tot in febribus, ex putredine accenſis, vrinarum formæ exiſtunt.

Morbus omni malignitate vacat cum ad ſummam peruenit coctionē.

IOANNIS BRAVI PETRAFITANI, DOCTORIS MEDICI, ET SCHOLAE MEDICAE Salmanticenſis publici profeſſoris, in ſecũdum Prognoſtici Hippocratis librum Commentaria.

PRAEFATIO.

DICTVM eſt ſuperiori volumine, inſtitutum meum in his libris eſſe, Hippocratis ſenſa, quantũ pro ingenij mei exilitate valui, interpretari, & ea ſcribere, quæ ab alijs expoſitoribus vel omiſſa, vel minus bene ſunt explicata, aut ab eiſdem tanquam ſelectiſsima, tradita: nam hæc interim afferre non piguit, vt vtraq; cõferẽti innoteſcet. Nemo tamen mihi vitio vertere debet, ſi in enarrandis, atque exponendis his, quæ controuerſa ſunt, & admodum ambigua, aliquando à quorundam eorum ſententijs diſcedam. Nam id non calumniandi, aut detrahendi cauſa, ſed vnius tantùm veri-

tatis

excogitauerunt, ſuppurationem nuncupantes, & id, quod in hac ſuppuratione generatur, pus appellant. Quod cum fiat à calore naturali, & prȩter naturam ſimul, vincit nonnunquàm in hac alteratione hic, interdum verò ille. Vincente in ea calore naturali, pus optimum generatur: cuius ſigna Hippocrates docet, dum ait: Pus optimum eſſe album, læue, & æquale, & quàm minimè fætidum. Hoc namque fieri natura omnino vincente docet Galenus lib. 1. de differentia febrium capi. 8. dicens: Vbi igitur natura ipſa omnino vicerit, pus optimum gignitur, viſu candidum, & craſſum, & ſibi ſimile vndique, læue autem tangenti, & minimè fȩtidum. Quòd ſi calor pærter naturam omnino vincat, pus efficietur peſsimum, nempè nigrũ, aſperum, inæquale, ac maximè fætidum. Neutro tamen calore integrè vincente, aut victo, medio modo pus generabitur, inter optimum, & peſsimum, aliquas vtriuſque conditiones referũans. Nam contingit album eſſe, ſed in ſubſtãtia tenue: aut contingit eſſe craſſum, ſed in colore liuidum. Non reperitur in hac media commutatione nigrum, quoniam hoc ſemper fit victa facultate ab alieno calore: quo fit vt perpetuò color iſte cum extremo adſit malitiæ.

Puris optimi ſigna.

Peſsimi puris indicia.

Color niger perpetuò cũ extremo ad eſt malitiæ.

¶SED operæ precium eſt optimi puris conditionum cauſas reddere, vt indè intelligatur, pus his dotibus præditum, quas illi adſcribit Hippocrates, optimum eſſe. Interim tamen intelligi velim, pus non dici optimum, quemadmodum ſanguis, & ſpiritus, aut aliquod aliud, quod naturale eſt.

Quoniam

Quoniam pus, auctore Galeno lib. de differentijs morborum cap. 8. toto genere pręter naturam exiſtit: & nihil, quod præter naturam eſt, bonum, aut optimum dici debet: verum tamē ſic appellatur, non ſimpliciter, ſed in genere purium. Taleq; illud eſſe cenſetur, quod conditiones in præſentia ab Hippocrate traditas ſeruat, videlicet, quod eſt album, læue, & æquale, & quàm minimè fætidum: quia hoc, auctore Galeno, natura omnino vincēte generatur. Album ob id laudatur, quia robuſtā facultatem coctricem partis eius ſignificat, & quę ſanguinem in parte inflammata inculcatum, & malè difflatum conata ſit, quoad eius fieri potuit in ſubſtantiam verterè partium ſpermaticarum, earundemq́ue albarum; quales ſunt tunicæ vaſorum, membranæ, oſſa, ligamenta, & ſimilia, quæ etiam craſsius pus fecerunt; quoniam illud tanquàm futurum ſibi alimentum coquendo incraſſarunt. Cùm enim, teſte Ariſtotele libr. 1. de ortu, & interitu, cap. 3. ea ſit natura, & contentio agentium, vt ſimile ſibi reddant, vel qualitatibus, vel ſubſtantia, id in quod agunt; ſintq́; partes illę, quę agunt in materiam puris albæ, non eſt mirum ſi pus illis agentibus peculiari facultate, coloris quidem, & craſsitudinis aſsimilationem conſequantur, ſitq́ue candidum, ac craſſum, quemadmodum ipſæ partes ſpermaticæ. Et hoc eſt, quod lib. de alimento in fine volebat Hippocrates, quando inquit: Pus alimentum eſſe venæ, & arteriæ, quæ potiſsimum partes ei inducunt alborem, & præter eas aliæ etiam, ſpermaticæ videlicet, nerui, ligamē

Cur pus album laudetur.

Pus alimētum eſſe venæ, & arteriæ, ex Hippocrate.

ta, membranæ, & cæteræ. Hanc autem materiam non perfectè concoquit, & aſsimilat natura (quanquàm in id præcipuè incumbit) quòd copioſior ſit, quàm conueniat, & ex vſu non exiſtat particulæ; propterea quòd non conuenienti, & idoneo loco continetur, ſed extra propria receptacula cófertim effluxit, & caliditatem quandam extraneá ſit nacta, vnde fœtor oritur: qui tanto magis reprimitur, quanto fuerit natura robuſtior. Quapropter pus non ſimpliciter alimentum dici debet venæ, & arterię; ſed, fruſtratum, orationi ipſi addi debet: quomodo eſt Hippocrates intelligendus loco citato, cùm dixit, pus eſſe alimentum venæ, & arteriæ. Atque hæc eſt ratio, ob quam pus optimum, album effectum eſt. Simili ratione vſus eſt Galenus lib. 6. de placitis ca. 8. & 4. de vſu partium cap. 13. ad probandum, ſanguinem generari à carne iecoris, & non à venis ipſis. Quoniam ſanguis ruber eſt, & à ſimili membro generari debet; vt alba ab albis generantur. Nónulli ex barbaris medicis contendunt, pus à iecore factum, oportere rubrum eſſe, ob rationem modò allatam. Quoniam id, quod tranſmutatur; vbi integrè victum fuerit, omnino tranſit in naturam tranſmutantis, aut ſaltem magnam cum illo recipiet ſimilitudinem. Talis eſt humor, qui in iecore ſuppuratur, qui cùm omnino vinci non poſsit, vt alat, immutatus tamen ad colorem tranſit membrorú ipſum commutátium; quod cum rubrum ſit, idcirco pus in eo contentum rubrum eſſe arbitrantur. Verun tamen iſtorum opinionem manifeſtè redarguit

Hippocrates interpretatur.

Auicenna, & cum eo Gentilis. 14. 3. tracta. 3. cap. 10.

Multorum opinio improbatur.

Celſus

Celſus lib.2.cap.8.in initio ſic ſcribens: Pus quoque quacumq; parte erumpit,ſi eſt album, læue, & æquale,& quàm minimè fœtidum,tale autē eſt benè concoctum,ſine vllo metu eſt:quo effuſo,febris protinus conquieuit,deſieruntq; vigere tum cibi faſtidium,tum potionis deſiderium. Et paulo ſuperius dixerat:Si in iecore vomica eſt, & ex ea fertur pus purum,& album,ſalus ei facilis.Rurſus, ſi prædicta aſſertio eſſet vera, ſequeretur, pus, quod in liene conficitur,nigrum eſſe debere, quādoquidem lieni,qui niger eſt, oporteret aſsimilari.Ex quo inferretur,aliquod pus nigrū,optimum eſſe;quod Hippocrati in præſenti progn. aduerſatur,dicenti:Albo maximè aduerſum,peſsimū exiſtere;tale autem,nigrum eſſe omnibus eſt in confeſſo.Ad hæc,Galenus in comm.præſentis progn. illorum demolitur ſententiam,dum ait, pus à ſolidioribus,ſeu ſpermaticis partibus confici, quales ſunt conceptaculorum tunicula,neruique,& copulę,& membranulæ,atq; etiam cartilagines, oſſaque.Quapropter pus non aſsimilabitur iecoris carni,ſed eius venis,neruis,& membranulis: quæ partes omnes cùm albæ ſint,pus ſimile efficient. Veruntamē quæret hic aliquis,cur pus ab alijs,quàm à ſeminarijs partibus confici non poſsit? Cui dicēdum,materiam,quæ in pus eſt trāſitura, vitioſam eſſe ſimul,& multam. Quocirca cultum recipere nequit,nec ad benignum reduci, niſi à valentiſsima facultate elaboretur.Quæ facultas cùm in partibus ſeminarijs tantummodò cōtineatur,ab illiſque tāquàm à fonte incarniformes emergat,(dicēte Ga-

Quale eſſe oporteat iecoris pus.

Dubitatio.

te Galeno 1.epidemiôn part.2.com.46. protéſam eſſe per ſolida corpora naturam, quæ illorum eſt virtus, coctionesq; à ſolidis corporibus ſanis humores conſequi:) ſequitur à ſpermaticis potius, quàm à carniformibus pus optimum confici, & elaborari. Craſſum mediocriter pus eſſe debet: quoniam ad craſsitiem illud, vt cætera omnia, coctio perducit: vt docet Ariſtoteles.4. meteorôn. & Galenus 4.de ratione victus acutorum cõm.4. & infra lib.2.comm.33.Læue, hoc eſt, politum, & nulla aliena, & diſsimili materia variegatũ; ſed vnitum, & vniforme, coctricis vbique robur & materiæ ſimilitudinẽ declarat. Læue in deiectionibus, vt explicat Galenus 2.progn.com.22.id quod nos dicimus æquale, politum; quod indicat per totam materiam recipere aut naturæ comptum, aut turpitudinem prauitatis.

Cur pus craſſum fiat.

¶ A quo tamen calore pus optimum efficiatur, nũ naturale, vel præter naturam, controuerſum inter medicos eſt. Nam Galenus innuere videtur à natiuo calore fieri lib.5.de ſimpl.medicam.facult a.ca. 9.dũ ait: Vnũ ex naturalibus operibus, eſt ea quæ in pus fit conuerſio: nam & illic quædam perficitur coctio. Cùm autẽ quidquàm concoquere con ſilium eſt, plurimum, (meo quidem iudicio) ſpirituũ ſeruari intus oportet. Quocirca ſi ſuppuratio, coctio, atq; naturæ opus eſt, ſequitur, ipſam à calore naturali fieri. Siquidem hic; auctore Galeno.1. ſect.aphor.com.15.omniũ operũ naturaliũ eſt cauſa. & libr.2.de victu acutorũ com. 44.pus in phlegmonibus per concoctionẽ fieri dicebat: cui ſententiæ

Pus à quo efficiatur calore controuerſum inter medicos.

Natiuus calor omnium operum naturaliũ cauſa.

tentiæ fauet Ariſtoteles lib.4.meteorôn cap.2.inquiens; Quæ in tuberculis collecta ſunt,dũ ad ſuppuratione peruenêre,coctionẽ recepiſſe, & cocta, victaq; à calore dici: ſed coctio naturalis caloris effect' eſt, & operatio,vt Ariſto.& Gale. innumeris in locis ſcripſerũt:ergo & ſuppuratio. Quod itidẽ idẽ Galenus ſignificare voluit lib.5.ſimpl.ca.9. dũ ait,plurimũ ad ſuppurationẽ ſpirituũ intus ſeruari oportere: ſuppuratio igitur à ſpirituũ calore fit. Nec eſt quod dicat aliquis,pus coctione nõ fieri,quia docẽte Galeno.2.de victu acutorũ com.citato,nullũ,quantũcunq; optimũ,nutrire,aut partibus aliquibus alimentũ eſſe poteſt. Quia hoc non prouenit ratione caloris commutantis, ſed potius vitio materiæ,quæ ſuppurationẽ ſuſcipit: quæ talis certè eſt,vt nutrimentũ præbere,aut in ſubſtantiã mẽbrorũ verti potis non ſit. Quemadmodum nec vrina,aut alui excrementa hoc efficere valẽt. Nã iſta licet cocta ſint, & à calore naturali victa, alere tamen nequeunt. Hoc ſentire viſus eſt Auicenna.1.1.Doct.6.capi.3.dicens: Eius verò operatio(de coctrice loquitur)eſt in ſuperfluitatibus,vt, ſi poſsibile fuerit,eas in hanc mutet diſpoſitionẽ, quæ etiã vocatur digeſtio. Quod idem eſt,ac ſi dixiſſet,conatur ſemper natura excrementoſos ſuccos in ſubſtantiã nutriẽdæ partis idoneã commutare: quòd ſi id nequeat efficere,eorũ molitur excretionẽ. Et 4 4.tract.3.ca.1.dicebat. Non generatur ſanies bona,niſi à digeſtione naturali. Quapropter quæ eſt alba,læuis,& æqualis, conſequuta eſt complementum digeſtionis. Atq; his quidem ra-

Obiectioni reſpondetur

Auicenna exponitur.

tionibus probatur, pus à calore naturali fieri: ſuppurationemque coctionem eſſe.

Quid cõtrà ſentientes, afferant. ¶Cæterùm, qui cõtrariã ſententiam tuentur, teſtẽ afferunt Galenum lib.1.de differentia febriũ ca.7. & 8. quo in loco, ſuppurationẽ, putredinem appellat. Putredinẽ autem à calore fieri, qui præter naturam eſt, notiùs exiſtit, quàm vt pluribus probari debeat. Prætereà Hippocrates in lib. de vlceribus inquit: Si caro aliqua telo tum contuſa, tum cæſa ſit, huic ita medendum eſt, vt quàm celerrimè ſuppuret. Nam & minus phlegmone tentabitur; & neceſſe eſt, carnes, quæ contuſæ, cæſæq; ſunt, putrefactas, & in pus verſas, liquari: poſteà nouã carnem naſci. Vbi Hippocrates, carnem, quæ ſuppuratur, putrefieri ait. Et Galenus enarrans hæc verba lib.4.meth.cap.5.inquit: Indicat hoc ſermone manifeſtò, ſolos èos vlceratarum partium affectus non eſſe ſiccandos, in quibus gigni quàm celerrimè pus cupimus: vtiq; ꝙ cum aliqua putreſcentia pus fiat obiter docens. Porrò omnia, quę putrefiunt, ex calido & humido ſic afficiũtur; ideoque ea cataplaſmata, quæ ex hordei farina componuntur, ceu quæ calfaciant, humectentq; omnibus his affectibus, quibus moueri pus expedit admouebimus. Quibus verbis Hippocrates & Galenus ſentire manifeſtè videntur, ſuppurationem, putrefactionẽ eſſe; eãdemq; ab alieno calore perfici. Rurſus, ſuppuratio à calore fit partis inflammatę; hic autẽ pręter naturam exiſtit: eſt enim veluti febris partis illius. Suppuratio igitur à calore prouenit, qui præter naturam eſt: Sed calor præter naturã

putre

putrefacit; vt docet in com. Galenus: ergo ſuppuratio, putrefactio eſt, non concoctio. Atq; ita quidem contrarię opiniones ſunt conſtitutæ. Veruntamen, iudicio meo, prædicta omnia indicant, pus ab vtroq; fieri calore, vel ab vno quidē, ſed ex ambobus miſto, aut vtriuſq; extremorum participe. Hoc manifeſtò voluit Galenus lib. 2. aphor. com. 47. ſcribens in hũc modũ: Pus ex ſanguine ortum habet; qui ſemimalam, vt quiſpiā dixerit; obtinet generationem. Nā mala ſimpliciter cum putrefactione fit olida, ſicuti ſimpliciter bona ipſa eſt partiũ animalis nutritio, at quæ pus generat mediũ inter hæc obtinet locũ, nec à ſolo calore extra naturam, nec à ſolo ſecundum naturā procedens. Miſtus enim quodā modo ex vtriſq; eſt calor inflammationum. Et lib. 5. de ſimplic. medicam. faculta. ca. 6. tres ponit alterationes in animalium corporibus; vnam planè ſecundum naturam: alterā omnino præter naturam: tertiam ex his miſtam, alterationem plane ſecundum naturam, ab innato calore fieri ait, & à materia animanti commoda. Talis eſt alteratio, qua alimentum coquitur in ventriculo: & qua ſanguis in iecore & vaſis generantur ad partium alitionem neceſſarius. Eam verò, quæ præter naturam eſt, ab aliena dicit fieri caliditate, & ab inutili materia: cuiuſmodi illa eſt, quę in cadaueribus reperitur. Tertiam, quā ex ambobus his miſtam, ac mediam eſſe diximus, fieri, inquit, ab ingenito quidē calore, ſed non planè vinçente, nec puro, aut caloris præter naturam experte: & ex materia, quæ nō eſt prorſus benigna, vt in pri-

Auctoris ſentētia de cauſa pus generante.

Triplex alteratio.

ma alteratione;nec omnino inutilis, vt in ſecũda. Præterea quod calor ſit miſtus,& mediam vtriusq;,caloris;nempè naturalis,& præter naturã;conditionem ſeruet,accidentia puris demonſtrãt.Nã nec adeò benè olet,vt ea,quæ optimè ſunt concocta:nec adeò malè,vt ea,quæ omnino ſunt putrefacta. Rurſus,ſuccum, qui ſuppuratur,vbi in pus verſum eſt,albũ reddi,manifeſtum indicium eſt, ingenitum partium ſpermaticarumcalorem illum concoxiſſe,& in pus mutaſſe:ſed non fieri exquiſitè albũ,vt ſemen genitale,ſignum eſt, calorem illum,puris auctorem, & effectorem,non extitiſſe omnino ſyncerum,& purum,aut ſine labe, & miſcella extranei caloris. Et hoc eſt,quod Galenus in com.vult,cùm inquit:Ad hæc,colorẽ eius reddi ſimilem ſemini par eſt,candidum verò, non exquiſita ratione,velut nix eſt:ſemen enim à natura ducitur in ſolidorum corporum colorem, exquiſita ratione:modicè pus. Siquidem ſemini nihil de cauſa prẹter naturam eſt permiſtum:puri verò nõ aſsiduè quidem par,vt explanatum iam eſt:permiſcetur tamen aliquid omnino , quoniam ſanguis de proprijs opificijs exiliuit. Quibus verbis nihil aliud vult,niſi quod ſemen à calore tantùm naturali perficitur,ſine miſcella extranei caloris:atque idcircò nihil impedit fieri exquiſitè album; quemadmodum teſtes,& vaſa commutantia, quæ exactè alba ſunt.Veruntamen pus,cùm à calore naturali ſolo non efficiatur,ſed vnà cum calore extraneo,non potuit candorem illum obtinere, quem partes ſpermaticæ pus commutantes obtinẽt,im-

Semen nihil habet cauſæ præter naturã permiſtum.

pediente nimirum calore præter naturam exactum earundem partium alborem. Porro cum dicimus, calorem naturalem, & præter naturam coagere ſimul in generatione puris, nolumus hos duos calores reperiri diſtinctos in parte ſuppurationem perpeſſa. Nam cum ſint duo accidentia ſolo numero differentia, aut duæ qualitates eiuſdem denominationis, non poſſunt ſimul in eodẽ eſſe ſubiecto, quin vnum conſtituant. Sic enim ex naturali partis calore, & ex eo, qui præter naturã eſt, vnus fit calor ex vtroq; conflatus, ac conſtans. Nam calor, cum mediocritatem ſeruat, naturalis eſt; cum verò modum excedit, idem eſt, qui antea erat, intemperatus tamen, & à mediocritate recedens. Quod ſi in parte, quæ inflammationem patitur, duos actu diſtinctos calores agnoſcis, nihil impedit, eoſdem in febrientibus cognoſcere: quod planè abſurdum cenſetur. Eſt igitur vnus in parte inflammata calor, miſtus tamen ex calore præter naturam, & naturali: qui quanto magis huius naturam ſeruat, tanto pus, quod conficitur, præſtantius iudicatur: quanto verò illius, tanto deterius. Porrò quemadmodum calor partium inflammatarum miſtus eſt, ad eundem modum miſti huius caloris actio ex concoctione, & putrefactione miſta exiſtit. Hoc Galenus in com. voluit, cùm dixit: Si igitur natiuus calor de propria exorbitet temperie, plurimùm veluti in corporibus mortuorum, putreſcet ſanguis: ſin vim quandam ſeruet, permiſta quædam actio efficietur ex calore naturali, & item præter naturam. Siquidem

In parte inflammata vnus eſt calor non ſimplex, ſed miſtus.

calor naturalis concoquit, præter naturam putrefacit. Vtra autem earum magis exuperet, per eam ipſam neceſſariò ſigna accedent tum coloris, tum odoris, tum etiam conſiſtentiæ. Itaque ſuppuratio vnus quidem eſt motus, miſtus tamē, atque compoſitus ex concoctione, & putrefactione. Qua de cauſa licet eam nunc concoctionem, nunc putrefactionem nominare: & id, quod ſuppuratur, ſimul putreſcit, & concoquitur: non quidem duobus motibus diſtinctis, ſed vno ex ambobus compoſito. Vndè mirandum non eſt, ſi eadem materia in ſtatu morbi maiorem putrefactionem habeat, ſimul etiam & maiorem concoctionem. Nam proceſſerunt ab initio morbi, vſque ad ſtatum, per eandem materiam, coctio, & putrefactio ſimul, non tanquàm duo motus diſtincti à duobus agentibus procedentes, nempè calore naturali, & præter naturam; ſed tanquam vnicus alterationis motus, ab vno agēte ex duobus illis miſto, & compoſito factus. Quòd autem in ſtatu morbi ſalubris, materia maiorem concoctionem habeat, ex Galeno conſtat libro tertio de criſibus capite quinto; dicente exactam concoctionem fieri tempore ſtatus. Sed quod tunc etiam maiorem obtineat putrefactionem, patet: quia in hoc tempore maiorem febrem excitat, quàm in reliquis temporibus, quod nō alia de cauſa, niſi maioris putredinis ratione euenire poteſt. Quoniam magna febris, à magna excitatur flamma; hæc verò à maiori putredine ortum habet. Ex quibus liquet, ab initio vſque

ad

ad ſtatum morbi, per eandem materiam ſimul procedere, atque intendi putredinem, & coctionem; nō quidem duobus motibus diſtinctis, ſed vnico tantū, ex vtriſq; compoſito, & commiſto, vt explicatum eſt. Sed eſt quod aliquis obijciat. Si materia morbi interim dum coquitur, putreſcit, ſequitur, idem moueri motibus contrarijs ſimul, & coctionem non facere ceſſare putredinem, vt à Galeno dictum eſt. Quod patet, quia in putredine humidum rei, quæ putreſcit, mouetur à centro ad circunferentiā, vnde prouenit vt partes interiores rei putreſcentis, aridiores reddātur, ſecedente nimirùm humido ab eis. Ex quo fit, vt miſtio diſſoluatur per putrefactionem, quæ contraria eſt ſimplici generationi miſti. In coctione tamen humidum permiſcetur ſicco terreo, & contrarium motum habet, nempè à circunferentia ad centrum. Veruntamen huic obiectioni ſatisfaciemus, ſi dixerimus, fieri non poſſe, rem eandem ſimul duobus contrarijs motibus ſeiunctis moueri: benè tamen vno motu, ex vtriſque conſtante, ac medio. Quemadmodum rota molendini mouetur eodem tempore ſurſum, & deorſum, non quidem diuerſis motibus, ſed motu illo circulari, ex vtriſque compoſito, & medio. Sed iterum hic aliquis obijciet, inquiens, fieri non poſſe, morbi materiam, cùm ſuppuratur, aut concoquitur, medio motu moueri: quia quod medio motu mouetur, non accedit ad vtrumque extremorum: ſed quantum ad vnum accedit, tantum recedit ab altero: Aqua nimirùm quæ tepeſcit, à frigore, aut à calore

Putredo, & coctio ſimul intendūtur.

Obiectio.

Obiectionis ſolutio.

Obiectio altera.

re. Pari modo, corpus quod pallesſcit, à nigrore, aut aut à candore recedit. Hoc autem morbi materiæ non contingit, quia in fine maiorem putrefactionem habet, & maiorem etiam concoctioné, quàm in principio, & progreſſu, vt declaratum eſt. Huic argumento reſpondet Valleſius in quadã controuerſia, dicés, verum eſſe, quod in propoſitione aſſumebatur, de his qualitatibus, quarum altera neceſſariò ineſt rei mobili: cuiuſmodi ſunt calor, aut frigus: cãdor, aut nigrities. Cæterùm coctio, & putrefactio nõ ita ſe habent: quia poteſt aliquid eſſe nec coctum, nec putre, ſed crudũ. Cuiuſmodi eſt humor in morbi principio: à qua diſpoſitióe, quę priuatio eſt vtriuſque termini, non mirum ſi vnico motu vtrique contrariorum vicinior res fiat. Nam ſi aër, qui coloris eſt expers, denſatione pallidus efficiatur, in fine actionis propinquior eſt albo, & nigro, quàm in principio: quoniam diſpoſitio media à neutro extremorum tam longè diſtat quàm priuatio. Cùm tamen Galenus in arte medicinali ſcripſit, coctionem facere ceſſare putrefactionem: intelligit de coctione, quæ ſuperuenit humoribus putreſcentibus tantùm, qui nullã coctionem, aut naturæ elaborationẽ ſunt perpeſſi: quorum malignam putredinem ſuperueniens coctio meliorem reddit. Siquidem humor, qui putrefactus coquitur, melioris conditionis eſt, quam putris tantùm, & ſine coctione. Hoc manifeſtè Galenus voluit lib. 2. de ratione victus in morb. acut. comm. 44. quo in loco de crudis excrementis verba faciens, inquit ad hunc modum: Bilem flauam

Obiectionis reſponſio ex Valleſio. lib. 5. controuerſiar. 4.

Galenus interpretatur.

vel

vel crudam, vel incoctam, vel concoctam eſſe pronunciamus: cruda quidem quæ flaua admodum eſt, acris, & malè olens: cocta autem quę pallidior, & minimùm malè olens. Ecce vbi bilis putris ante coctionem plurimum malè olens erat: quod indicabat ipſam à putredine multum fuiſſe occupatã: Per coctionem tamen redditur minimùm malè olens, hoc eſt, mitior, atque benignior, & plurimũ amittit de putredine. At eliciet fortè ex dictis aliquis, febrem, ex prædicta bile flaua, acri, & malè olente ortum ducentem, in principio maiorẽ eſſe, quàm in vigore. Quoniam febris magnitudo, magnitudine caloris metitur: & huius magnitudo, putredinis magnitudine, quæ in principio putridæ febris maior eſt, quàm in tẽporibus reliquis: quia deinceps redditur per coctionem minor: propterea quòd, vt dictum eſt, coctio faciet ceſſare putredinem, à cuius putredinis ceſſatione neceſſe eſt febrem remitti, minoremq́ue reddi. Cui obiectioni dicendum videtur, coctionem facere ceſſare putredinem, quæ morbum efficit malignum: non tamen eam, quæ morbum efficit magnum: diſtinguuntur namque magnitudo, & malignitas apud Galenum lib. 3. de criſib. cap. 4. Quod autem per coctionem, etiam putridæ materiæ, morbus maior reddatur, patet. Quia materia, morbum efficiens, quæcunque ea ſit, per coctionem magis diffunditur, & extenditur: quo fit, vt ampliorem occupet locum, ab eaq́ue vapores quàmplurimi cor petentes, eleuentur, humores tumeant, & flatuoſi ſpiritus generẽtur. Quibus ex omnibus intẽ-

Obiectio.

Obiectio diluitur.

ſior

ſior febris conſurgit:quæ licet vehemẽtior ſit,malignior tamen non eſt. Quia omni malignitate morbus vacat, cùm ad ſummam coctionem peruentum eſt:quemadmodum Galenus docet libr. 3.de victu acut.comm.vlt.cùm inquit;Sæpius em̃ affectio ipſa,qua laborant, mitior quidem exiſtit, ſed ſymptomata augentur, vt in phlegmone,obſeſsis particulis,videre eſt:quo ipſe inquit,modo dum pus conficitur, dolores, ac febres accidunt, magis quàm pure iam facto: cùm tamen materia cruda,non putrefacta, nec ad benignum reducibilis,concoqui incipit,vnà etiam incipit putrefieri. Intendũturq; coctio,& putrefactio ſimul:licet putredinis malignitas à coctione reprimatur:cùm ſi humor ille putrefieret,deterior multo redderetur. Hæc non ſolùm in putredine, quæ in inflammationibus fit,vera ſunt, ſed etiam in illa,quæ in venis peragitur. Quia vt Galenus ait. 1.de differen.feb.cap.8.quot in abſceſsibus putredinis differentiæ ſunt,tot in febribus,ex putredine accenſis, vrinarum formæ exiſtunt.

Morbus omni malignitate vacat cum ad ſummam peruenit coctionẽ.

IOANNIS BRAVI PETRAFITANI, DOCTORIS MEDICI, ET SCHOLAE MEDICAE Salmanticenſis publici profeſſoris, in ſecūdum Prognoſtici Hippocratis librum Commentaria.

PRAEFATIO.

DICTVM eſt ſuperiori volumine, inſtitutum meum in his libris eſſe, Hippocratis ſenſa, quantū pro ingenij mei exilitate valui, interpretari, & ea ſcribere, quæ ab alijs expoſitoribus vel omiſſa, vel minus bene ſunt explicata, aut ab eiſdem tanquam ſelectiſsima, tradita: nam hæc interim afferre non piguit, vt vtraq; cōferēti innoteſcet. Nemo tamen mihi vitio vertere debet, ſi in enarrandis, atque exponendis his, quæ controuerſa ſunt, & admodum ambigua, aliquando à quorundam eorum ſententijs diſcedam. Nam id non calumniandi, aut detrahendi cauſa, ſed vnius tantùm veritatis

tatis ſtudio me attigiſſe teſtari plena fide poſſum. Scio enim quam ſit difficile omniũ ingeniorum votis ſatisfacere: quia vt Hippocrates ait, iudicium eſt difficile: ex qua difficultate variæ tum in medicina, tum in cæteris artibus opiniones prodierunt. Tu autem (lector beneuole) omnia boni, æquiq; conſules; quippè cum intelligas, me hos conatus, & labores non liuore aliquo, vel honoris cupiditate, ſed vt tibi tantùm, & poſteris aliquid frugis, & emolumenti afferrem ſuſcepiſſe.

PROGNOSTICVM PRIMVM.

Aquæ inter cutẽ omnes, quæ ex acuto morbo exiſtunt, malæ ſunt. Non enim à febre liberant, doloroſæq́; ſunt valdè, & lethales. Incipiunt autem plurimæ ex partibus inanibus, ac lumbis, iecoreq́;.

COMMENTARIVS.

ABSOLVTO libro primo, ordine ſuccedit ſecundus; in quo Hippocrates plura ſigna prognoſtica edocet, quorum quædam ſumuntur ab exeuntibus; veluti ſunt illa, quę conſiderantur in deiectionibus, vomitibus, vrinis, & ſputis: alia à qualitate mutata; qualia ſunt, quę deſumuntur à frigiditate extremorum, & ab vnguiũ, atque digitorum liuore, aut nigritie. Sunt & alia ad læſam actionem pertinentia: huiuſmodi ſunt, quæ ſumuntur à ſomno, atque vigilia, delirio, & dolore, vrinæ ſuppreſsione, corporis grauitate, ſeu ad motum difficultate. Agit in hoc ſecundo volumine, non tantùm de morbis acutis ſimpliciter, verùm etiam de illis, qui ex acutis facti in longum inciderunt tẽpus; licet maiorem de his, quã de ſimpliciter acutis faciat diſputationem. Fecit & in lib. priori itidem verba de vtriſque: veruntamẽ plura de acutis ſimpliciter fuit loquutus, quã de acutis ex decidentia. Dubitabit hic aliquis meritò, quo pacto Hippocrates in præſentia de aqua inter

De quibus morbis hic loquatur Hippocr.

Obiectio.

inter cutem ſermonem inſtituat, cùm ipſe in hoc opere de acutis tantùm agere propoſuerit:& Galeno auctore lib.1.aphoriſm.comm.12.aqua inter cutem diutinus ſit morbus; quod & natura eius manifeſtat Nam cùm à lento, & frigido humore tanquam à continenti cauſa procreetur,fit,vt difficulter cõcoquatur,ac in longũ protrahatur tempus; quod omnibus longis morbis euenire Galenus voluit lib.2.aphor.comm.19.Nam cùm hi ob craſſos,lentos,ac frigidos fiant humores, qui non ita facilè coqui poſsint,illorum diſpoſitiones magis ſcirrhis,quàm inflammationibus ſunt ſimiles.

Dilutio. Veruntamen hâc dubitationem abſoluit in cõm. Galenus ex eodem Hippocrate infrà lib.3.tex.36. vbi poſtquã plura de præſagiendi arte in his voluminibus fuiſſet loquutus,ſubdit:Hęc intelligo de morbis acutis,& alijs quicumque ex ęis fiunt. Ex quibus liquet,Hippocratem in his libris non ſimpliciter de diutinis morbis loqui, ſed de illis tantùm,qui ex acutis tales ſunt facti. Et hac de cauſa ſententia præſenti inquit,aquam intercutem malam eſſe,ſi ex acuto morbo proficiſcatur: innuens clariſsimè eam, quæ ex acuto morbo non prouenit,ad præſentem tractationem non attinere. De illa verò, quæ ex acuto morbo originem trahit, verba faciens in præſentia Hippocrates, inquit, omnem talem, malam eſſe,eò quod febrem non ſoluit,ſed ipſa facta febris perſeuerat, & dolorem infert. Similem ſcripſit ſententiam lib. de Coacis prænotionibus paulò poſt medium,dicens: Hydropes ex morbis acutis doloroſi fiunt, ac perni-

cioſi

tioſi. Incipiunt autem plerique à laterum mollitu dine, aliqui etiam ab hepate. Succedunt interdum morbi morbis nullo prorſus incommodo: quin imò maxima ægrotantium vtilitate. Sic febris cõuulſioni ſuperueniens, conuulſionem ſoluit apud Hippocratem, & Galenũ lib.2.aphor.ſententia.26 Sic morbo comitiali laborantes, à quartana ſuperueniente liberantur, eiuſdem Hippocratis teſtimonio libro.6.epid.part.6.aphor.9.& ſectione.5. aphor.70. Sic abſceſſus in cruribus erũpens in pulmonia vehementi, ac periculoſa, vtilis ab Hippocrate cenſetur infrà in hoc iſto lib.progn.67. propterea quòd à malo hominem vindicet. Non ita tamẽ de hydrope, qui acutis ſuccedit morbis, ſentiendum; quippè qui febrem non leniat. Quoniã, vt lib.3.ſermone.2.cap.20. ſcriptũ reliquit Aetius, humor, qui detinetur, ſalſus eſt, & putrefact⁹; quare ſitis, & febris augentur. Adde, quod à coaceruato intus humore, putredo intenditur, vaporum malorum multitudo creſcit, à quibus febris fouetur, & perſeuerantiã habet. Accedit ad hæc quòd languente iecoris facultate, non cõcoquuntur humores febrem efficientes, ſed crudi perſiſtunt, taleſque diutius in corpore detinentur. Nec tãtum hęc mala facit, ſed vt Hippocrates ait, dolorem affert, ventrem diſtendendo, flatus, & aquæ multitudine, & ſitim vehementiſsimam (qua perpetuò hydropici cruciantur) inferendo. Dolemus enim per ſitim (teſtimonio Galeni lib. de inæquali intemperie cap.4.) non minus, quàm per alios doloroſos affectus. Atque ab his præcipuè euenit, vt

Morbi morbis vtiliter interdũ ſuccedunt.

A quibus eueniat, vt hydrops exitioſa ſit diſpoſitio.
Obiectio.

exitioſa ſit diſpoſitio, quoniam à febribus, & doloribus, præſertim in acutis morbis pericula imminent. Contendunt nonnulli fieri non poſſe, vt detinente febre acuta, hydrops generetur: aut hydrope ſuperueniẽte, febris detineat. Quoniã haudquaquam videtur tantum humoris crudi prouentum; quantus in hydrope reperitur à febrili ardore poſſe generari: cũ ille poti' à frigida & humida iecoris intemperie, non autem à calida, & ſicca ortũ ducat. Vndè Trallianus lib.9.cap.1.de aqua inter cutem verba faciens inquit: Naſcitur magna ex parte ex iecore in tantũ refrigerato, vt nequeat pro ſuo munere ſumpta cibaria concoquere, & in ſanguineam ſubſtantiam conuertere, ſed in aqueã modò eſſentiam trãſmutare, vel in flatulentos ſpiritus, vel in pituitam denique transformare. Cui ſententię ſubſcribit Aetius lib.3.ſerm.2.cap.20.dicens: Citra enim hepatis refrigerationem impoſsibile eſt aquam congelari, & aliquem in hydropẽ incidere. Rurſus, quidquid hydropem committit, aut eſt cruda pituita, aut aquoſitas, aut flatus, quorum nullum à calore ſuam ducit originem. Cruda enim pituita ſemper frigoris eſt ſoboles: aquoſitas itidem & flatus à frigiditate naſcuntur: à maiori, aquoſitas; à minori autem flatuoſus ſpiritus: vt à Galeno ſcribitur libr.4.aphoris.comm.11.vnde Auicẽna.14.3.tract.4.cap.13.ab hac morbi natura, eſſentiave medendi indicationem ſumens, ab aſpectu aquæ, nedum ab illius potu contineri ægros iubet, vino, eoque meraciſsimo eos vti permittens. Non defuerunt qui hiſce argumentis

victi,

victi, crediderint præſentem ſententiam falſam eſſe, aut Hippocratem hic non de omni aqua inter cutem loqui, ſed de tympanite tantùm, quam minor frigiditas, aut fortaſsis imbecillus calor cōmittit: nō aūt de anaſarca, aut de aſsitę, qm̄ duæ hę nō niſi à valida frigiditate generantur. Nec illorū opinioni refragatur dictio illa (omnis:) qua in prognoſtico Hippocr. vtitur: qa ea noluit ipſe ſignificare ex acuto morbo omnē fieri hydropé, ſed omnē ex acuto morbo factū, malū eſſe. Veruntamen ego crediderim Hippocratē in præſentia de quali bet aqua inter cutē verba facere: qa oīs acuto morbo ſolet ſuccedere; licet crebriùs ſequatur tympanites, minus aſcites, & adhuc minus anaſarca: omnem tamen ſequi poſſe, inconueniens non eſt; ſiquidem (auctore Galeno in comm.) cuiuſvis aquæ inter cutem communis genitura eſt, quoties ſanguificationis officium intercidat: & lib. 2. de naturalibus facultatibus cap. 8. ſub initium dicebat: Eſt enim ea prima generandi hydropis cauſa ex ſanguificationis defectu proueniens. Poſſe autem à calida cauſa ſanguificationis defectum euenire; & iecoris officiū vitiari, inficias non ibit, qui cognouerit, quamlibet vehementem intemperiem vires deijcere poſſe. Quod cum Galenus intellexerit, non negauit, calidam iecoris intemperiem poſſe hydropem committere, vt eius verba manifeſtant libro. 6. de locis affectis cap. 1. quæ hunc in modum ſe habent: Haud ſecus halluci-nari conſueuerunt in ea quoque aquæ inter cutem ſpecie, quæ ad acutos morbos ſequitur;

Obiectionis ſolutio.

Hydrops à calida intēperie cōmittitur.

quippè ab his iecur calida,& ſæpenumero ſicca in temperie tam grauiter afficitur, vt cibum in ſanguinem tranſmutare nequeat. Itaque calidam & ſicccam intemperiem,hydropem committere Galenus dixit: ſed quo modo id efficiat, non declarauit. Ego verò cenſeo, calidam intẽperaturam, quæ ad acutos morbos ſequitur, ſpiritus, ſanguinemque diſcutiendo, innatumq́ue calidum diſsipando, ad frigiditatem, id eſt ad naturalis caloris inopiam iecur perducere: quo fit, vt hac ratione illud infrigidet, & hydropem nonnunquam acceſſat. Hoc Auicenna nos docuit. 14.3.tract.4.ca.4.his verbis: Et inter cauſas, quæ faciunt hydropiſim,connumerantur complexiones inflammantes: hæ enim cum reſolutione innati caloris faciunt extinctionem. Quare ſi quiſpiam dixerit, immediatam ſeu cohęrentem (vel quomodolibet appellare libuerit) hydropis cauſam ſemper frigidam eſſe diſpoſitionem,haud errabit. De cauſis refrigerantibus nemo ambigit: de calfacientibus verò, notum eſt: quoniam hæc quoque ex accidenti refrigerant, vt demonſtratum eſt. Veruntamen cùm à calidis cauſis diſsipantibus, naturalemq́ue calorem & innatos ſpiritus euolare facientibus, abolita eſt ſanguificatio, minus calidis auxilijs eſt pugnandum, quàm dum à frigidis. Imò fortaſsis tunc remedia refrigerantia ſunt adhibenda, vt extraneum, & præter naturam calorẽ, ſpiritus natiuos digerentem, extinguendo, poſsint diſcuſsioni obſiſtere, & ſic mederi affectioni. Hoc conceptis verbis voluit Trallianus. libro.9.cap.3.

Quando in hydrope minus calidis auxilijs pugnandum.

titulo,

titulo, de ijs, qui aqua inter cutem cum febre laborant, iubens hydropicos interdum refrigerare: cuius verba hic aſcribere placuit, quæ talia ſunt: Aqua inter cutem laborantes, quouis modo calfaciendos eſſe, omnino verum non eſt: nam ego pleroſq́ue etiam à refrigerantibus medicamentis interdum adiutos eſſe conſpexi: atque id euenire poſſe conſtat. Cùm enim omnes particulæ à caliditate præter naturam imbecilles factæ, ad bonam temperiem reuertuntur, neceſſe eſt, vt etiam iecur probum ſanguinem generet, nullatenus impeditum. Nec hoc alienum eſt ab Hippocratis documentis lib.6.epidem.parte.6.aphoriſ.6.dicentis, corpus, quod frigidum eſt, ob difflatus nimirum multitudinem, in regione frigida, ac tempore frigido calidius reddi; videlicet ſtipata, occluſaq́ue à frigiditate cute, ab eademq́ue corporis ſumma facie denſata. Hæc de medendi methodo in præſentia dicere libuit, vt intelligatur id, quod probare propoſuimus; nempè, quonam modo languida exiſtente à cauſa qualibet, ſiue frigida, ſiue calida, ſanguifica iecoris facultate, aqua inter cutem generari poſsit, nequeunte iecinore alimentum cócoquere, & in ſanguinem probum tranſmutare. Quo fit, vt id modò in flatulentos ſpiritus, modò in aqueam ſubſtantiam, aut in pituitam commutet: cuius pituitæ, ſeu humoris pituitoſi generationi, frigidi potus, quibus per febres ipſas ægrotantes intemperanter ſunt vſi, non exiguam dedêre occaſionem. Ex his intelligere haud difficile erit, quare ſuperueniente hydrope, malo ſanè febri

Quare hydrope ſuperueniente febris non ſolnatur.

contrario,febris ipſa non tollatur, cum,videatur corpus in contrarium transferri habitum. Veruntamen non tollitur, quia humores febrem efficientes,nec concocti,nec excreti ſunt. Quare mirandum non eſt, ſi ipſis perſiſtentibus febris perſeueret. Nam,vt lib.2.aphoris.comm.25.ſcriptum reliquit Galenus; morbi non ſoluuntur, manentibus intus ijs,qui eos efficiunt,humoribus. Non fuerunt autem nec concocti,nec excreti prædicti humores, ob languorem naturalis facultatis coquentis,& excernentis. Cuius robur in morbis à materia dependentibus, eodem Galeno auctore lib.11.metho.cap.9.magis exigitur, quàm cæterarum facultatum,puta,vitalis,& animalis. Eſſe verò in præſenti affectu languidam facultatem naturalem, ex eo liquet, quòd ſi ipſa robuſta extitiſſet, non corriperetur homo aqua inter cutem: quæ affectio huius facultatis maximus eſt caſus. Accedit eò quòd humores, qui ex infelici coctione aſſiduè ſubcreſcunt,putreſcentes,febrem fouent,ac conſeruant. Orationis fini adiecit Hippocrates partes,quarum vitio aqua inter cutem accidere ſolet,dicens: Fieríque incipit ex parte inani, ac lumbis,iecoréque. Vocat inanem partem Galenus totum id,quod habetur inter extremam thoracis coſtam,& femoris oſſa. Atqui flaccida,ſeu inanis videtur talis ſedes,ſi eam cum ſupernis, inferniſque vtriſque oſſeis conferamus,quoties non fuerit aliquis paulò antè eſculentis, poculentiſque repletus. Continētur ſub hoc loco plura membra. Veruntamen Galenus in comm.trium tantummodo

Quam partem inanem Galenus vocet.

mentionem fecit. Hæc autem ſunt, ieiunum, lactes, & item inteſtina tenuiora, quæ tria viſcera per partem inanem ſignatim ſunt intelligenda. Ieiunum, inteſtinum eſt multifariam in orbes cõuolutum, vaſorum complurium ſerie contextos. Quod vt Galenus ait libro.5.de vſu partium cap. 3.& libr. 6.de anatomicis adminiſtrationibus cap. 9.ob id ieiunum nominatur, quia ſemper cibo vacuum inuenitur. Quid autem per lactes ſit intelligendum, dubium eſt. Nam Plinius libr.11.cap. 37.per lactes, tenuiora inteſtina videtur accipere; idque in homine tantùm, & oue, dum ait: Ab hoc ventriculo lactes in homine, & oue, per quas labitur cibus: in cæteris ile, à quibus capaciora inteſtina ad aluum flexuoſiſsimis orbibus. Hęc Plinius. Probus autem quid per lactes voluerit ſignificare, difficile eſt intelligere. Nam ait loca in lateribus eſſe ſub vmbilico, pube tenus, adeò delicata, vt plagam ferre non poſsint. Veruntamen mihi videtur his verbis idem quod Plinius innuere voluiſſe; ipſa videlicet tenuiora inteſtina. Nam hæc infra vmbilicum collocantur, & plagam non tolerant, vt docuit Hippocrates aphor.18.ſect.6. Cæterũ Galenus in præſentia tenuiora inteſtina à lactibus diſtincta facit, intelligens per lactes (iudicio meo) meſereon, vel meſenterion, quod lactes appellatur, vel ob mollitiem & eius pinguedinis candorem, lacti aſsimilatum: vel à verbo antiquo lactio, quod idem eſt, quod allicio, quaſi aſsiduè cibum alliciant. Cui rei fidem facit Gaza in Ariſtotelis hiſtoria de animalibus meſenterion, vel

Cur ieiunũ inteſtinum ita nominetur.

Lactes quid.

Prob.' in ſua grãmatice.

Quid per lactes Galenus intelligat.

meſereon,lactes interpretans. Quare iure reprehenditur Cicero à Veſalio lib. 5.de humani corporis fabrica,cap.6.propterea quòd ille libro.3.de natura Deorum prædictas voces Græcas, puta, meſereon,vel meſenterion,inteſtinum mediũ fuerit interpretatus. Et hæc de lactibus abundè ſint dicta. Lumbos Galenus lib.de oſsibus cap.7. & in introductorio,ſeu medico cap.10.iuxta finem, eã corporis partem appellat,quæ à thorace incipiens ad os ſacrum terminatur. Conſtant lumbi vertebris quinque,vt libr.3.de articulis comm.45.idem Galenus docet:cui ſubſcribit Veſalius lib.1.de humani corporis fabrica cap.39. Quare eadem eſt lũborum, & flaccidarum partiũ longitudo: ſed flaccidæ partes anterius collocantur, lumbi verò poſterius. Intemperies alias ex alio de prædictis membris incipit: veruntamen hydrops non dicitur, donec affectionem iecur patiatur, quæ Galeni eſt ſententia libro. 6.de locis affectis cap. 1. cum ait: Hallucinantur, qui indurato liene aquam intercutem fieri poſſe credunt,nullam affectionem patiente iecore. Et rurſus in eodẽ capite ſubdit:Niſi ad iecur frigus trãſmittatur,aqua intercutẽ ſubſequi poteſt minimè. Et lib.5.eiuſdẽ tractationis cap. 6. de hydrope verba faciẽs,inquit:Quippe niſi hepar afficiatur,haud quaquã fieri poteſt huiuſmodi affectus. Quin & hoc ipſum ratio expoſcere videtur. Nã ſi ſanguis generãdi actio,iocinori,tanq̃ proprio inſtrumẽto tribuitur,ſequi par eſt, vt ea per aquã inter cutem vitiata, iecur quoque vitietur: cum nõ cõtingat;

Cicero iure à Veſalio reprehẽditur.

Lumbi quibus vertebris conſtẽt.

Abſque iecoris affectu hydrops generari non poteſt.

quemad-

quemadmodum Galenus ait lib.1.de locis affectis cap.2.iuxta finem;alicuius partis functionem lædi,illæſa,quæ ipſam efficit, parte.Iecur illi præſertim parti conſentiet,quæ per morbos acutos maiorem ardorem concepit.Solent lumbi per febres ardenteis maximè inflammari,ratione venæ cauę per ipſos perreptantis,putrido humore oppletæ, cuius ardorem ſuſcipientes lumbi diutius continent, ac referuant,ob eorum denſam, & oſſeam ſubſtantiam,quem deinceps iecori impartientes, illius ſpiritus labefactant, & aquam inter cutem conciliant. Atque hoc modo eſt intelligendus Hippocrates,cùm in pręſentia ait,aquam inter cutem à lumbis initium ſumere:quibus verbis non vult,aquam inter cutem incipere à lumbis, ſed illos eius generandi occaſionem primùm iecori præbere.

PROGNOST. II.

Quibus ergo ex inanibus partibus, & lumbis principia aquarum inter cutem fiunt;iis pedes intumeſcunt,& alui fluores diutini fiunt; neq; exſoluentes dolorem, qui ex inanibus partibus efficitur,ac lumbis;neq; mollientes vētrem.

COMMENTARIVS.

TRes eſſe ſummas, præcipuasque aquæ inter cutem ſpecies,Galenus, Auicenna, Celſus, Paulus,Aetius, cæteríque alij medici vnanimes ſcripſère,præter auctorem 4. libri de victu acutorum,& Ioannem Areteum:quorum ille quidem, aſciten,ſilentio prætermiſit; hic verò quatuor manifeſtè conſtituit,dum lib.2.de cauſis & ſignis diu

turnorum morborum cap.I. leucophlegmatiam, & anaſarcam,ſeu hypoſarcam diſtinctas facit, dicens in hoc eas differre,quòd ſub leucophlegmatia corpus totum alba & craſſa pituita intumeſcit: in anaſarca verò, ſeu hypoſarca humore ſanguineo,aquoſo,atque tenui carnes colliqueſiunt,quã leucophlegmantia facit deteriorem Vtriuſq; opinionem reprehendit Galenus lib.4.de victu acutorum com.centeſimo vndecimo,dicens tres tantùm eſſe hydropis ſpecies,ſeu differentias, nempe aſcitem,tympaniam,vel tympanitim,& anaſarcam,vel hypoſarcam, ſeu leùcophlegmatiã, quas itidem poſuerat lib.5.de locis affectis capi.6. in fine.& lib.4.de cauſis pulſuum cap.24. Cui Paulus lib.3.cap.48.& Celſus lib.3.cap.21. & Aetius lib.3. ſermone.2.cap.20.& Auicenna 14.3.tract. 4. conſentiunt.Dicitur enim aſcites,cùm inter membranam, peritoneum appellatam, & inteſtina plurimus aquoſus humor coaceruatur.Sic ſanè Græcis nuncupata, quod ἀσκὸν, hoc eſt,vtris impleti inſtar locus inter inteſtina,membranamque dictam interiacens, tumere videatur, & ſonum quendam impleto vtri perſimilem, venter,ſi pulſetur, edat. Tympanites porrò appellatur,quando venter copioſo flatu,atque ſpiritu diſtenditur;à tympano, notiſsimo omnibus inſtrumento, nomenclatura deducta:quòd pulſato ventre ſonitum in modum tympani reddat. Fit anaſarca cùm pituitoſus humor vniuerſo corpori apponitur quidem,ſed non vnitur partibus: vnde nihil mirum eſt,ſi membra in vaſtum quendam tumorem tactui œdematem

Tres tãtum hydropis ſpecies.

Aſcites.

Tympanites.

Anaſarca.

atolli

attolli cernantur. Sunt, qui ita laborant, exãgues, & colore mortuis ferè ſimiles; graues, ſegnes, & ad omnes, ſeu naturæ, ſeu animi actiones prorſus inualidi. Quæ aũt ex his tribus ſpeciebus deterior cenſeatur, diſputabitur infrà. Comitari hydropicos, & præcipuè aſciticos, ingens ſitis conſueuit, quam Auicenna 14.3. inextinguibilem nuncupauit: propterea quòd quo magis ſuccurrere ei ægri ingenti potu nituntur, eo plus ſitiant. Hinc lepidè Ouidius lib.1. faſtorum, auarorum cupiditatem, ſiti hydropicorum comparauit. Solet hoc ſymptoma tam vehementer hydropicos vexare, vt hoc vnum ſæpè multorum interitus ſoleat eſſe occaſio, nequeuntibus ęgrotantibus ſeſe ab aſsiduo potu abſtinere. Qua de cauſa ſcribit Celſus lib.3.cap. 21. aquam inter cutem facilius in ſeruis, quàm in liberis, tolli: quia cum deſideret famem, ſitim, mille alia tædia, longamq́ue patientiam, promptiùs ijs ſuccurritur, qui facilè coguntur, quàm quibus inutilis libertas eſt. Sed ne ij quidem, qui ſub alio ſunt, niſi ex toto ſibi temperent, ad ſalutem perducuntur. Ideoq́ue vt idem Celſus refert, non ignobilis medicus, Chryſippi diſcipulus, apud Antigonum regem, amicum quendam incontinẽtem, ac intemperantem, mediocriter eo morbo implicitum, negauit poſſe ſanari. Cùmq́ue alter medicus Epyrotes Philippus ſe ſanaturum polliceretur, reſpondit, illum, ad morbum ægri reſpicere; ſe verò ad animum: nec eum res fefellit. Nam cùm ſumma diligentia, non medici tantùm, ſed etiam regis, cuſtodiretur, tamen malagmata ſua deuorādo,

Ingens ſitis aſciticos comitatur.

Hiſtoria.

do,ſuamque vrinam bibendo ſe in exitium præci pitauit. Huius tam ſæui, indomitique ſymptomatis, præcipua cauſa cenſetur, ſalſi humoris abundãtia. Nam & ſi corpus, & ad ventrem attinentes partes, humore nimio imbutę ſint, vndè minus ſitire ægri debebant; quia tamen aquea illa humiditas ſalſa, acris, & vitioſa eſt, & mora, coarctationeque tum calidior, tum vitioſior redditur, fit vt ingens ab ea ſitis inducatur, quæ vt dictum iam eſt, minimè potu extinguitur, etiam ſi totus ventriculus humore perfundatur, ac turgeat: imò ſæpè ore madido, grauiùs excruciat. Quapropter eius remedium, potus non eſt, ſed ſalſi potius humoris euacuatio, dicente Galeno lib. 2. de facultatibus naturalib. cap. 9. q̃ vbi plurima flaua bilis in ventriculo continetur, perpetua ſiti vrgemur, eaque euomita, protinus à ſiti magis vindicamur, quàm ſi plurimam hauſiſſemus potionem. Et quod de flaua bile dixit, idem de ſalſa pituita eſt intelligendum. A cuius etiam ſalſi humoris congerie, multi nitroſi, ſalſique vapores ſurſum attolluntur, qui os ventriculi, gulamque afficientes, atque exſiccantes, ſitim intendunt, atque augent. Aſciticos verò hoc accidens præſertim infeſtat, quòd, præter iam dictas cauſas, natiui & ſuauis humoris, quo rigari partes ſolent, inopia laborant. Nam cũ hi exangues, attenuati, penèque tabidi ſint, vt pote partibus omnibus alimonia conueniente deſtitutis, fit, vt ſitis in eis intendatur, ſequente nimirum ſiti, vt Galenus ait libro. 1. de ſimplicium med. facult. capi. 30. vel caloris copiam, vel humoris inopiam.

Comitatur

Comitatur etiam hydropicos vitioſus corporis color,quòd vitiati intus lateant humores,& ob in felicem coctionem,ſanguis non ſaturato rubore niteat;ſed aquoſus,dilutus,inſtar aquæ, in qua re cens caro mactata abluta eſt,appareat.Premũtur ijdem ſimiliter reſpirãdi difficultate,ꝗ à diſtento ventre ſeptum tranſuerſum comprimatur,& caui tas thoracis minor reddatur.Atq; hæc ſunt aquæ inter cutem generalia indicia. Porrò cuiuſlibet ſpeciei propria habentur:veruntamen Hippocrates in præſentia non de ſignis ſpecierum hydropis,ſed de diſcrimine ortus illius ſermonem facit, oſtendens quonam pacto ille, qui ex inani parte ac lumbis trahit origiñe, cognoſci debeat.Porrò hic duobus ſignis cognoſcetur, quorum primum eſt pedum tumor;alterum, alui fluor continuus, qui nec dolorem ſoluit, neque ventris tumorem imminuit.Pedes intumeſcere cuiuſlibet aquæ inter cutem,proprium non eſt:ſed anaſarcæ tãtùm. In tympanite namq;,& aſcite pedes areſcunt ſæpè,& extenuantur,vt 14.3.tract.4.cap.9.& 11.retulit Auicenna,& experientia manifeſtat.Quoniam in his hydropis ſpeciebus ,corpus plus quàm in anaſarca,alimonia priuatur, ob aquoſum , & flatuoſum ſanguinem nutritioni ineptũ. Vndè euenit,vt tabeſiant,& marceſcant ſolidæ corporis partes,inopia conuenientis nutrimenti. Accedit eò, quòd per haſce hydropis ſpecies non vehitur vitioſus ſuccus in corporis habitum,ſed totus intra peritoneum ſeruatur,ventris tantummodo tumores inferens.In anaſarca verò,quia craſsior multo

Vitioſi coloris cauſa.

In tympanite,& aſcite pedes areſcunt.

eſt humor, nequit ſua craſsitudine, & lentore per tenuia venarum tranſpiramenta permeare, ac in ventris cauitatem excidere: quo fit, vt per venas in corpus vniuerſum delatus, illud in vaſtum tumorem attollat. Elucet verò hoc ſymptoma in pedibus præcipuè, ob natiuæ caliditatis illorum imbecillitatem, nimirum à fonte caloris remotiſsimis: & propterea ſanguis vt pote craſſus, ac frigidus, ſua grauitate plus declinat ad pedes, præſertim ſi homo ſtet, aut deambulet. Ex his perſpicuū eſt, pedum tumorem non omni aquæ inter cutem conuenire. Quòd ſi Galenus in com. pręſenti dixit, tumeſcere pedes, omnis aquæ inter cutem cōmune eſſe; dicendum, eum hic non loqui de ſpeciebus hydropis; ſic, vt adſtruat accidens hoc cuiuſlibet hydropis ſpeciei videlicet anaſarcæ, tympaniti, & aſciti eſſe commune; ſed de diſcrimine ortus illius, ita vt velit commune eſſe pedes intumeſcere cuiuſlibet aquæ inter cutem, vndecumque originem trahentis, ſiue ex parte inani, aclumbis, ſiue ex iecore; dummodo talis ſit ſpeciei, vt in ea pedes intumeſcere debeant. Aliqui falſum exiſtimant, humorem in aſcite per tenues, cæcosq́ue venarum ductus illabi in capacitatem abdominis. Nam cum huiuſmodi meatus in naturali ſtatu in omnibus reperiantur, aſcites peræquè omnes inuaderet, & diſtribuendis humoribus videretur natura inutiliter vias, ductusq́ue tam multos deſtinaſſe. Quorū adauget opinionem quòd ijs, quos ex vrina dies viginti ſuppreſſa, extincti ſunt, aquæ nihil quidquàm deprehenſum eſt per cæcos iſtos ductus

Pedum tumor nō omni aquæ inter cutē conuenit.

ductus in abdominis ſpacium refluxiſſe. Tantum hæc apud Fernelium potuerunt, vt libr. 6. pathol. cap. 8. crediderit, non ſimpliciter per venarum poros humorem hunc permeare, in ſpacium quod eſt inter peritoneum, & partes ei ſubiacentes; ſed etiam ſolutam quandam continuitatem, aut partium iecoris, aut vaſorum, quibus humores continentur, neceſſariò reperiri, per quam ſenſim, quaſi ex fiſſa olla in iam dictum ſpacium humor ſtillat. Hanc cauſam ait, Hippocratem innuiſſe. 7. ſect. aphor. ſententia 55. dum inquit: Quibus hepar aqua plenum eruperit, his venter aqua repletur. Rurſus addit, aſcitem ijs ferè ſuperuenire ſolere, qui rupta vel exeſa viſcerum vena, cruentis vomitionibus, aut deiectionibus opportuni ſunt. Nam licèt tunc ſuppreſſus ſit ſanguis; ſeroſus tamen humor per derelictam fiſſuram præterfluit, exciditque in ſpacium abdominis. Ego enim, & ſi facilè credam, ab huiuſmodi cauſis hydropem conciliari, & eos, qui in ipſo iecore, vel venis ſerum cōtinentibus, fiſſum, ruptumve aliquid habent, hydrope propenſiùs corripi; non video tñ, quin & ille ſine hac continuitatis ſolutione ex ſolis ȧnguſtis, arctiſque venarum poris conſiſtere poſsit: cùm videamus quotidie craſsiorem humorem in ſuppurante pleuritide per denſiorem multo ſuccingentem coſtas membranam, quàm ſit venarum, quæ ſunt in hepate, & in meſereo, affatim irruere in thoracis capacitatem. Quocirca ſi hoc ita euenit, mirum videri non debet, humorem tenuem, & ſeroſum, per venarũ meatus poſſe illabi in capa

Noua Fernelij opinio.

Fernelij opinio improbatur.

citatem abdominis. Quòd ſi hoc in naturali habitu non fit, ob id eſt, quia humor à natura gubernatur, & exiguam in venis contrahit moram; aut ſi huberis eſt humor, & diutius in vaſis continetur, veluti in ijs euenit, quorum diu vrina eſt ſuppreſſa, vaſa tamen quę ſerum continent, valida ſunt, & ſolida, integra, craſſaque. At in hydrope ſanguinem continentia vaſa ob vehementem intemperiem, imbecilla ſunt, & ob infelicem nutritionem marcida, & extenuata, & ob multam humiditatem inſtar papyri aqua irrigatæ, nimis madida, & relaxata manent. Quare mirandum non eſt, humorem in eis contentum, perfluere, & ſtillare in abdominis cauitatem. Supereſt nunc vt alterius ſymptomatis, quod alui fluorem eſſe diximus, cauſas explicemus. Fit hic alui fluor obſtructis ab inflãmatione venis, quæ in meſereo ſunt, aut eiſdem imbecillis redditis. Nam cùm, Galeno teſte, lib. 5. de locis affectis cap. 7. huiuſmodi venis iecur, veluti manibus, ad cibum ex ventriculo attrahẽdum, vtatur, fit, vt ipſis obſtructis, aut imbecillis factis alimentum à iecore non trahatur, ſed per inteſtina deſcendens, ventris profluuia excitet. Huc accedit bilis aſsiduè ex inflammatione genita, quæ inteſtina proritans, alui fluorem auget, atque fouet. Non lenitur autem hoc profluuio dolor, nec ventris tumor detumeſcit, quoniam per illum non excernitur morbum efficiens cauſa, ſed intra peritoneum incluſa ventris tumores, atque ingentes dolores excitat: quos præſertim inducere ſolet, ſi flatulenta fuerit, vt in tympanite: quam

Alui fluoris cauſa.

Iecoris manus ſunt venæ meſeraicæ

quam non ſolùm diri dolores comitantur, verum etiam antecedunt: quemadmodum Hippocrates ſignificauit aphor.11.ſect. 4. dum ait: Quibus ad ſunt termina, & circa vmbilicum labores, & lumborum dolor, qui nec à medicamento, nec aliter ſoluitur, hydrops ſiccus contrahitur.

PROGNOST. III.

Quibus autem à iecore aquæ inter cutem incipiunt, tuſſire quidem cupiditas eſt, ſed nihil excreant commentatione dignum: pedesq; intumeſcunt: ac venter non deijcit, niſi dura, ac ad neceſsitatem: atque etiam circa ventrem œdemata fiunt, partim in dextera parte, partim in ſiniſtra, conſiſtentia, deſinentiaq;.

COMMENTARIVS.

INdicia hæc omnia ferè iecoris inflammationis ſunt ſymptomata: vt colligere licet ex Galeno lib.5. de locis affectis cap. 6, ſequuntur tamen hydropem ob eandem iecoris inflammationem eue nientem, quod contingit vbi iecur ipſum primaria affectione laborauerit. Tuſsis duplici de cauſa fit, & quia ſeptum tranſuerſum à iecoris mole cõprimitur; & quia quidquid tenuis ſeroſique humoris ad venas arterioſas defertur, in bronchia pulmonis transfuſum, tuſsim excitat. Nihil tamen, quod effatu dignum ſit, cum hac tuſsi excreatur, quoniam cauſa tuſsim efficiens, extra thoracẽ eſt. Et ſi quidpiam illius intra thoracem continetur, id tenue, paucumq; exiſtit: quod autem tale eſt, tuſsi non educitur, vt Galenus docuit lib. 4. de *Cur nihil excreetur cum tuſsi.*

N locis

locis affectis cap.9.non longè à principio.Eſt hæc tuſsis iecoris inflammationem,& præſertim eam, quæ in illius gibbo exiſtit, ſymptoma concomitans.Qua de cauſa hydrope ſuperueniente perſeuerat: quo fit,vt illa in hac hydropis ſpecie, nec bona,nec mala cenſeri debeat:quemadmodũ nec vllum aliud ſignum, ex eis, quæ pathonomonica nuncupantur.Quare nihil contrauenit aphoriſm. 35.ſect.6 qui de ſuperueniente loquitur, dicens: Aqua inter cutem laborantibus tuſsis ſuperueniens,malum.Hinc eſt,quòd cum tuſsis aquæ inter cutem ſuperuenit,indicet,iecur non primogenia affectione laborare:aut, ſi laboret, ſolas gibbas eius partes inflammationem pati. Quæ tuſsis ob id peſsima exiſtimatur,quia oſtendit, malum tantùm eſſe adauctum,vt iam inſtrumentis reſpirationis communicetur;licet tuſsis hæc, & ſi proprium ſit ſignum,mala etiam cenſeri debeat,quia exitioſam comitatur affectionem,puta, hydropẽ, iecoris inflammationis occaſione contractum. Alterum ſignum eſt,pedum tumor,cuius cauſa ſuperiori com.eſt tradita. Tument enim pedes,quia cùm exangues,ac frigidi ſint,vt pote à fonte caloris longiùs recedentes,vaporem frigidum, atque craſſum,aut ſanguinem pituitoſum ad ipſos delatum,diſcutere nequeunt ob imbecillitatem.Vnde euenit,vt illi prius quàm aliæ corporis partes inflentur,& poſteriùs detumeſcant.Deiectio in hac hydropis ſpecie laborãtibus,dura eſt,ad quã duo conſequuntur;primũ,vt ſit pauca:alterũ, vt ægrè deijciatur.Primũ conſtat, nã deiectio, non aliter

Cur pedes tumeant.

Durã deiectionẽ duo conſequuntur.

fit

fit dura,niſi vbi plurimũ humidi illius diſcutitur, deperditurq́;:aut in corporis anadoſin trãſit. Hæc autẽ deiectionẽ ipſam efficiũt paucã, quæ ſi ſemel dura eſt,& pauca, neceſſariò difficulter excernetur,quia ob paucitatẽ non impellit facultatem expulſoriam,(quæ,auctore Galeno 1. de locis affectis cap.1.& 13.meth.capi.3. nunquàm,niſi irritata, operatur,)& ob duritiem,& ſiccitatẽ ægrè fertur. Gaudet enim expultrix facultas ſemper humiditate,vt Auicenna docuit 1.1.doctr.6. Aduerſus hęc afferunt Galenum lib.5.de locis affectis cap.7. vbi refert Siculum quẽdam cũ iecoris inflammatione non deijcientẽ,dura,ſed liquida,& cruenta,carnis loturæ ſimilia. Reſpondent cũ eodem Galeno illo loco dicente, in affectu prædicto aluum aſtringi, niſi vnà cum viſceris huius inflammatione, imbecillitatem excitari contingat. Eſt itaque in iecoris inflammatione aſtricta aluus,dummodo non adſit ſimul cum ea viſceris imbecillitas. Nec enim ſemper adeſt: nam ſtat,iecur inflammatione laborare citra imbecillitatem,vt Galenus docet lib.11. meth.cap.vlt.& lib.8.de cõpoſ. medicamentorum localium cap.7. Verũtamẽ hæc reſpõſio in pręſentia locũ non habet:quia quotieſcunq́; iecoris inflãmationi hydrops ſuperuenit,neceſſariò imbecillitas adeſt in viſcere : aliâs enim aqua inter cutẽ gigni nõ potuiſſet:quæ nõ aliter fit, niſi iecoris facultate in eſſentia lãguida exiſtẽte,vt dictum ſuperius eſt. Quapropter ſi aluus nõ deijcit, niſi dura, & ęgrè,ob id eſt,quia,vt Galenus in cõm.ait,quid quid deiectionis humidũ,ac tenue habetur,ad in-

Expultrix facultas irritata operatur.

Obiectio.

Reſponſio.

Prædicta reſponſio improbatur.

Duræ alui cauſa.

timã peritonei ſedẽ tranſmittitur. Hoc autẽ deie-
ctionẽ non ſolùm exiguã, aridamque reddit, verũ
etiã vrinã minuit. Talis ſimiliter efficitur deiectio
propter vehemẽtẽ iecoris, vel adiacentiũ mẽbro-
rũ calorẽ; quẽadmodũ 1. de criſibus ca. 11. animad-
uertit Galenus. Adde, quod à calore inflammatio
nis, omnis glãdularũ humiditas in meſereo exiſtẽ-
tiũ abſumitur; qua abſumpta, aluus adſtricta reddi
tur, deficiente nimirũ humore, quẽ, auctore Gale
no lib. 2. de ſemine cap. vlt. prædictæ glandulæ ad
faciliorẽ deiectionẽ, internæ inteſtinorum tunicæ
Doloris coli ri cauſa. per bonã valetudinẽ ſuppeditabant. Quocirca nõ
temerè à medicis quibuſdã harũ glandularũ exſic
càtio inter colici doloris cauſas reponitur. Adie-
cit in fine prognoſtici Hippocrates fieri circa ven
trem œdemata partim in dextra, partim in ſiniſtra
parte cõſiſtẽtia, ac deſinẽtia. Fiũt huiuſmodi œde-
mata, propterea ꝙ cutis vniuerſa pituitoſo ſangui-
nẽ nutritur, atq; idcirco ijs, qui aqua inter cutẽ la-
borãt non ſolũ in vẽtre, verùm etiã in cruribus pe
culiaria eſſe ſolẽt. Quæ cùm ſymptomata ſint alte
Oedematũ hydropicorũ curatio. rius diſpoſitionis, nulla propria, præcipuaq; cura-
tione indigẽt, aut, ſi qua egẽt, abũdè erit ipſa crura
perfricare, aliàs oxyrhodino, aliàs oleo cũ ſale, aut
etiã oxirhodino ſal habẽte, ita tradẽte Galeno lib.
14. meth. ca. 4. & lib. 2. de arte curatiua ad Glauco
nẽ cap. 3. Finẽ hic, præſenti cõmentario imponerẽ
niſi præcedẽti enarratione diſputaturũ me pollici
tus fuiſſem, quænã triũ hydropis ſpecierum dete-
rior ſit, aut periculoſior. Quãobrem vt promiſsis
ſtemus, differẽda à nobis modo hæc controuerſia
eſt,

eſt,in qua auctorũ grauiſsimi ſummoperè diſſentiũt.Nam vetuſtiſsimus Aretęus lib.2.de cauſis,& ſignis diuturnorũ affectuũ in 1.cap.anaſarcam omnibus difficiliorẽ eſſe dixit.Quã etiã ſentẽtiam ſequi videtur auctor lib.4.de ratione victus in morbis acutis com.111.inquiens,hypoſarcam vitari nõ poſſe,cùm hominẽ aggreditur. Verùm Aëtius lib. 3.ſerm.2.cap.20.intrepidè aſſeu̧rat tympanitem, periculoſiorẽ eſſe,& ad curandũ difficiliorẽ. Auicenna tamen 14.3.tract.4.capit.4. ſimiliter & Raſius lib.diuiſionũ cap.65. aſcitem cunctis alijs deteriorẽ eſſe arbitrantur. Cui verò iſtarũ opinionũ ſit accedendũ,decernere non leue negocium eſt, cùm vnicuiq; fortiſsima faueant argumenta. Teneo tamẽ, Auicennæ ſententiã cæteris veriorẽ eſſe,& rationi magis conſonam.(Nam omitto ꝙ nomen hydrops,magis propriè de aſcite,quã de alijs dicitur,vt Gẽtilis Auicennæ interpres 14.3.tract. 4 cap.4.dubio 5.animaduertit:quod & experientia confirmat.Nã per hunc morbũ aqua plus abũdat,quàm per alios:Latinaq; dictio,aqua inter cutẽ,ei reſpondere magis videtur.)ratione eius veritas eluceſcit.Nam illa hydropis natura deterior & difficilior cenſetur,quæ à deterioribus,& difficilioribus prouenit cauſis,& quã peiora ſymptomata comitantur:hanc autẽ aſcitem eſſe facilè cõſtare poterit,ſi ortum eius inquiſierimus,& ſymptomata,quæ hoc malũ ſequi ſolent, conſiderauerimus.Oritur namq; à vehementiori hepatis frigiditate,vt Galenus eſt auctor lib.4. aphor. com.11. quod etiam ratione poterit confirmari. Nam mi-

Auicennæ ſentẽtia probatur.

nor eſt frigiditas,quę generat flatum,& phlegma crudum, quæ duo faciunt tympanitem,& anaſarcam,quàm quæ generat aquam, quæ efficit aſcitem. Ex quibus facilè deducitur,per hunc hydropum, maiorem adeſſe iecoris imbecillitatem, quàm per alios: ſiquidem Galeno auctore lib. 4. meth. capit. 2. imbecillitas ab intenſa intemperie prouenit. Cauſæ itidem,quæ aſcitem præcedunt, peiores multo ſunt cauſis reliquos hydropes præcedentibus. Antecedunt enim aſcitem in vniuerſum iecinoris inflammationes,malignæ febres,& alia huiuſmodi,quæ ſpiritus innatos diſcutiendo, & genuinum calorem diſsipando, ac digerendo viſcus ad ſummum languorem perducunt. Symptomata ſimiliter in hac hydropis ſpecie deteriora multò ſunt, & difficiliora, quàm in alijs, ſitis nempè inexplebilior,& magis excrucians,& continua ferè in ſubiectas partes à cerebro deſtillatio, aſcendente ad caput materia tenui, & aquoſa in vaporem ſolui apta. Ad hæc etiam oppreſsio,ſuffocatio,ſpiritus difficilis,ob aqueam materiā multam,replentem ventris cauitatem,& totam abdominis regionem occupantem;crebræ ſyncopes refudante materia ad ſpiritalia inſtrumenta,& corruptis vaporibus ab humore ſeroſo elatis aſsiduè cor ipſum petentibus. Quæ omnia in alijs hydropibus non eueniunt,vel,ſi eueniūt,remiſſa admodū ſunt:nec,vt in aſcite,ſæua. Curatio etiā difficilior eſt,& operoſa magis,vt liquet ex Raſio, loco ſuperiùs citato. Nam materia aquea& ſeroſa, cùm in ventris capacitate coarctata extra venas continetur;

Quæ cauſæ aſcitem præcedant.

Aſcitis curatio difficilior.

netur;nec per vrinam, nec per vomitũ, nec per vẽtrem inferiorem facilè poteſt educi. Adde,accidẽtia(cùm in hoc affectu ſint ſæuiſsima),aſsiduè vniuerſam curationẽ ad ſe reuocare: ipſamq; crebrò interpellare.

¶ Veruntamen & ſi hæc vera ſint,& ex antiquorũ penu deſumpta,non deſunt tamẽ,qui priorẽ ſententiã,argumentis compluribus victi,veriorẽ eſſe arbitrentur. Quorũ primũ ex Galeno ſumunt lib. 1.de criſibus cap.12.dicente; Quanto plures cuiusque generis inſtrumentorũ actiones,aut vires impeditæ fuerint,aut ex toto perierint,tanto morbũ eſſe deteriorem. Quocirca cùm in anaſarca plures lædantur operationes,ſanguifica nempe,& nutritoria;in reliquis verò pauciores,puta,ſola ſanguifica,colligunt,anaſarcam reliquis eſſe deteriorem. Rurſus,morbum toti communem,vt anaſarca,deteriorem iudicant,quàm particularem, qualis eſt aſcites, aut tympanites. Ad hæc,morbus præſtantiorem operationem vitians,peior eſt:talis autem eſt anaſarca, cum vitiet nutritoriam, cui inſeruit coctrix,quæ ſola in alijs hydropibus vitiatur. *Quæ pro priori ſententia faciãt*

¶ Præterea,ex morbis,qui euacuatione curantur, ille difficilius ſubmouetur,cuius materia magis recedit à vijs ductuum,vt hypoſarca;quàm qui minus,vt aſcites,& tympanites. Atque his quidem rationibus contendunt,ac decertant, anaſarcũ hydropũ, cæteris eſſe deteriorem: quæ ſi penitiùs conſiderentur,facilè ſolui poſſunt. Nam primæ dicendum,interdum vnius operationis,aut facultatis læſionem deteriorem eſſe læſione duarum, *Argumentorum ſolutio.*

 quando

quando vnius facultatis delictum maius multo eſt, ac vehementius, quàm delictum duarum. Cõpertum ſit, in Dione ſolam ſanguificam facultatem intenſè laborare; in Theone autem ſanguificam, & nutritoriam leuiter tantùm affici. Læſio vnius facultatis Dionis, quia intenſione, & vehementia duarum Theonis læſionem excedit, ideo illis deterior iudicatur. Quo modo eſt intelligendus Galenus cùm inquit, morbum plures operationes offendentem, deteriorem eſſe, quàm ille, qui pauciores vitiat. Quod verum eſſe eſt arbitrandum, dum modò impedimenta ſint æqualia; & vitium paucarum; non excedat magnitudine læſionem multarum. Nam ſi exceſſerit, continget morbum pauciores operationes infeſtantem deteriorem eſſe altero plures lædente. Quapropter, cùm peccatum ſanguificæ facultatis in tympanite, & aſcite, maius multo ſit, quàm peccatum ſanguificæ, & nutritoriæ in anaſarca: conſequitur, quamlibet illarum hac eſſe deteriorem. Eſſe verò ſanguificæ facultatis peccatum maius multo in tympanite, & aſcite, quàm in anaſarca, clariùs eſt, quàm vt multis oſtendi debeat; quia tanto magis fruſtratur ſanguificatio in generatione aquæ, & flatus, quàm in generatione phlegmatis, quanto magis diſtant duo illa à ſanguine ipſo, quàm phlegma. Pituita enim alimentum eſt ſemiconcoctum, & quæ parum à ſanguinis natura recedit: aqua verò & flatus, ne alimenta quidem dici poſſunt: multumque à ſanguine ipſo diſtant, nec vnquàm nutriendi facultatem adipiſcun-

piſcuntur. Atque ita quidem primæ argumentationi reſponſum volo. Secundæ verò dicendum, verum non eſſe in anaſarca, nutritoriam facultatẽ vitiari, in tympanite autem, & aſsite nihil offendi. Nam cùm, teſte Galeno lib. 1. de naturalibus facultatibus cap. 11. nutritio tribus actibus conſtet, nempe appoſitione aliméti ad membra nutrienda, agglutinatione; & aſsimilatione eiuſdem; conſtat, facultatem hàc magis labefactari in aſcite, & tympanite, quàm in anaſarca. Nam in anaſarca, vt ex Galeno loco citato colligitur, ſolùm agglutinatio, & aſsimilatio læduntur, appoſitione illæſa manente. Apponitur enim in ea alimentum, non tamen agglutinatur, nec aſsimilatur: verùm in aſsite, & tympanite omnes tres actus virtutis nutritoriæ abolentur, cùm ne alimentum quidem apponatur, nec ſi apponeretur partibus nutriendis, vniri, & aſsimilari poſſet: qua de cauſa illæ emaciantur, & atrophia laborant. Negandum non minus eſt in anaſarca longius diſtare humorem noxium à vijs ductum, quàm in aſsite, & tympanite. Nam cũ in his hydropis naturis materia extra vaſa contineatur, ſi per aluum, aut vrinam illa eſt euacuanda, neceſſariò in venas iterum debet remeare. Ex quo fit, vt à corporis emiſſaculis longiùs recedat, & difficilius educatur, quàm illa, quæ iam in venis continetur. Adde, multas eſſe tollendę anaſarcæ occaſiones: ſubmouetur ſiquidem affectio iſta per venæ ſectionem, præſertim ſi à ſuppreſsis mẽſibus, aut retentis hæmorrhoidibus traxit originẽ; vt Paulus lib. 3. cap. 48. & Trallianus lib. 9. cap. 2. li-

Secundæ obiectionis ſolutio.

Tertiæ obiectionis ſolutio.

teris prodiderunt. Quin imò hic hydrops ſolus cùm incipit, Galeno teſte. 4. lib. de ratione victus acutorum com. centeſimo vndecimo, interdum ſanguinis detractione indiget: quando ſcilicet ex retentione prædictarum euacuationũ, vel ex quapiã alia, quæ ita pletorica ſit cauſa, inceperit. Tympanitem verò & aſcitem, vt idem Galenus ait, nullus per ſanguinis miſsionem ſanare eſt auſus. Tollitur itidẽ anaſarca per copioſum alui profluuiũ, & per medicamenta digerentia, ac vrinas cientia, ac ſudores prouocantia. Accedit eò, humorẽ euacuandum, in ampla vaſorum capacitate contentũ, promptè obedire purgationibus: ex quibus omnibus ſanationis accedit facilitas. Maiorem tamen difficultatem obtinet argumentum, quo aliqui probare nituntur, hydropem tympanitẽ alijs omnibus eſſe deteriorem. Nam ſi hydrops perpetuò ex ſanguificatione fruſtrata generatur, illa ſpecies erit deterior, in qua magis fruſtratur ſanguificatio. Quapropter cum hãc in tympanite magis fruſtrari arbitrẽtur, quàm in alijs hydropis ſpeciebus, colligunt tympanitem eſſe deteriorem. Minorem probant, ex eo, quòd magis recedit ab ipſo ſanguine flatus, quàm recedat aqua, vel pituitoſus humor. Quare quanto in illo, quàm in his maiorẽ receſſum inueniunt, tanto in tympanite ſanguinis generationem magis vitiari exiſtimant. A ſanguinis natura minus recedere pituitam, & aquam, quã flatus, patet; quia, Galeno auctore, pituita, ſanguis eſt ſemiconcoctus, & omnes humores ſunt aquei, vel de aquea natura, vt cenſet Iſaac lib. elementorum,

Ex hydropis generibus anaſarca ſola ſanguinis miſſione curatur.

Quæ pro ſecunda opinione ſtent.

rũ&, Auicen. ſentire videtur.1.1.doct.4.cap.1.hu morem definiens & corpus humidum liquidum. Cui obiectio(ni mea me fallit opinio) reſponderi debet, quòd ſi tota maſſa ſanguinea in iecore exiſtens, in tympanite conuerteretur in flatus, verum eſſet quod aſſumebatur, nempè magis intercidere in tympanite officium ſanguificationis, quàm in aſcite. Verùm quia in illa minor ſanguineæ materiæ portio in flatum commutatur, maiori eius parte intra ſanguinis formam manente: in aſcite tamen tota ferè conuertitur in aquam: hac de cauſa non tenet verum quod aſſumptum eſt: magis videlicet fruſtrari ſanguificationem in tympanite, quàm in aſcite. Minorem verò ſanguineæ materiæ portionem in tympanite in flatum commeare, & maiorem in aſcite in aquam conuerti, argumẽtum eſt, quòd partes omnes noſtri corporis citiùs, & magis emacientur, & areſcãt in aſcite, quàm in tympanite; quod non alia occaſione, quam ob maiorem benigni alimenti penuriã euenire eſt arbitrandum. Dici etiam poteſt, quod licet ratione cauſæ, hoc eſt vitiatę ſanguificationis, quæ hydropis cauſa exiſtit, tympania poſsit dici deterior, ratione tamen ſymptomatum, & difficultatis admittendi curationem, aſcites peior, ac difficilior habetur. Nam ſymptomata, quæ aſcitẽ comitari ſolent, dira admodum ſunt, ac multo, quàm aliorum hydropum ſymptomata, maligniora; & ſpiritus flatuoſus nõ ſic obſiſtit curationi, ſicut humor aquoſus. Nam à medicamentis diſcuſſorijs facilè attenuatur, & in ambientem nos aërem non multo

Prædictæ obiectionis ſolutio.

In aſcite citius areſcũt mẽbra quã in tympanite.

Obiectio. multo negocio diſsipatur, ac euolat. Sed aduerſus hæc obijciet aliquis, minus benè dictum eſſe, tympanitem à deteriori prouenire cauſa, quandoquidem ipſa à minori iecoris intemperie proficiſcitur. Oſtenſum enim ſuperius eſt à maiori hepatis frigiditate oriri aſcitem, à minori tympanitē. Cui *Obiectionis dilutio.* reſpondendum eſt, quòd in omni hydrope hepatis operatio læditur, quæ ſanguinis eſt generatio; verùm in aſcite, & anaſarca læditur imbecilliter: fungitur enim in eis iecur officio ſuo, debiliter tamen, cum nequeat ſumpta cibaria pro ſuo munere exactè concoquere, ſed alterari quidem cœpta multo à ſanguinis mediocritate relinquũtur: maior tamen adeſt huius functionis imbecillitas in aſcite, minor in anaſarca. At in tympanite iecoris actio deprauatè procedit, cùm in alienam naturam alimenta ipſa conuertantur. Fit enim actio imbecillis, ab imbecilli hepatis calore: deprauata verò non ſimpliciter à calore naturali imbecillo euenit, ſed cum miſcella caloris præter naturam deprauato: aliter namq́ue tanta flatuum multitudo gigni non potuiſſet, qui teſte Galeno, à caloris alicuius præſentia originem ducunt. Quapropter licet iecoris frigida intemperies in aſcite ſit intenſior, in tympanite tamen eſt deterior, quia cũ miſcella caloris extranei fit. Quare dicendum, hydropis cauſam quam in præſentia conſideramus, læſam eſſe ſanguinis generationem, eandemq́ue in aſcite, & anaſarca lædi debiliter, in hac minus, in illa magis: at in tympanite læditur deprauatè, quia in alienam naturam humores tranſmutantur;

tur: quo fit, vt iſta quàm aliæ deterior reputetur, quia actiones deprauatæ, prauiores ſunt imbecillibus. Veruntamen cùm prauitas iſta exiguam in tympanite ſanguinis portionem labefacter, imbecillitas verò in aſcite cauſa ſit, vt vniuerſa ferè ſanguinea maſſa in aquoſum humorem vertatur, dicere adhuc poſſumus, aſcitem, non ſolùm quo ad ſymptomata, verùm etiam quo ad originem tympanitæ perpetuò eſſe deteriorem. Permiſcentur inter ſe hæ tres hydropis ſpecies; anaſarca, cũ aſsite; aſcites, cum tympanite; tympanites, cum anaſarca: & nonnunquam omnes ſimul, ſic vt rarò reperiantur ſinceræ, & præſertim quæ tympanites vocatur. Sed nec ab re, aut à præſenti enarratione alienum erit, dicere, quæ ætates in quã hydropis naturam ſint procliuiores. Nam vt ait Aretæus, eſt hæc omnibus communis calamitas, viris, mulieribus, & cuicumque ętati, præterquàm quòd alij in aliam ſpeciem ſunt propenſiores. In vocatã enim anaſarcam, & leucophlegmatiã, eiuſdẽ Aretæi ſententia, pueri facilius incidunt: iuuenes autẽ ad conſiſtendi vſque ætatem inundationi ilium ſunt obnoxij: at ſenes, ait, omnibus generibus eſſe expoſitos, quia inopes ſunt caloris: frigida enim ſenectus eſt. Hydropis initia cum incipiente impregnatiõe ita ſunt ſimilia, vt facilè tyronibus medicis imponant, putantibus incipientem impregnationem, hydropis eſſe initium: vel contrà. Veruntamen facilis eſt diſtinctio. Nam in hydrope (vt libr. de ſignis medicis Syluius animaduertit) corpore ſupino totus venter extenditur: in mola autem

Actiones deprauatæ imbecillib' prauiores.

Quæ ætates in quam hydropis naturã ſint procliuiores.

Hydrops ab incipiẽte impregnatiõe quomodo ſeiungendus.

autem, vel conceptu, ſub vmbilico tumor eſt.

PROGNOST. IIII.

Si verò caput, manus, ac pedes frigidi ſunt, ventre, coſtiſq; calentibus, malum eſt.

COMMENTARIVS.

Quot modis refrigerari extrema cõtingat.

EXtrema refrigerari, multis modis cõtigit. Primo (vt in comm. & ſect. 7. aphor. enarratione prima Galenus ait,) in morbis diuturnioribus, propter caloris imbecillitatem haudquaquam ad corporis partes extremas peruadere valentis, ſed in intimis deliteſcentis. Veruntamen talis extremorum frigiditas minimè damnanda eſt, vtpote morbis ipſis congruens, atque conſentiens, multoque minus damnari debet, ſi ijdem morbi ſine febre ſint, & tempus fuerit hiẽs, ac ætas ſenilis, iuxta id, quod aphor. 34. 2. ſect. Hippocrates docuit. Refrigerantur rurſus extrema, hoc eſt manus, caput, aures, nares, ac pedes, auctore in comm. Galeno, per quorundam acutorum morborũ incurſiones cũ rigore, aut frigore euenientes, quas 2. aphoriſm. ſectione. comm. 1. dixit annotationes nominari. Sed hæc frigiditas ſimiliter à progn. præſenti excluditur, de extremorum frigiditate cum ventris, ac coſtarum calore loquente: cùm tamẽ per iam dictos morbos acutos (ſi Galeno in comm. creditur) non tantùm refrigerentur extrema, ſed etiam partes omnes, quæ circa thoracem, ac ventrẽ exiſtunt. Vt interim ex hoc Galeni loco colligas, aliquas febres intermittentes, acutas eſſe; quãdoquidem ſolæ hæ ſunt, quæ cum rigore inuadunt, dicente Galeno lib. 2. de diff. febrium cap. 10. & libr.

Aliquæ febres intermittẽtes ſũt acutæ.

2. de

2.de cauſis ſymptomatum cap.5.proprium eſſe cótinuarum non apprehendere cum rigore,aut cum horrore. Hoc dixi propter tertianam intermittentem,quam nonnulli falſò acutum eſſe morbũ negant. Verùm de hac re latior dabitur diſputãdi occaſio lib.3.circa progn.32.nunc verò præſens propoſitum proſequendum. Prædictæ enim febres intermittentes,& ſi acutæ ſint,& longiſsimas,atq; vehementiſsimas habeant acceſsiones, periculo tamen vacant: quare non comprehenduntur ab Hippocrate ſententia præſenti. Periculo autẽ eas vacare ex aphor.34.lib.4.conſtat. Nam vt in illius enarratione ſcribit Galenus, quæ in quietem febrem vacantem deſinunt,non ex inflammatione, nec ex maligna humorum putredine ortũ habẽt: neutra ſiquidem harum ad infebricitationẽ peruenire poſſet. Cùm tamen extrema refrigerantur ventre,atque coſtis vehementer calentibus,valdè pernicioſum eſt: quia magna aliqua inflammatio in viſceribus ſignificatur, quæ ad ſe trahit, modo cucurbitulæ,ex toto corpore ſanguinem. Quapropter ijs,qui ita ſe habent,viſcera peruruntur: extremæ autem partes refrigeſcunt propter defectũ ſanguinis,& ſpiritus ad viſcera ſe recipientis. Horum plerique, quemadmodum 7.ſect.aphor.enarratione.1.ſcribit Galenus, ne tegumenta quidem ferre poſſunt, propter incendium,quod in viſcere ſentiunt:de quibus loquens Hippocrates ſuprà lib.1.ſententia.16.dicebat: Si verò nudos habeant pedes,nec admodum calidos,manus,ceruicem,& crura diſpergat inæqualiter,malũ eſt: indicat enĩ inquie-

Febris tertiana acuta eſt morbus.

Extrema refrigerari coſtis vehementer calẽtibus pernicioſum.

inquietationem. E Galenus ſect.4.aphor. comm. 48. partes interiores vri, exterioribus refrigeratis, euenire dixit, ſolis febribus, quæ cauſi, ab incẽdio nominantur, perniciofis, vel (ſi aliter libeat appellare) valdè malignis, veluti lipyrijs. Quas tamẽ febres libr.2. de criſibus cap.7. explicat, dicens: Et febris ardens maligna, vel pulmonis, vel hepatis, vel ventriculi, eriſipelatibus aduenit. Nec ſolùm in harum partium inflammationibus prædictum reperitur ſymptoma, verum etiam citra inflammationem in febribus ex maligna aliqua putredine ortum habentibus ſæpenumerò cõſpici ſolet. Huius generis peſtilens febris cenſetur. Nam hæc vt 4.1.tract.4.cap.2. ſcripſit Auicenna, quieta eſt exterius, intus verò inflammans, atque conturbans. Porrò partes exteriores, quæ per iam dictas febres à frigiditate occupantur, à medicis febrire non dicuntur, febris eſſentiam illis in calore non in frigiditate conſtituentibus. Nec enim neceſſe eſt calorem præter naturam in febrietibus animalibus in corpus vniuerſum extendi. Sed ſatis eſſe putat Galen.lib.6.epid.part.1.comm.antepenult. ſi in plurimis ille, & maximè præcipuis partibus contineatur. Extenditur autem, ac diſſeminatur quoquo verſum ad extremas vſque partes, quando à cauſis alijs non impeditur. Huiuſmodi ſunt ingens externarum partium frigus, magnitudo inflammationis viſcera obſidentis, febris malignitas, & naturalis caloris imbecillitas non potentis ad extima vſque pertingere, quod in ſenioribus euenire videmus: qua de cauſa dixit Auicenna. 1.4.tract.2. cap.6.

Maligna febris ardens quas inflammationes ſequatur.

cap.6.eorum febres eſſe ſepultas, hoc eſt in intimis deliteſcentes. At obijciet aliquis, cordis calorem neceſſariò in omnem corporis locum influere: nam eo deſtitutæ partes, illico vita priuantur: ergo vna etiam influet & febrilis, quandoquidē actu nō diſtinguuntur, ſed idem numero exiſtūt. Cui dicendum eſt, in malignis febribus, & alijs, in quibus extrema refrigerantur intimis exuſtis, vel admodum incaleſcentibus, calorem cordis haudquaquam in partes, quæ à frigore occupantur influere, ſed calore innato, quem habent, quemque à primordijs contraxerunt illas eo tēpore viuere: quo aliquo dierum ſpacio ſine cordis influxu ſeruari poſſunt. Nec hoc alienum eſt à Galeni doctrina lib.1.de locis affectis, in fine dicentis, naturalia inſtrumenta, ſi eorum eſſentia diu durare poſſet, nec venis, nec arterijs indiguiſſe, eo quòd inſitam obtinent facultatem, qua propria munia obire queunt. Quoniam tamen (ſubdit) ſine nutrimento, & caloris influxu eſſentiam diu, & caloris ſymmetriam cuſtodire nequeunt, ideò & venis, & arterijs opus habuiſſe, vt demandetur eis à corde calor per arterias, & à iecore nutrimentum per venas: ſed de hac re ſatis: quare ad inſtitutum denuo reuertamur. Porrò non tantum in præfatis diſpoſitionibus extremarum partium euenit frigiditas, verùm etiam ſi Galeno creditur libro.7.aphoriſ. cōm.26.in animi defectu, & quando calor natiuus extinguitur, vel à multitudine, & præſertim frigida, ſuffocatur. Accidit non minus propter dolorē vehementem medias corporis partes occupan-

tem, ob quem natura in ſe ipſam contrahitur, ad eamque conſequitur, ſanguinem, non ſolùm extremas corporis partes, veluti manus, & pedes, ac caput, derelinquere; ſed etiam cutim vniuerſam. Quæ ſanè frigiditas licet ſine viſcerum inflammatione fiat, extra periculum mortis non eſt: quoniã in forti dolore primorum membrorum facultates adeò atteruntur, & defatigãtur, vt timor ſit de omnimoda earum diſſolutione: cùm teſte Galeno ſuprà lib.1.com.34. vires dolor exſoluat. Poteſt vice verſa intelligi prognoſticum præſens ſic, vt calor ſit in partibus externis, & frigus, vel ſaltem remiſſior caliditas, in internis; quæ diſpoſitio præcedẽti non minus exitioſa cenſetur: de qua loquens Auicenna.2.4.tract.1.cap.43.&.48. inquit: Exitus vaporis calidi ex cute cum anhelitu frigido, eſt ſignificatio pernicioſa: & non fit, niſi quia caliditas cordis finita eſt. Deſumpſit hoc Auicenna ab Hippocrate libr.6.epid.parte.4.aphor.30. vbi ait: Inter lethalia ſigna recenſetur vapor calidus, per cutem vacuatus; idque ſi prius frigidum ſpiritum nares emiſerint. Non abs re autem poſtrema hęc verba adiecta ſunt. Nam ſi is ſpiritus haud anteceſſerit, calidus vapor per cutem exiens, acceſsionis declinationem poterit ſignificare: quemadmodum idem Hippocrates innuere voluit lib.1. de ratione victus in morbis acutis. com. 46. ſcibens in hunc modum: Tunc ſorbitionem dare oportet, cum caliditas ad pedes deſcenderit: quæ verba enarrãs Galenus ait: Declinatio contrarium, quodam modo, principio modum habet, perſpirãte, ſcilicet, calidi

Dolore vires atteruntur.

Quando calidus vapor per cutẽ exiens, mortem præoſtendat

Declinatio acceſsionis contrarium quodãmodo prĩcipio modũ habent.

caliditate,atque medium corporis relinquente:quod vno oſtẽdit verbo,inquiens:Tũc ſorbitionẽ dare expedit,cũ ad pedes calor deſcenderit.Nec enim idẽ eſt,calidos ex frigidis fieri pedes,& caliditatem in eos deſcẽdere:nã deſcẽdere,& cõmutationẽ quandã caliditatis ex vna parte in aliã,manifeſtat. Fieri aũt põt, vt pedes calfiant manẽte in corporis medio,calore,quod in vigore ipſo cõtingit. Hęc Galen. Veruntamen dicet aliquis,ſi prædicti ægrotantes, qui frigidum efflant (de quibus Hippoc.6.epid. citato loquitur,& ſimiliter ſupra libr.1. progn.24. verba fecerat)febricitant,&febris omnis,calor eſt accenſus in corde:qui fieri poteſt, vt hi frigidum ſpiritum ex ore emittant? ſiquidem talis oſtendit non ſolum calorem accenſum non eſſe, ſed eum qui antea præerat, adeò eſſe remiſſum, vt aërem inſpiratum calfacere, quemadmodum ſanitatis tempore non valeat. Cui reſpondendum eſt,caloris febrilis quantitatem,caloris naturalis quantitate metiri : ita enim cenſet Auerroes lib. 7.collect. cap.2. extraneum calorem à naturali ramificari. Quocirca in quibus calor naturalis languidus eſt, non poterit febrilis magnus exiſtere.Hoc manifeſtis verbis docuit Hippocrates libr.1.aphor. Nam reddens cauſam, cur febres ſenibus non ſimiliter acutæ fiant,inquit:frigidum enim eorum corpus eſt, hoc eſt,parum calidi innati obtinẽt,quo plurimo adoleſcentes pollere dixerat. Quapropter cum in iam dictis frigidum ſpiritum ex ore,& naribus ſpirantibus,naturalis calor adeò ſit exiguus, vt extinctioni ſit valdè proximus, febrilem eius

proportionem ſeruare conſequens quidem eſt: adde in prædictis calorem magis offendere malignitate,& pernicie,quam intenſione & vehementia.Sed de his alibi:quare nos ad Hippocratẽ enarrandum accedamus.

PROGNOST. V.

Optimum verò eſt,ſi corpus omne æquè calidum,molleq́; eſt.

COMMENTARIVS.

CONtra Hippocratis mortem præſens cótextus prolatus eſt:ſiquidem; vt infrà comm.13. ipſe Galenus ait; conſueuit ex vna ſententia oppoſitam deducere,quod in præſentia facere poterat: nam ex ea,quę præceſsit,quę modo dicta eſt, ſubintelligi potuit. Si namque malum eſt, medijs corporis partibus calfactis,refrigerari partes extremas,bonum erit,corpus vniuerſum, æquè calidũ, molleque eſſe.Quia quod ęqualiter calidum corpus eſt,indicat,nõ vexari inflammatione,nec dolore vehementi , nec caloris extinctione. Pariter etiam bonum eſt, medicum , per acutos morbos ægrotantis habitum,vndique mollem percipere: quoniam mollities hæc oſtendit, corpus non eſſe diſtentum inflammatione, nec ab inſito humore eſſe exhauſtum. Demonſtrat præterea febrilem calorem ſquallentem non eſſe; nec admodum aridum,aut mordacem haberi.Nam ſi quod horum exiſteret, corpus molle eſſe non poterit:quemadmodum ſingulas harum cauſarum perſcrutanti exploratius fiet.

Corpus vniuerſumæquè calidũ,molleque eſſe, cur bonum.

PROGNOST. VI.

Facile autem conuertatur ægrotans,ſitq́; reſurgendo leuis,oportet.

COMMENTARIVS.

GEneralis eſt hæc doctrina,& omnibus acuto morbo laborantibus communis, non ſolùm dolentibus peculiaris. Vnde antiquus interpres præſentem contextum vertens, nullam de dolore mentionem fecit, ſcribens in hunc modum:Conuerti autem conuenit facilè ægrotum, & in attollendo ſe,leuem eſſe oportet. Quod ſi velis ad ſolos eos, qui dolore conflictantur, ſententiam reſtringere,nihil refert. Nam auctore Galeno lib.2. de victu acutorum comm.48.ob dolores ſæpius ægri ſine pulſu redduntur,animique deliquia incurrunt, & ſeipſos nequeunt mouere. Nec ab re quidem,quia eiuſdem Galeni, & Hippocratis teſtimonio, fortiſsimum, & ad vires proſternendas omnes, mortemque ciendam validiſsimum ſymptoma dolor eſt, niſi quis viribus abundet,& firma ſit compage præditus. Quapropter ſi quiſpiã æger dolore obſeſſus,facilè ab vno in alterum latus deuoluatur, vel in lecto reſideat, aut cùm ſurgit,ad hoc vt lectus ſternatur, vel ad egerendum, vel mingendum, leuis exiſtat, ſeruorum adminiculo non egens, bonum eſt indicium, ſignificans animalem facultatem robuſtam adeò eſſe, vt dolori non ſuccumbat, nec à vehementiſsimo ſymptomate vincatur. Sunt enim, vt in comm.& alijs pleriſque locis affirmat Galenus, tres facultates,

Dolor validiſsimũ ſymptoma.

Facultas cor- pus guber- nãs triplex. corpus noſtrũ gubernãtes:ex quarũ robore depẽdet ſalus totius,quẽadmodũ ex earũ imbecillitate totũ corpus periclitari cogitur. Quapropter optimè à Galeno præſenti enarratione dictũ eſt,ſummã totius pręſagitionis in morituris,cõualituriſq; eſſe quoties vis ęgrotationis cũ ægri facultate cõfertur.Nã ſi morb⁹ maior eſt,ſic,vt nec naturæ beneficio, nec artis adminiculo poſsit fieri minor, æger omnino morietur,ſi debilior,quã ęgri facultas,haudquaquã morietur:dũmodò nihil extrinſecus cõmittatur. Ex quibus clarè intelligitur corruere argumentũ,quo nõnulli probare nituntur parte artis curatiua opus non eſſe, ſed ſufficere diagnoſticam,& prognoſticam:quoniam multi morbi ſunt, qui licet virtute ſint maiores, artis tamen auxilijs minores redduntur. Et hoc eſt quod Galenus libro. 1. de locis affectis cap. 2. iuxta calcem innuere volebat, quando inquit: affectus exiguos ſeparatis cauſis facientibus, illicò finiri; natura videlicet ipſos ſanante, illoſque duntaxat externo egere auxilio, quos ob magnitudinem natura vincere non poteſt. Vndè

Summa præ ſagiendi ar tis.

Auerrois ſententia. Auerroës libro. 7. collectaneorum capite. 31. inquit: Cum dominio abſoluto morbi, etiam iuuante medico, non fit euaſio, niſi in feralibus complexionibus. Quia contingunt monſtra in hac arte, ſicut in natura: in dominio verò abſoluto naturæ, excuſatur hæc ars: in dominio verò medio, poteſtas, ac dignitas artis huius eluceſsit, vt mortales ſalubres reddat, & vt ſalubres celeriùs & ſine querimonia

nia

nia terminentur. Itaque ſi medicus coniecerit morbum adeò eſſe vehementem, vt nullis artis moliminibus poſsit à natura ſuperari, curatio tentanda non eſt: quia vt.2. ſect. aphor. commentar. 29. à Galeno ſcribitur, victis non oportet adhibere manus. Et libro. 11. method. capit. 9. dicebat: In quo enim deſperata omnino ſalus eſt, imprudentis conſilij eſt, apud vulgus infamare præſidia, quæ multis fouêre ſaluti. Veruntamen ſi virtus tanto interuallo morbum ſuperarit, vt ſola per ſe ſufficiat morbum deuincere, nihil moliendum eſt; ſed totum naturæ relinquendum, ſequentes Galeni præceptum libro. 1. de diebus decretorijs cap. 11. vbi ait, naturam ſæpè ſufficere: peccarique in hanc, extrinſecus cataplaſmate, in vnctione, & totius partis inſperſione. Quòd ſi natura ſic eſt morbo ſuppar, vt niſi adhibita purgatione, aut venæ ſectione, aut aliqua alia curatione, non poſſit ſuperior euadere, tunc purgatio eſt adhibenda, & vena eſt ſecanda, atque alia curatio eſt adminiſtranda. Ex his perſpicuum eſt, quòd ſi medicus cognouerit morbi naturam, quantum ſupra vires corporis exiſtat; vel vires corporis, quantum ſupra morbi naturam ſint; & cuiuſlibet exceſſus magnitudinem ad vnguem perpenderit, non ſolum mortem, vel ſalutem ægrotantis poterit prædicere, verùm etiam, quo tempore, num citò, vel tardè æger euadere, vel decedere debeat. Quod Galenus lib. de conſtitutione artis medicæ capit. 18. eleganti ſimilitudine nos docuit, in eum ſcri-

Deploratos non oportet curare.

Natura interdum omnino ſufficit

Similitudo. bens modum: Medicus quippè his duobus (morbo, inquam, & naturæ) quaſi colluctantibus animum intendit ſemper: atque dum diſcernit quodnam horum robuſtius ſit, primum quidem ſuum de ſalute hominis, aut interitu præſagium depromit: deinde verò, quo alterum altero fortius eſſe nouit, eo & præfinitum illius tẽpus agnoſcit. Nec mirari quiſpiam debet, ſi quis robur vtriuſque rectè perpendens, victurum tandem deprehendat: *Gymnaſta medico ſimilatur.* cùm videamus quamplurimos gymnaſtas ex primis ſtatim motionibus, quibus contra ſe inuicem luctantes feruntur, victurum pronunciare: & ſępè ante partam victoriam, quòdque celerrimè aduerſarius ſuccumbet. Hoc autem agunt, cùm alterum altero viderint validiorem. Quare ex alia nulla exercitatione, ſalutem, aut interitum prænoſcet, præterquam, ex exacta virium, tum morbi, tum naturæ notitia; ex qua etiam præfinitum tempus exquirit. Vt enim celerrimè ſoluendus morbus eſt, cùm validiores vires fuerint, ita citò mors aduentabit, ſi hę imbecilles ſint, morbus verò fortior. Sed magnitudo exceſſus horum, tempus indicat, quo hęc futura ſunt. Ab his igitur ſcopis habet medicus, vt futurorum ſit præſagus. Qua verò exercitatione ipſe hos prænoſcat ſcopos, in libris noſtris de iudicijs abundè actum eſt: tamen in his quoque in præſentia vniuerſalem methodum, vt in alijs omnibus factitatum eſt, explicabimus. *Naturæ robur vnde deprehẽdatur.* Naturæ robur ex proprijs illius actionibus comprehendes: in primis autem ex pulſu; ſiquidẽ is eſt vitalis facultatis opus: morbi verò magnitudinem,

dinem, ex ſuis ſymptomatis. At quatenus alterum altero præualeat, coctio, cruditasve mõſtrat: quas ſubindè ex proprijs cognoſces excrementis. Placuit hanc longiſsimam referre orationem, propterea quòd pręſentis Galeni commentarij explicationi ſummoperè conferat: cuius cauſa vniuerſa hæc à nobis ſunt enunciata.

PROGNOST. VII.

Si verò grauis eſſe appareat, & reliquo corpore, & manibus, & pedibus, periculoſius eſt.

COMMENTARIVS.

DIctum eſt enarratione præcedẽti, totam pręſagitionis ſummam, in collatione, ſeu proportione magnitudinis morbi ad ægrotantis vires conſiſtere. Vbi enim morbi vis ægroti vires ſuperexceſſerit, perditionis ægri periculum imminet. Vbi verò contra accidit, ægrotum conualiturum eſſe, eſt ſperandum. Verùm tamen vt horum omnium notitiam aſſequamur, proximo commẽtario conſiderare præcepit Galenus ſigni vniuſcuiuſque ſpeciem, hoc eſt, ad quod genus virium, ſignum vnumquodque debeat referri, num animalium, vel naturalium, vel vitalium. Quam conſiderationem ſi ad vnguem vſque adhibuerimus, inueniemus certè, ſignum hoc, de quo in præſenti ſermone diſſeritur, quemadmodum & præcedẽs, ad facultatem animalem ſecundum locum mouentem attinere. Si namque facilè loco moueri, aut transferri, huius facultatis indicat robur; difficulter moueri, eiuſdem languorem, & imbecillita

Lib.3. met. cap.2.& 1. top.ca.8.& 30. proble. 7. & 11.

tem ſignificabit. Quia, teſte Ariſtotele, contrariorum eadem, atque ſimilis eſt diſciplina, vnoque cognito, extemplò & reliquum cognoſcitur. Itaq; ſi æger reſurgere non valet, minuſque crura mouere poteſt: ſi ambulare, aut ſurgere, aut ea cubando transferre tentet, bonum non eſt. Indigent etiam ægri interdum manuum miniſterio ad comedendum, vel ſcalpendum, aut ſe cooperiēdum, vel ad aliquid apprehendendum. Quod ſi hoc efficere nequeant, ſed ad hæc exequenda adſtātium adminiculo egeant, ſimiliter malum eſt. Nam licet ægri viuere, & à morbis euadere poſsint, etiam ſi ipſi per ſe huiuſmodi operationes non exerceāt (dicente Galeno lib.7.meth.cap.13. cerebri opus, cùm ſani ſumus, ad voluntarias actiones pernecеſſarium eſſe, ijs ſcilicet inſtrumentis, quibus huiuſmodi functiones obimus: cùm verò ægri ſumus, neceſſarium non eſſe niſi ijs tantum inſtrumentis, quæ ad reſpirationem ſunt deputata: cùm neceſſe omnibus non ſit, neruorum, ac muſculorum opera vti) non poſſe tamen eas exercere, valdè malum eſt, quia languor & exolutio maxima animalis facultatis in cerebro reſidentis ſignificatur, ſimiliter & corpus vniuerſum terreum eſſe effectum, quod contingit extincto in eo igneo elemento. Nam hoc, ſi Auicennę creditur. 1.1.doct.

Igneum elementū corpora ſubleuat.

de elementis miſtorum corpora ſubleuat. Terreū etiā efficitur corpus, hoc eſt frigidum, & ſiccum, parte ſanguinis tenuiori, atque calidiori reſoluta, & ſpiritibus diſsipatis: quia iſti ſecundum Hippocratis opinionem. 6.epid.p.8. impetum facere cōſueue-

Spiritus impetum facere ſolen.

ſueuerunt,quod oſtendunt tenera animalia moueri aptiſsima,præſertim vbi hæc aliquantulũ iam adoleuerint:vetula verò,& ſenio confecta, & ad hęc famelica ſedere,ac quieſcere appetunt, & ſi mouentur,propè inuita,nec celeriter id, ſi velint, poſſunt. Quoniam ſpiritus impetum facere conſueti,in his ſuperſunt perpauci: ob quam itidem ſpirituum, & tenuioris, calidiorisq́ue ſanguinis paucitatem,qui ex morbis conualeſcunt, & ſi iuuenes ſint,incedere vix poſſunt,niſi baculo ſuffulciantur,aut alterius humero ſuſtineantur. *Conualeſcẽtes incedere nequeunt.*

PROGNOST. VIII.

Si verò præter grauitatem,vngues quoq;, ac digiti liuidi fiant,expectanda mors continuò eſt.

COMMENTARIVS.

SIgno præcedenti,quod facultatis animalis ſecundum locum mouentis imbecillitatem ſignificabat,alterum adijcit, quod vitalis facultatis à corde emanantis languorem oſtendit, & ex amborum concurſu mortem proximè futuram prædicit: propterea quòd duarum facultatum intermorientium,earum quæ corpus gubernant, ſigna exiſtunt.Nec ab re quidem. Nam ſi animalis facultatis imbecillitas,ſola per ſe,quemadmodum & ſolius vitalis,mortem pręoſtendit; vtriuſque ſimul non mortem ſimpliciter,ſed confeſtim eam quidem,& ſine vlla cunctatione venturam ſignificabit. Solam animalis facultatis imbecillitatem, mortem indicare poſſe,proximo comm. monſtra

tum

Imbecillitas vitalis facultatis ſola mortem præoſtendere valet.

tum eſt. Quod autem & ſola imbecillitas vitalis facultatis hoc preoſtendere valeat, adeò peruium eſt, & manifeſtum, vt probatione non egeat. Nam ſi vitalis facultas ea eſt, quæ vitam, præſertim in membris, conſeruat, nihil mirum eſt, ſi illius priuatione ſuccedat mors. Poſſe autem vitalem facultatem debilem perſiſtere, abſque animalis imbecillitate, phtiſici declarant, qui licet facultatem vitalem nimis deiectam habeant, animali verò nó parum valent; quod diſcriminis illarum non leue argumentum exiſtit. Rectè igitur Hipp. in præſentia ex vtriuſque facultatis internecione mortem continuò venturam prænunciat: vitalis autem facultatis internecionem, vnguium, atque digitorum liuor oſtendit. Quippe hic fit, cùm calor naturalis, qui à corde proficiſcitur, extinguitur, aut extinctioni proximus eſt. Hoc autem contingit Galeni teſtimonio lib. 2. epid. parte. 2. comm. 5. aut ob excedentem magnitudinem inflammationis viſcera obſidentis, aut ob caloris imbecillitatem ad corporis extrema peruenire nequeuntis. Conſpicitur hoc accidens in vnguibus magis, quàm in alijs partibus, quia perſpicui ſunt, & in modum vitri, diaphani: quo fit, vt optimè non ſecus, ac ſpeculum, quos ſuſceperint colores, repreſentent. Hinc eſt, quod in ſanis nitidi, ac floridi appareant, optimi ſanguinis, & ſpirituum affluentia perfuſi: in ægris verò perturbentur, & pro ratione læſionis, vitiati coloris ſpeciem repræſentent. Adde quod cùm autore Galeno in fine lib. 2. de anatomicis adminiſtrationibus, in radicem ipſorum non modo

Pthiſici animali facultate valent.

Quare liuor magis in vnguibus conſpiciatur.

neruus,

neruus,ſed etiam arteria,venaque inſeratur (vnde eiuſdem Galeni ſententia, ſenſum, vitam, & alimentum,ſicuti aliæ partes accipiunt,) fit vt firmiter non tantum cordis,ſed & iecoris, & cerebri affectiones oſtendant. Quocirca liuidus vnguiũ color demortuam facultatem vitalem(quæ ſecundum Galeni placita, libr.1. de arte curatiua, ad Glauconem,cap.14.& 5.de locis affectis in initio: & 9.methodi capit.10.à corde proficiſcitur:)conſtanter ſignificabit:dum modò talis liuidus color ratione ambientis nos aëris frigiditatis,aut in principijs acceſsionum non eueniat. Nam tunc cùm conſequatur cauſam exteriorem,aut ſit temporis acceſsionis ſymptoma,culpari non debebit. Porro eſt,vbi color liuidus laudandus ſit: nam in lacte exiſtens,tantùm abeſt,vt ſit malus,quod bonam indicet diſpoſitionem, dicente Ariſtotele lib. 3. de hiſto. animalium cap.21.lac liuorem trahens,commodius eſſe,quàm id,quód exquiſitè album eſt. Quod ſi ſuprà lib.1.comm. vltimo Gale. dixit,ſemen exquiſitè album eſſe,eo quòd non eſt cauſæ præter naturam particeps, dicendum,non eſſe eandem rationem in ſemine genitali, ac in lacte;quia teſtes,& vaſa,ſemen commutantia,exquiſitè alba ſunt:quare oportet, ſemen ab eis confectum, album eſſe. Veruntamen mammillarum glandulæ,quæ lac conficiunt,cum nonnihil liuoris habeant,nihil mirùm eſt,ſi lac ſimile efficiant, & modicè liuidum reddant.

Liuidus color interdũ laudandus.

Non eſt eadem ratio alboris in ſemine & in lacte.

PROGNOST. IX.

Si verò digiti,ac pedes omnino nigreſcunt,minus pernicioſi

cioſi ſunt, quàm ſi liueant: ſed & alia ſigna conſiderãda ſunt. Si enim facile ferre malum appareat, & aliquod aliud ſalubre fuerit ſignum, morbum verti ſpes eſt ad abſceſſum, ita vt æger ſit conualiturus; quæ verò nigrefacta ſunt, è corpore caſura.

COMMENTARIVS.

ANtiquus interpres non intelligens poſſe reperiri caſum, in quo extremorum nigror minus pernicioſus ſit, quàm liuor, Hippocratis mentem peruertit; præſentem ſententiam vertens in hunc modum: Quòd ſi color hic vngues non infecerit, licet cætera membra corripuerit, ſpei locus non deerit. Hinc nonnulli ex barbaris expoſitoribus longè aliter, quàm Galenus hoc prognoſticũ enarrarunt, dicentes, quòd cùm Hippocrates dixiſſet, contextu præcedenti, vngues liuidos magnam obtinere vim ad futuram mortem pręſagiendam; modò ſermonem hunc proſequens, inquit; quòd ſi iam dictus liuidus color vngues non infecerit, etiam ſi cæteras corporis partes corripuerit, ſpei locum non deeſſe: quoniam & ſi color is venenoſæ materiæ, aut caloris innati extinctionis ſit ſoboles, veruntamen dum non communicatur vnguibus, cor, vitæ principium, à malefico illo humore, & à caloris extinctione incolume eſſe ſignificatur. Quapropter cùm interim ab officio ſuo non deficiat, mors pertimeſcenda non eſt, quia teſte Ariſt. lib. 3. de partibus animalium cap. 4. principio ſaluo manente, facilis ſit in reliquis inſtauratio. Hæc eſt barbarorum expoſitio: quæ licet ſit vera, ob id tamen explodenda, quòd ab Hippocratis

Nonnullorũ interpretatio exploditur.

tis

tis mente lógè eſt aliena. Et, vt Galenus ſuprà lib. 1. comm. 4. ſcripſit, non ſimpliciter per enarrationes dicendum eſt, quidquid nobis apparet verũ: ſed quod ſit ſecundum ſententiam ſcriptoris, quã quam videatur falſum. Quod ego nunc obſeruabo, ſic facto ſermonis exordio. Vitioſus extremorum color euenit ratione iudicationis: interdum verò ſymptoma eſt alicuius lethalis diſpoſitionis. Color liuidus ſemper apparet ad malum, & ſymptoma eſt, prauam in corpore affectionem oſtendens, cùm innati caloris extinctionem ſequatur. Nec inficias imus, illum fieri etiam poſſe expulſione humoris melancholici ad partes corporis extimas: veruntamen quia humor iſte mole exiguus eſt, non poterit morbum per abſceſſum iudicare. Eſſe verò quantitate paucum, color ipſe indicat, quia permiſtione paucæ melancholiæ efficitur: quemadmodum niger, multa huius humoris affuſione generatur, quæ Galeni eſt ſententia infrà comm. 22. vbi de deiectione verba faciens, inquit: Nigra deiectio ab atra bile ſyncera tingitur: liuida verò vbi modica bilis atra modicè permiſcetur. Quapropter ſi liuidus extremarum partium color modicam expulſionem ſignificat humoris melancholici aduſtione geniti, morbum non finiet: ſed ex numero illorum indicatoriorum erit, quæ non decernentia nominantur: quorum quædam lethalia eſſe, quædam verò difficulter decernere, ſecundo epid. ſect. 1. Hippocrates prodidit. Non tamen ſic de colore nigro eſt pronunciandum; quippe qui ad malum, & ad bonum, poteſt appa-

Decernentia quæ non decernunt quædam lethalia, quædam vero difficulter decernunt.

apparere: diſcernes num hoc vel illud eueniat, reliqua ſigna conſiderando, quæ ex ſomno, accubitu, reſpirandi facilitate, appetentia, & coctionis ſignis deſumuntur. Si namque omnia hæc fauſta, & ſalutaria extiterint, ægrum conualiturum eſſe, eſt ſperandum, iudicatione morbi per abſceſſum facta: cuius iudicationis bonitatem ex eo etiam cognoſces, quòd niger color non tãtum digitos, ſed & vniuerſos pedes occupauerit: quoniam indicat humorem in maxima copia ad pedes deſcendiſſe: qui multitudine morbum poterit indicare. Soli enim digiti ſi inficiantur, bonum non eſt: quoniã exiguam humoris vitioſi quantitatem ad pedes deſcendere ſignificatur, cùm digiti ſoli vniuerſam materiam peccantem excipere non poſsint. Dixit, pedes, quoniam ſi abſceſſus bonus futurus eſt, & ægrotanti frugis aliquid eſt allaturus, circa pedes debet apparere, iuxta id, quod ipſe nos docuit lib. 2. epid. 1. parte, vbi ait, optimum abſceſſum infernè fieri debere, & longiſsimè infra ventrem, & remotiſsimè à loco affecto. Veruntamen adiecit Hipp. partem corporis, ad quam humor iſte decumbit, caſuram eſſe. Nam, vt experientia teſtatur, & prima 4. tract. 2. cap. 2. ſcripſit Auicenna, ab ægritudine interficiente acuta, rarò fit euaſio abſque contractione membri. Simile quidpiã dicitur ab Hippocrate infrà progn 67. vbi inquit, abſceſſu in cruribus erumpente, liberari hominem à pulmonia vehementi, & periculoſa: articulum tamen, in quẽ fluxio decumbit, claudicare, vel multum negocij imminere. Ratio eſt, quoniam etſi per infeſtantis humoris

Solos digitos infici bonum nõ eſt.

Bonus abſceſſus ad pedes erũpit.

Auicennæ ſententia.

humoris criticam expulſionem, aliæ corporis partes liberentur, eam tamen partem, in quam humor ipſe decumbit, non leuiter affici, erit neceſſe.

PROGNOST. X.

Si autem teſtes, & pudenda reuelluntur, dolor vehemẽs, vel mors ſignificatur.

COMMENTARIVS.

A teſtiũ facultate nullum ſumitur prognoſticum indicium.

A Teſtium facultate languida, vel robuſta nullum ſumitur indicium, ad futuram mortem, vel ſanitatem præſagiendam; quemadmodum à cordis, cerebri, & iecoris facultate. Nam licet teſtes inter parteis principes connumerentur, illorum tamen actio vitæ neceſſaria non eſt, ſed tantum ad generis propagationem. Nam & ſi verum ſit, teſtes corpori robur, & agilitatem præſtare, vt caſtrata animalia declarant: his enim corpus albeſcit, & graue, iners, opimum, effœtumq; fit, ac molle, & effœminatum, minusque hirſutum redditur; quia vna cum teſtibus virilis animus, totaque fere viriditas, ac flos roboris amittitur; id tamen non oſtendit, teſtes ad vitam abſolute exigi, neceſſarioſve eſſe, ſed ad vitam tantùm robuſtiorem ac vegetiorem conducere. Hac de cauſa Hippocrates de teſtibus agere volens, aliunde, quàm ab eorum actione præſagium deſumit; dicens: Si genitale, ac teſtes contrahuntur, fortem ſignificare dolorem, ac periculum lethale. Quam ſententiam ad verbum tranſcripſit Auicenna lo-

co ſuprà citato, dum ait: Contractio teſticulorum, & penis, ſignificat mortificationem innati caloris, & dolorem vehementem. Porrò innati caloris extinctionem ſignificare, perſpicuum eſt: quia in ſummè refrigeratis, & in morientibus, teſtes & colem contrahi, ac vehementer corrugari videmus: quòd non alia de cauſa fit, niſi quia ſpiritus refrigerantur, & calor extinguitur. Euenit hoc & in dolentibus, quia dolor, vt in comm. ſcribit Galenus, vires ad ſeſe contrahi facit. Quam ſententiam ſimiliter docuerat libro. 7. aphor. comm. 26. ſcribẽs in hunc modum: Fit etiam partium extremarum frigiditas, propter dolorem vehementem medias corporis partes occupantem, ob quem natura in ſe ipſam contrahitur, & ad eam conſequitur ſanguis, non ſolùm extremas corporis partes derelinquens, veluti pedes, & manus, & caput, ſed & cutim vniuerſam. De hoc vehementi dolore, qui intimas corporis partes infeſtat, loquitur in præſenti prognoſti. Hippocr: Nam ille qui extremas partes occupat, contractionem teſticulorum & colis inferre non poterit, In quo verò viſcere intenſior conſiſtat dolor, dubium eſt. Ego tamen crediderim, nullibi, quàm in ventriculo, eſſe vehementiorem; quanquam Plinius libr. 25. cap. 3. prope finem de doloribus ita diſtinguat, ac dicat: Qui grauiſsimi ex his ſint diſcernere, ſtultitiam propriè videri poſſe; cùm ſuus cuiq; ad præſens quiſq; atrociſsimus videatur. Et ſubdit: De hoc tamen iudicauêre aui experimento, aſperrimos cruciatus eſſe calculorum à ſtillicidio veſicæ;

Dolor vires ad ſe cõtrahit.

In quo viſcere intenſior reperiatur dolor.

Plinij ſententia.

cæ; proximum ſtomachi; tertium eorum, qui in capite doleant, non ob alios ferè morte conſci-ta. Hæc Plinius. Ego verò ventriculi, & tenuiũ inteſtinorũ dolorẽ, acerbiorẽ, dirumq́; magis quàm reliquarũ partiũ eſſe exiſtimarẽ; quoniã nec ex capitis, nec ex calculorum veſicæ dolore, ita cito homines intereunt, ac ex ſtomachi, & gracilium inteſtinorum dolore. Quod manifeſtum indicium eſt, calculi, aut capitis dolorem non eſſe adeò vehementem, vt eſt inteſtini tenuioris, ac ventriculi. Adde quod Galeno authore libro. 3. de locis affectis cap. 5. & primo de cauſis ſymptomatum ca. 7. &. 9. de vſu partium ca. 11. nulla pars eſt, quæ adeò exactè ſentiat, vel acutiori ſit ſenſu prædita, ac ipſum ventriculi os. Vnde ſi verum eſt partem eam maiorem dolorem perſentiſcere, quę exactiori ſenſu pollet, certè nulla maiorem, aut acerbiorem, quàm ventriculi os perſentiſcet. Quare hic ipſe erit, qui præ omnibus internis doloribus, partes corporis externas magis infrigidabit, & colis, inteſtinorúque contractionem molietur. *Quis dolor conuulſionẽ teſtium moliatur.*

PROGNOST. XI.

De ſomnis autem, quemadmodum & ex natura in conſuetudine nobis eſt, interdiu vigilandum, noctu dormiendum eſt. Si verò hoc fuerit tranſmutatum, peius eſt. Minimè verò offendatur, ſi quis dormiat prima luce ad tertiam diei partem: Qui verò ab hoc tempore ſomni ſunt, deteriores ſunt.

Methodus eſt, quæ nos docet in primis explicandum eſſe, quid res, de qua agitur, ſit: quot item habeat ſpecies, & differentias: quid prę tereà illa agere, aut pati ſecundum naturam ſit apta. Hanc methodum Plato in Phedro Hippocrati acceptam refert, quam nos in præſentia imitabimur à natura eius, de quo diſputatio ſuſcipitur explicatione exordientes. Porrò Ariſtoteles libr. de ſomno, & vigilia, varias de ſomno affert definitiones. Nam aliquando ſomnum dicit eſſe immobilitatem quandam, & quaſi nodum, & vinculum primi ſenſorij, eiuſdem verò exolutionem, atque relaxationem, vigiliam. Interdum verò ſomnum, & vigiliam, affectiones eſſe a it ſenſus communis, ſiue eius facultatis, quæ de ſingulis ſenſationibus iudicat, quæque illis præeſt, & ad quam ceteri ſenſus ſeſe conferunt. Huius enim impotentiam, & laſsitudinem quandam ſomnum eſſe pronunciat: ſi modò ea naſcatur ab euaporatione alimenti. Definit & ille ſomnum eſſe contra ctionem quandam caloris ad intima refugientis, & naturalem antiperiſtaſin ob deſcenſum humoris à capite verſus cor nactam. Scribit etiam ſomnum eſſe refrigerationem quandam. Auerroës eodem in loco prædictis, aliam addit definitionem, inquiens: Somnum eſſe reuerſionem ſenſuũ ab inſtrumentis proprijs, ad partem internam corporis. Sed omnes hæ definitiones cauſales ſunt, non quidditatiuæ. Quapropter idem Ariſtoteles lib. 6. Topicorum cap. 2. vbi ex profeſſo definiendi ratio-

Somni multiplex definitio.

di rationem docet,eas tanquàm non exactas refellit. Nam quæ exactè ſunt definitiones, per genus quidditatiuum, & ſimilem differentiam traduntur: hæc vero duo in ſomno quæ ſint, ignorantur. Siquidem Galenus in lib. de inſtrumento odoratus cap. 5. iuxta finem ſcribit, haud facilè eſſe iudicare, an ſomnus naturale ſit opus, an actio, vel paſsio. Rurſus, ſi antiquos ſcriptores conſulamus, quod ſit ſomni genus, & differentia, haud facilè inueniemus. Quare nõ ſibi contrarius eſt Ariſto. lib. 6. Topic. dum ſomni definitiones ab eo traditas libr. de ſomno, & vigilia, increpat: ſiquidem eas, nõ tanquã falſas, aut inutiles explodit, ſed tãquam non eſſentiales, aut quidditatiuas. Nam ſi diſpoſitiones ſunt in eo, cuius diſpoſitiones eſſe dicuntur, ſomnus, ſenſus impotentia non erit: quandoquidem ſomnus non ineſt ſenſui: & ob id illius impotentia eſſe non poteſt. Sed alterum, efficere alterũ eſt neceſſe: nempè aut propter impotẽtiam nos dormire; aut propter ſomnum, ſenſus impotentes reddi. Nullus tamen Galeno ad ſomni eſſentiam explicandam propiùs acceſsit: ſiquidem is primo de ſympto. cauſis, ca. 8. ſomnum dicit eſſe animalium facultatum quietem. Nam cum per ſomnum caloris naturalis ab inſtrumentis ſenſus, & motus ad ſuum principium fiat regreſſus, in eo quidem regreſſu facultatem animalem à ſuis munijs quieſcere, naturalem verò, quæ circa alimentum verſatur, validiùs agere conſequens quidem eſt. Paulus etiam libro primo, capit. 97. eadem, quæ Galenus, de ſom-

Ariſtotelis locorum pugnantium conciliatio.

Vide Argẽterium lib. de ſomno & vigilia.

Somni definitio ex Galeno.

no ſentire videtur, dum ait; ſomnum requiem eſſe animalium facultatum, factam propter bonam humiditatem, cerebrum irrigantem. Vndè liquidò conſtat cerebrum eſſe ſomni cauſam, quod eo per vaporum delationem occupato, facultas ſenſifica membris tunc mitti deſinat, & dormire ſtatim animal cogatur.

Quæ ſomnũ concilient. Hinc eſt, quod (vt libro de ſomno, & vigilia retulit Ariſtotel.) halituoſa omnia, & quæ vaporem è ſe multum fundere poſſunt, vt vinum, lac, & quæcunque humectant, & refrigerant ſomnum concilient. Ob quam itidem cauſam, pueros, & anguſtas venas habentes, maximè ſomniculoſos eſſe, idem author dixit; quòd omnes iſti plurima cerebri oppletione occupentur: hi quidem, quoniam temperamenti frigiditate pollent, nec in his facilè deſcendit, ac refluit vapor ſurſum aſcendens, vti in contraria conſtitutione, & temperatura. Pueri verò quòd humidiſsimi ſint, & crudis, craſsiſque ſuccis referti, à quibus plurima conſurgit diuaporatio: vnde non profundi tantùm ſomni; ſed & comitiales, & ſopores oriri in ipſis maximè ſolent. Qua ratione eo libro Ariſtotel. & Plato dialogo ſecundo de legibus, & Galenus libro primo, de ſanitate tuenda, capite vndecimo, vinum illis meritò interdixerunt.

Ariſtotelis ſententia improbatur. Ex quibus clarè intelligitur, minus rectè Ariſtotelem, cor ſomni cauſam ſtatuiſſe, quia hoc in ſomno impeditum non eſt, nec natiua ipſius actio ceſſat. Fuit huius Ariſtotel. erroneæ opinionis

cauſa,

cauſa, quòd crediderit ipſe, cor ſenſuum eſſe principium, quo ſtatuto principio, effingere rationes, quibus cor in ſomno impediatur, coactus eſt, temerè tamen. Nec defuerunt ex recentioribus medicis quamplurimi, qui hoc Ariſtotelis dogma tueri conati ſunt. Veruntamen licet plurimas ad id excogitarint argutias, Galeni argumentis. 1. de cauſis ſymptomatum capite octauo, quibus in Ariſtotelem inuehitur reſpondere nequiuerunt: quarum vna eſt, quòd oppleto cerebro, non corde, prima ſentiendi vis quieſcat, & ſomnus, non corde impedito, aut ceſſante fiat. Quippe omnibus eſt in confeſſo, in ſomno cordis actionem, ac pulſum, propter caloris ad interiora reuocati copiam, quàm in vigilia eſſe robuſtiorem. Rurſus, multo probabilius erat dicere à pulmonis humore ſomnos euenire: ſiquidem hunc natura cordi adhibuit, nullius alterius rei gratia quam vt illi inſeruiret. Quocirca nullus medicorum eſt, qui in graui ſopore veterno, atque lethargo, capiti non remedia adhibeat, quæ pectori potiùs adhibere debebant, ſi ſomnum in corde fieri exiſtimaſſent. Atque his quidem rationibus, & alijs multis Galenus falſum hoc Ariſtotelis dogma euertere contendit. Quid ſomnus ſit, diximus: ſupereſt, vt quæ ſit illius vis, & facultas, quidque in nobis habeat efficere, explicemus; nihil de eius differentijs, & ſpeciebus, agentes. Nam ſingula in præſentia proſequi, nec poſſumus, nec volumus. Porrò ſomnus

Galeni argumẽtis Ariſtotelici non reſpondent.

Somni vſus in nobis.

(ſi rectè adhibeatur) Galeno.1.de cauſis ſymptomatum capite.8.teſte, cibum optimè concoquit; quòd toto hoc tempore, quo quis dormit, animalis facultas, vt dictum iam eſt, quieſcat, naturalis verò validiùs agat, crudos etiam humores concoquit, animi ægritudines obliuione delet, mentis inſaniam corrigit, dolorem lenit, laſsitudinem ſolatur, vim motricem confirmat, ſenſus vegetiores reddit. Quæ omnia Paulus nos docuit libro. 1.capite.97. Quòd verò per ſomnum optima fiat concoctio. 12.etiam metho.capit.3.confirmatum eſt: quod ſimiliter Hippocr.lib.6.epid.parte.5.aphor.10. innuere voluit, dicens: Labor articulis, & carnibus conducit; cibus verò, & ſomnus viſceribus. Meliorem prætereà per ſomnum cibi concoctionem eſſe factam, auctum à ſomno virium robur indicat, quòd experrecti, vt.1.de cauſis ſymptom. citato capite Galenus ſcribit, robuſtiores, & ad quidvis agendum aptiores nos eſſe ſentiamus, familiari vtique nobis appoſito alimento. Coctionem etiam interdum iuuare poteſt vigilia, vbi ſuperfluus humor illam impedit, qua quidem ratione, craſſa, & humida corpora non paruum auxiliũ ad coctionem ex vigilia capiunt. Veruntamen vtilitas hæc ex accidenti eſt, quæ verò ex ſomno ſuſcipitur, primaria magis, & de per ſe.

Vigilia aliquando coctionem iuuat.

¶ Cæterùm circa ſomni rationẽ hæc potiſsimùm conſiderãda veniũt, tempus nimirùm, duratio, & forma. Tẽpus, vt in præſentia teſtatur Hippocrates, conuenientiſsimũ eſt nocturnũ: ſecundũ locũ habet matutinum; interdiu verò factus, nocentiſsimus

Somni conueniens tempus.

mus exiſtit. Nocturnus autem ſomnus, teſte Paulo, hoc potiſsimùm nomine commendatur, quòd nox ſua tum humiditate, tum tranquillitate, ſomnum alliciat: ſatiſque temporis quoad abſoluta ciborum fiat concoctio, habeatur. Quapropter ſomnus non niſi nocturno tempore diſſoluto calore, ob animi, corporiſque præcedentes actiones aſſumendus. Huic proximus eſt matutinus, qui fit prima luce vſque ad partem diei tertiam. Hic vaporationem alimenti in iecore, & venis exiſtentis ſequitur, & harum partium coctionibus opitulatur: iiſque potiſsimùm adhibendus, quibus laſsitudinis ſenſus adeſt, aut præcedente nocte ſomnus interruptus eſt, quiq; noctu nihil, aut parùm dormierunt. A prandio verò ſomnum obeſſe, præſertim ſi paulò longior ſit, aut non ſedente, ſed decũbente corpore, ineatur, vniuerſis medicis eſt perſuaſum: quippè in comperto eſt, eo caput repleri, & grauari fluxiones ad ſubiectas partes moueri, concoctionem ventriculi labefectari, & ſtupidos ſenſus reddi. Quapropter longis diebus meridiari potius ante cibum, quàm poſt eum, Celſus monet. Diurno autem ſomno coctionem ventriculi labefactari, rationi conſonum eſt, cũ tempus, quo quis dormit die, ad perfectam concoctionem nõ ſufficiat: ideoque meridie excitati à ſomno, ob interruptam ante horam ſuam concoctionem, ſubindè acidos ructus edunt, crebròque etiam flatibus replentur. Porrò breuiſsimus ſomnus à prandio minus nocet, quòd calorem ſolùm ab externis partibus colligat, reuocetq; ad coctionem alimenti

Sõnus à prãdio nocet.

Breuiſsimus à prandio ſomnus cur iuuet.

menti obeundam. Vbi cùm minimo tẽporis momento moretur, nequit vaporibus caput replere, interimq́; vires recreat, ac prohibet maiorem fieri diſſolutionem; & ſi quæ erat in capite, & ſenſibus grauitas, euaneſcit. Recurrente enim calore ad viſcera, ſimul neceſſe eſt vires recreari, & intrò recedere humores, qui grauitatem, ſtupiditatemq́ue afferebant. Ergo ſi à prandio nequit ſomnus euitari, dormiendũ minimùm, vt ſolùm calor colligatur, & vires recreentur ex negocijs, & vigilijs diſſolutæ. Alius verò, qui concoctionem inchoat, & non abſoluit, illa parit incommoda, quæ ſuprà meridiano ſomno ſunt attributa. Quòd ſi ſomnus iſte protrahatur, donec coctio in ventriculo planè ſit abſoluta, prodeſſe poterit: ꝙ docent ebrij, qui huiuſmodi ſomno omnem grauitatem excutiũt. Sed interim alia ratione nocet, quod nocturnum ſomnum impediat, corpuſq́ue in malam cõſuetudinem trahat. Hæc, quæ de meridiano ſomno ſunt dicta, veritatem obtinere credendum eſt, dummodò aliud non inſit ex conſuetudine, quæ ſemper in ſingulis eſt attendẽda: nã quæ vſu lõgo inualuerũt, etiã ſi nõ iuuent, nõ tamẽ nocẽt. Quapropter rectè Galenus in com. præſenti à prognoſtico excipit eos, qui interdiu dormiẽtes, noctu vigilant, ꝙ diuites facere ſolent, in quibus, quia ſoliti ſunt viuere præter naturã, doctrina ab Hippoc. in præſentia tradita haudquaquã vera eſt. Cæterũ in nocturno ſõno hoc præcipuè eſt obſeruãdũ, vt vna, duabuſve à cibo horis trãſactis ineat; qm̃ qui ꝓtinꝰ à cibo ĩuadit, plurimũ obeſt. Nã ſi ab eo petitur

Qui à præſẽti prognoſtico excludãtur.

tur auxilium ad concoctionem alimenti in ventriculo obeũdam, neceſſe eſt illud prius miſceri, deſcendereque in locũ, vbi coctio potiſsimum perficitur: id quod aliquam moram, & motionem poſtulat. Conſiderandum præterea eſt, vt nocturnus ſomnus mediocritatem non excedat. Immodicus enim ſomnus præter alia incommoda, hanc præſertim noxam affert, quòd vt excrementa plus iuſto in corpore detineantur, nec opportunè, & ſuo tempore expellantur, efficit. Quis verò ſomnus mediocris dici debeat, difficilè eſt definire: cum nihil perpetuum tradi poſsit in tanta temperaturarum, ætatum, & morborum varietate. Quare non omnibus eadem ſomni quantitas conueniet: quòd hi breuiori, illi longiori ſomno indigeant. Corpora tamen benè affecta ſibi ipſis menſuram præſcribunt: quia optima natura, vt Galenus dicere ſolet, ſibi ipſi eſt regula. In reliquis verò magna ex parte ſeptem, octo, vel ad ſummum nouem horarum ſpatio finitur, ac circunſcribitur ſomni duratio, ſi Galeno creditur lib. 6. de ſanitate tuenda, cap. 5. Qui verò alimentum facilè concoquunt, aut ſanguine abundant, vel parùm edunt, aut craſſo, & obeſo ſunt corpore, ij breuiore ſomno contenti eſſe debent. Cæterùm nocent longi, profundi, continuatique ſomni, ijs, quibus caput eſt frigidum, aut humidum: aut quibus extremæ partes ſunt refrigeratæ: hæc enim corpora, vt libr. de ſomno, & vigilia optimè animaduertit Argenterius; non ferunt ſine noxa diù caloris influentis à partibus infirmis abſentiam. Breuibus

Somni duratio.

Qui breuiori ſomno egeant.

bus quoque ſomnis contentos eſſe oportet, quos ex primogenia affectione vexat comitialis morbus, aut capitis grauitas, aut vertigo, aut ſurditas, vel aurium tinnitus: ſic ſanè vbi incipiunt inflammationes in partibus internis, à ſomno eſt temperandum, & vigilijs potius vtendum. Tunc verò dormiendum, quando earum concoctioni, & diſſolutioni ſtudemus. Nam cùm (Hippocrate teſte libro. 6. epid. parte. 5. aphor. 29.) ſanguis per ſomnum interiora magis petat, cauendum vnicè erit, ne eò ſanguine ad interiora ſubeunte, phlegmonem increſcere faciamus. Operam étiam aſsiduã dare medicus debet, ne in principijs acceſsionũ, ægri dormiant, probè gnarus (vt Galenus ait ſect. 2. apho. com. 1.) quòd ſi hoc tempore dormierint, ſymptomata illis protrahentur, vix febres ad conſiſtentiam peruenient, & ſi quæ ſit inflammatio circa viſcera, meritò augebitur: nec humores, qui in ventrem confluunt, vt in alijs ſomnis, concoquentur, ſed multò plures fient, incocti permanentes. Cæterùm eos expedit in molli lecto dormire, qui frigidiore, ſicciore, graciliore'q; ſunt corporis habitu: contrà verò in duro, qui contrario modo ſunt affecti: ita enim temperantur naturæ exceſſus. Hęc paucula de ſomno in præſentia afferre libuit. Qui plura deſiderauerit, Ariſtotelẽ adeat libro de ſomno, & vigilia: & inter recentiores, Ioãnem Argenterium, qui peculiari commentario omnem mihi de ſomno tractationem exactiſsimè abſoluiſſe eſt viſus.

A ſomno arcendi ægrotantes in acceſsionũ prĩcipijs.

PROGN.

PROGNOST. XII.

Peſſimum verò eſt, ſi neque interdiu, neque noctu dormiat. Aut enim ob dolorem, ac laborem vigilia adeſt: aut deſipientia erit ab hoc ſigno.

COMMENTARIVS.

SOmnum, atque vigiliam (quemadmodum & cæteras res, quæ non naturales nuncupantur) mediocritatem ſeruare neceſſe quidem eſt. Nam ſi aliqua earum modum exceſſerit, mala eſt exiſtimãda; & præſertim ſomnus, in quo exceſſus peior multo eſt, quàm in vigilia. Siquidem homines citiùs intereunt ſemper dormiendo, quàm aſsiduè vigilando. Mæcenati quidem, vt auctor eſt Plini. lib. 7. hiſtoriæ naturalis cap. 51. triennio, nullo horæ momento contigit ſomnus: cùm tamen nullus ſit, qui continuò dormiendo quatuordecim dierũ ſpatium, vitæ ſuperſtes poſsit permanere. Quod ſi aliquis exigat, cur Hippocrates in præſenti prognoſtico malum indicium acceperit ab immodica vigilia, (dicẽs, peſsimũ eſſe ſi æger, nec noctu, nec interdiu dormiat) non tñ id deſumpſerit ab immodico ſomno, cùm peius multo ſit interdiu, & noctu dormire, quàm interdiu, & noctu vigilare: dicendum, ſomnum (vt 2. ſectione, apho. cõm. 3. ſcripſit Galenus) modũ excedere ob vehementem refrigerationem primi ſenſitiui, ſeu principij ſentiendi: hocq; in morbis acutis tam vehementer refrigerari non contingere, vt aſsiduum ſomnum inducat. Vel dicendum, Hippocaatem de vigilia ſpeciatim ſermonem feciſſe, vt exindè idem, & adhuc

Mæcenati triennio nullo horæ momento contigit ſomnus.

Cur Hippocra. ab aſsiduo ſomno præſagiũ nõ ſumat.

& adhuc peius de ſomno intelligamus. Si namq; in morbis acutis peſsimum eſt continuò vigilare; dormire continuò, nō ſimpliciter peſsimum erit, ſed omnium peſsimum. Verùm de ſomno in præſentia dicere ſuperſedebimus, & de vigilia tātùm agemus. Si æger non dormiat noctu, nec die, malum eſt: vt ſignū malū, etiam & vt cauſa. Vt ſignū, quia vt Hippocrates ait; dolorem ſignificat, omnes corporis facultates perturbantē, & præſertim animalē; aut laborem, aut deſipientiā: dolorē, inquam, quoniam dolor vigilem reddit facultatem animalem ſentientem, & dolori intentā efficit, nō ſinens ipſam ad ſuum principium regredi. Vexat hic dolor noctu, magis quàm die: quoniam teſte Galeno. 2. ſectione, aphor. com. 13. grauitas ſemper noctu maior fit quàm diu: quia illo tempore dormire conſueuimus: & eo tēpore grauius & difficilius labores ferimus, quo ex natura atq; conſuetudine quieſcere ſolemus. Adde die ægros ad colloquia, & confabulationes diſtractos aliquo modo dolorē efficientis cauſæ obliuiſci, nec ſymptomati adeò eſſe intētos. Quod demōſtrauit philoſophus ille apud authorē libri de motibus liquidis Galeno attributi, qui crus dolēs, noctu plus cruciabatur, quàm die: cū tamē noctu magis fotū, & quietū crus haberet. Qua de cauſa nō leuiter euentus mirabatur, nō animaduertēs, quòd die diſtracta facultate animali ad viſitantium hiſtorias, atq; colloquia, minus erat intentus dolori. Porrò quid mirum, homines ob dolorē dormire non poſſe, cū dicat Ariſtoteles libr. 4. de hiſtoria animal. cap. 10.

Dolor vigilem reddit facultatem animalem.

piſcicu-

piſciculos in pelago à beſtiolis compunctos, breuiſsimos capere ſomnos: quemadmodum in nobis cimices, & pulices noctu ſomnum interturbant, & vigilias afferũt. Idem pręſtare ſitim poſſe, libr.3.cap.6. Celſus eſt author. Cui Fernelius ſubſcribit lib.4.pathol.cap.19. nec ab re quidem: quia ſitis à Gale.lib.de inæquali intẽperie.c.3. inter doloris ſpecies recẽſetur. Secundum ꝙ, vigiliã, Hippocrates ſignificare dixit, labor exiſtit. Eſt inquã, labor in præſentia, idem, quod ſpontanea laſsitudo; nam, κόπος, id eſt, labor, laſsitudinem ſignificat, vt videre eſt, aphor.5.ſect.2. vbi Hippocrates ait: Κόποι αὐτόματοι, φράζουσι νόσους. hoc eſt, ſpontaneæ laſsitudines morbos prænunciãt. Quòd autẽ laſsitudo quæuis, ſiue vlceroſa, ſiue tenſiua, ſiue phlegmonoſa ſomnum interturbet, legenti Galenum lib.4. de ſanitatẽ tuenda, peruium erit, & manifeſtum. Poſſumus etiam per laborem, conflictationem, ſeu afflictionem intelligere: nam hæc etiam vigilias adfert, & ſomnum abigit. Tertium, quod ab immodica vigilia ſignificatur, eſt deliriũ. Nam vigilia (vt in fine. 2. de locis affectis ſcribitur) ob cauſas calfacientes, & exiccantes, fit; hæc verò deſipientiam pariunt, cuius nulla ſpecies ſecura eſt; quemadmodum Galenus docet libro.6. aphoriſ.comm.53. Meritò igitur Hippo. in præſentia dixit, peſsimum eſſe, ægrum nec noctu, nec interdiu dormire, vtpote quòd dolor, labor, ac deſipientia, ab eo indicio ſignificetur. Quod ſimiliter docuerat libr. de Coacis prænotionibus, vbi ait: Peſsimum autem eſt, nõ dormire, nec die, nec no-

Sitis vigiliæ cauſa.

Laſsitudo vigilias affert.

co ſuprà citato, dum ait: Contractio teſticulorum, & penis, ſignificat mortificationem innati caloris, & dolorem vehementem. Porrò innati caloris extinctionem ſignificare, perſpicuum eſt: quia in ſummè refrigeratis, & in morientibus, teſtes & colem contrahi, ac vehementer corrugari videmus: quòd non alia de cauſa fit, niſi quia ſpiritus refrigerantur, & calor extinguitur. Euenit hoc & in dolentibus, quia dolor, vt in comm. ſcribit Galenus, vires ad ſeſe contrahi facit. Quam ſententiam ſimiliter docuerat libro. 7. aphor. comm. 26. ſcribés in hunc modum: Fit etiam partium extremarum frigiditas, propter dolorem vehementem medias corporis partes occupantem, ob quem natura in ſe ipſam contrahitur, & ad eam conſequitur ſanguis, non ſolùm extremas corporis partes derelinquens, veluti pedes, & manus, & caput, ſed & cutim vniuerſam. De hoc vehementi dolore, qui intimas corporis partes infeſtat, loquitur in præſenti prognoſti. Hippocr: Nam ille qui extremas partes occupat, contractionem teſticulorum & colis inferre non poterit, In quo verò viſcere intenſior conſiſtat dolor, dubium eſt. Ego tamen crediderim, nullibi, quàm in ventriculo, eſſe vehementiorem; quanquam Plinius libr. 25. cap. 3. propè finem de doloribus ita diſtinguat, ac dicat: Qui grauiſsimi ex his ſint diſcernere, ſtultitiam propriè videri poſſe; cùm ſuus cuiq; ad præſens, quiſq; atrociſsimus videatur. Et ſubdit: De hoc tamen iudicauêre aui experimento, aſperrimos cruciatus eſſe calculorum à ſtillicidio veſicæ;

Dolor vires ad ſe cõtrahit.

In quo viſcere intenſior reperiatur dolor.

Plinij ſententia.

cæ; proximum ſtomachi; tertium eorum, qui in capite doleant, non ob alios ferè morte cõſcita. Hæc Plinius. Ego verò ventriculi, & tenuiũ inteſtinorũ dolorẽ, acerbiorẽ, dirumq́; magis quàm reliquarũ partiũ eſſe exiſtimarẽ; quoniã nec ex capitis, nec ex calculorum veſicæ dolore, ita cito homines intereunt, ac ex ſtomachi, & gracilium inteſtinorum dolore. Quod manifeſtum indicium eſt, calculi, aut capitis dolorem non eſſe adeò vehementem, vt eſt inteſtini tenuioris, ac ventriculi. Adde quod Galeno authore libro. 3. de locis affectis cap. 5. & primo de cauſis ſymptomatum ca. 7. & 9. de vſu partium ca. 11. nulla pars eſt, quæ adeò exactè ſentiat, vel acutiori ſit ſenſu prædita, ac ipſum ventriculi os. Vnde ſi verum eſt partem eam maiorem dolorem perſentiſcere, quę exactiori ſenſu pollet, certè nulla maiorem, aut acerbiorem, quàm ventriculi os perſentiſcet. Quare hic ipſe erit, qui præ omnibus internis doloribus, partes corporis externas magis infrigidabit, & colis, inteſtinorúque contractionem molietur. *Quis dolor conuulſionẽ teſtium moliatur.*

PROGNOST. XI.

De ſomnis autem, quemadmodum & ex natura in conſuetudine nobis eſt, interdiu vigilandum, noctu dormiendum eſt. Si verò hoc fuerit transmutatum, peius eſt. Minimè verò offendatur, ſi quis dormiat prima luce ad tertiam diei partem: Qui verò ab hoc tempore ſomni ſunt, deteriores ſunt.

METhodus eſt, quæ nos docet in primis explicandum eſſe, quid res, de qua agitur, ſit: quot item habeat ſpecies, & differentias: quid præterea illa agere, aut pati ſecundum naturam ſit apta. Hanc methodum Plato in Phedro Hippocrati acceptam refert, quam nos in præſentia imitabimur à natura eius, de quo diſputatio ſuſcipitur explicatione exordientes. Porrò Ariſtoteles libr. de ſomno, & vigilia, varias de ſomno affert definitiones. Nam aliquando ſomnum dicit eſſe immobilitatem quandam, & quaſi nodum, & vinculum primi ſenſorij, eiuſdem verò exolutionem, atque relaxationem, vigiliam. Interdum verò ſomnum, & vigiliam, affectiones eſſe ait ſenſus communis, ſiue eius facultatis, quæ de ſingulis ſenſationibus iudicat, quæque illis præeſt, & ad quam ceteri ſenſus ſeſe conferunt. Huius enim impotentiam, & laſsitudinem quandam ſomnum eſſe pronunciat: ſi modò ea naſcatur ab euaporatione alimenti. Definit & ille ſomnum eſſe contractionem quandam caloris ad intima refugientis, & naturalem antiperiſtaſin ob deſcenſum humoris à capite verſus cor nactam. Scribit etiam ſomnum eſſe refrigerationem quandam. Auerroës eodem in loco prædictis, aliam addit definitionem, inquiens: Somnum eſſe reuerſionem ſenſuũ ab inſtrumentis proprijs, ad partem internam corporis. Sed omnes hæ definitiones cauſales ſunt, non quidditatiuæ. Quapropter idem Ariſtoteles lib. 6. Topicorum cap. 2. vbi ex profeſſo definiendi ratio-

Somni multiplex definitio.

di rationem docet, eas tanquàm non exactas refellit. Nam quæ exactè ſunt definitiones, per genus quidditatiuum, & ſimilem differentiam traduntur: hæc vero duo in ſomno quæ ſint, ignorantur. Siquidem Galenus in lib. de inſtrumento odoratus cap. 5. iuxta finem ſcribit, haud facilè eſſe iudicare, an ſomnus naturale ſit opus, an actio, vel paſsio. Rurſus, ſi antiquos ſcriptores conſulamus, quod ſit ſomni genus, & differentia, haud facilè inueniemus. Quare nō ſibi contrarius eſt Ariſto. lib. 6. Topic. dum ſomni definitiones ab eo traditas libr. de ſomno, & vigilia, increpat: ſiquidem eas, nō tanquā falſas, aut inutiles explodit, ſed tāquam non eſſentiales, aut quidditatiuas. Nam ſi diſpoſitiones ſunt in eo, cuius diſpoſitiones eſſe dicuntur, ſomnus, ſenſus impotentia non erit: quandoquidem ſomnus non ineſt ſenſui: & ob id illius impotentia eſſe non poteſt. Sed alterum, efficere alterū eſt neceſſe: nempè aut propter impotētiam nos dormire; aut propter ſomnum, ſenſus impotentes reddi. Nullus tamen Galeno ad ſomni eſſentiam explicandam propiùs acceſsit: ſiquidem is primo de ſymptō. cauſis, ca. 8. ſomnum dicit eſſe animalium facultatum quietem. Nam cum per ſomnum caloris naturalis ab inſtrumentis ſenſus, & motus ad ſuum principium fiat regreſſus, in eo quidem regreſſu facultatem animalem à ſuis munijs quieſcere, naturalem verò, quæ circa alimentum verſatur, validiùs agere conſequens quidem eſt. Paulus etiam libro primo. capit. 97. eadem, quæ Galenus, de ſom-

Ariſtotelis locorum pugnantium conciliatio.

Vide Argēterium lib. de ſomno & vigilia.

Somni definitio ex Galeno.

no ſentire videtur, dum ait; ſomnum requiem eſſe animalium facultatum, factam propter bonam humiditatem, cerebrum irrigantem. Vndè liquidò conſtat cerebrum eſſe ſomni cauſam, quod eo per vaporum delationem occupato, facultas ſenſifica membris tunc mitti deſinat, & dormire ſtatim animal cogatur.

Quæ ſomnũ concilient. Hinc eſt, quod (vt libro de ſomno, & vigilia retulit Ariſtotel.) halituoſa omnia, & quæ vaporem è ſe multum fundere poſſunt, vt vinum, lac, & quæcunque humectant, & refrigerant ſomnum concilient. Ob quam itidem cauſam, pueros, & anguſtas venas habentes, maximè ſomniculoſos eſſe, idem author dixit; quòd omnes iſti plurima cerebri oppletione occupentur: hi quidem, quoniam temperamenti frigiditate pollent, nec in his facilè deſcendit, ac refluit vapor ſurſum aſcendens, vti in contraria conſtitutione, & temperatura. Pueri verò quòd humidiſsimi ſint, & crudis, craſsiſque ſuccis referti, à quibus plurima conſurgit diuaporatio: vnde non profundi tantùm ſomni; ſed & comitiales, & ſopores oriri in ipſis maximè ſolent. Qua ratione eo libro Ariſtotel. & Plato dialogo ſecundo de legibus, & Galenus libro primo, de ſanitate tuenda, capite vndecimo, vinum illis meritò interdixerunt.

Ariſtotelis ſẽtẽtia improbatur. Ex quibus clarè intelligitur, minus rectè Ariſtotelem, cor ſomni cauſam ſtatuiſſe, quia hoc in ſomno impeditum non eſt, nec natiua ipſius actio ceſſat. Fuit huius Ariſtotel. erroneæ opinionis

cauſa,

cauſa, quòd crediderit ipſe, cor ſenſuum eſſe principium, quo ſtatuto principio, effingere rationes, quibus cor in ſomno impediatur, coactus eſt, temerè tamen. Nec defuerunt ex recentioribus medicis quamplurimi, qui hoc Ariſtotelis dogma tueri conati ſunt. Veruntamen licet plurimas ad id excogitarint argutias, Galeni argumentis. 1. de cauſis ſymptomatum capite octauo, quibus in Ariſtotelem inuehitur reſpondere nequiuerunt: quarum vna eſt, quòd oppleto cerebro, non corde, prima ſentiendi vis quieſcat, & ſomnus, non corde impedito, aut ceſſante fiat. Quippe omnibus eſt in confeſſo, in ſomno cordis actionem, ac pulſum, propter caloris ad interiora reuocati copiam, quàm in vigilia eſſe robuſtiorem. Rurſus, multo probabilius erat dicere à pulmonis humore ſomnos euenire: ſiquidem hunc natura cordi adhibuit, nullius alterius rei gratia quam vt illi inſeruiret. Quocirca nullus medicorum eſt, qui in graui ſopore veterno, atque lethargo, capiti non remedia adhibeat, quæ pectori potiùs adhibere debebant, ſi ſomnum in corde fieri exiſtimaſſent. Atque his quidem rationibus, & alijs multis Galenus falſum hoc Ariſtotelis dogma euertere contendit. Quid ſomnus ſit, diximus: ſupereſt, vt quæ ſit illius vis, & facultas, quidque in nobis habeat efficere, explicemus; nihil de eius differentijs, & ſpeciebus, agentes. Nam ſingula in præſentia proſequi, nec poſſumus, nec volumus. Porrò ſomnus

Galeni argumẽtis Ariſtotelici non reſpondent.

Somni vſus in nobis.

(ſi rectè adhibeatur) Galeno.1.de cauſis ſymptomatum capite.8.teſte, cibum optimè concoquit; quòd toto hoc tempore, quo quis dormit, animalis facultas, vt dictum iam eſt, quieſcat, naturalis verò validiùs agat, crudos etiam humores concoquit, animi ægritudines obliuione delet, mentis inſaniam corrigit, dolorem lenit, laſsitudinem ſolatur, vim motricem confirmat, ſenſus vegetiores reddit. Quæ omnia Paulus nos docuit libro. 1.capite.97. Quòd verò per ſomnum optima fiat concoctio. 12.etiam metho.capit.3.confirmatum eſt: quod ſimiliter Hippocr.lib.6.epid.parte.5.aphor.10. innuere voluit, dicens: Labor articulis, & carnibus conducit; cibus verò, & ſomnus viſceribus. Meliorem prætereà per ſomnum cibi concoctionem eſſe factam, auctum à ſomno virium robur indicat, quòd experrecti, vt.1.de cauſis ſymptom. citato capite Galenus ſcribit, robuſtiores, & ad quidvis agendum aptiores nos eſſe ſentiamus, familiari vtique nobis appoſito alimento. *Vigilia aliquando coctionem iuuat.* Coctionem etiam interdum iuuare poteſt vigilia, vbi ſuperfluus humor illam impedit, qua quidem ratione, craſſa, & humida corpora non paruum auxiliũ ad coctionem ex vigilia capiunt. Veruntamen vtilitas hæc ex accidenti eſt, quæ verò ex ſomno ſuſcipitur, primaria magis, & de per ſe.

¶Cæterùm circa ſomni rationẽ hæc potiſsimùm conſiderãda veniũt, tempus nimirùm, duratio, & forma. *Somni conueniens tempus.* Tẽpus, vt in præſentia teſtatur Hippocrates, conuenientiſsimũ eſt nocturnũ; ſecundũ locũ habet matutinum; interdiu verò factus, nocentiſsimus

mus exiſtit. Nocturnus autem ſomnus, teſte Paulo, hoc potiſsimùm nomine commendatur, quòd nox ſua tum humiditate, tum tranquillitate, ſomnum alliciat: ſatisque temporis quoad abſoluta ciborum fiat concoctio, habeatur. Quapropter ſomnus non niſi nocturno tempore diſſoluto calore, ob animi, corporiſque pręcedentes actiones aſſumendus. Huic proximus eſt matutinus, qui fit prima luce vſque ad partem diei tertiam. Hic vaporationem alimenti in iecore, & venis exiſtentis ſequitur, & harum partium coctionibus opitulatur: iiſque potiſsimùm adhibendus, quibus laſsitudinis ſenſus adeſt, aut præcedente nocte ſomnus interruptus eſt, quiq; noctu nihil, aut parùm dormierunt. A prandio verò ſomnum obeſſe, præſertim ſi paulò longior ſit, aut non ſedente, ſed decũbente corpore, ineatur, vniuerſis medicis eſt perſuaſum: quippè in comperto eſt, eo caput repleri, & grauari fluxiones ad ſubiectas partes moueri, concoctionem ventriculi labefectari, & ſtupidos ſenſus reddi. Quapropter longis diebus meridiari potius ante cibum, quàm poſt eum, Celſus monet. Diurno autem ſomno coctionem ventriculi labefactari, rationi conſonum eſt, cũ tempus, quo quis dormit die, ad perfectam concoctionem nõ ſufficiat: ideoque meridie excitati à ſomno, ob interruptam ante horam ſuam concoctionem, ſubindè acidos ructus edunt, crebróque etiam flatibus replentur. Porrò breuiſsimus ſomnus à prandio minus nocet, quòd calorem ſolùm ab externis partibus colligat, reuocetq; ad coctionem alimenti

Sõnus à prãdio nocet.

Breuiſsimus à prandio ſomnus iuuet.

menti obeundam. Vbi cùm minimo tẽporis momento moretur, nequit vaporibus caput replere, interimq́; vires recreat, ac prohibet maiorem fieri diſſolutionem; & ſi quæ erat in capite, & ſenſibus grauitas, euaneſcit. Recurrente enim calore ad viſcera, ſimul neceſſe eſt vires recreari, & intrò recedere humores, qui grauitatem, ſtupiditatemq́ue afferebant. Ergo ſi à prandio nequit ſomnus euitari, dormiendũ minimùm, vt ſolùm calor colligatur, & vires recreentur ex negocijs, & vigilijs diſſolutæ. Alius verò, qui concoctionem inchoat, & non abſoluit, illa parit incommoda, quæ ſuprà meridiano ſomno ſunt attributa. Quòd ſi ſomnᵘˢ iſte protrahatur, donec coctio in ventriculo planè ſit abſoluta, prodeſſe poterit: ꝙ docent ebrij, qui huiuſmodi ſomno omnem grauitatem excutiũt. Sed interim alia ratione nocet, quod nocturnum ſomnum impediat, corpuſq́ue in malam cõſuetudinem trahat. Hæc, quæ de meridiano ſomno ſunt dicta, veritatem obtinere credendum eſt, dummodò aliud non inſit ex conſuetudine, quæ ſemper in ſingulis eſt attendẽda: nã quæ vſu lõgo inualuerũt, etiã ſi nõ iuuent, nõ tamẽ nocẽt. Quapropter rectè Galenus in com. præſenti à prognoſtico excipit eos, qui interdiu dormiẽtes, noctu vigilant, ꝙ diuites facere ſolent, in quibus, quia ſoliti ſunt viuere præter naturã, doctrina ab Hippoc. in præſentia tradita haudquaquã vera eſt. Cæterũ in nocturno ſõno hoc præcipuè eſt obſeruãdũ, vt vna, duabuſve à cibo horis trãſactis ineat; qm̃ qui ꝓtinꝰ à cibo ĩuadit, plurimũ obeſt. Nã ſi ab eo petitur

Qui à præſẽti prognoſtico excludãtur.

tur auxilium ad concoctionem alimenti in ventriculo obeũdam, neceſſe eſt illud prius miſceri, deſcendereque in locũ, vbi coctio potiſsimum perficitur: id quod aliquam moram, & motionem poſtulat. Conſiderandum præterea eſt, vt nocturnus ſomnus mediocritatem non excedat. Immodicus enim ſomnus præter alia incommoda, hanc præſertim noxam affert, quòd vt excrementa plus iuſto in corpore detineantur, nec opportunè, & ſuo tempore expellantur, efficit. Quis verò ſomnus mediocris dici debeat, difficilè eſt definire: cum nihil perpetuum tradi poſsit in tanta temperaturarum, ætatum, & morborum varietate. Quare non omnibus eadem ſomni quantitas conueniet: quòd hi breuiori, illi longiori ſomno indigeant. Corpora tamen benè affecta ſibi ipſis menſuram præſcribunt: quia optima natura, vt Galenus dicere ſolet, ſibi ipſi eſt regula. In reliquis verò magna ex parte ſeptem, octo, vel ad ſummum nouem horarum ſpatio finitur, ac circunſcribitur ſomni duratio, ſi Galeno creditur lib. 6. de ſanitate tuenda, cap. 5. Qui verò alimentum facilè concoquunt, aut ſanguine abundant, vel parùm edunt, aut craſſo, & obeſo ſunt corpore, ij breuiore ſomno contenti eſſe debent. Cæterùm nocent longi, profundi, continuatique ſomni, iis, quibus caput eſt frigidum, aut humidum: aut quibus extremæ partes ſunt refrigeratæ: hæc enim corpora, vt libr. de ſomno, & vigilia optimè animaduertit Argenterius; non ferunt ſine noxa diu caloris influentis à partibus infirmis abſentiam. Breuibus

Somni duratio.

Qui breuiori ſomno egeant.

bus quoque ſomnis contentos eſſe oportet, quos ex primogenia affectione vexat comitialis morbus, aut capitis grauitas, aut vertigo, aut ſurditas, vel aurium tinnitus: ſic ſanè vbi incipiunt inflammationes in partibus internis, à ſomno eſt temperandum, & vigilijs potius vtendum. Tunc verò dormiendum, quando earum concoctioni, & diſſolutioni ſtudemus. Nam cùm (Hippocrate teſte libro. 6. epid. parte. 5. aphor. 29.) ſanguis per ſomnum interiora magis petat, cauendum vnicè erit, ne eò ſanguine ad interiora ſubeunte, phlegmonem increſcere faciamus. Operam etiam aſsiduã dare medicus debet, ne in principijs acceſsionũ, ægri dormiant, probè gnarus (vt Galenus ait ſect. 2. apho. com. 1.) quòd ſi hoc tempore dormierint, ſymptomata illis protrahentur, vix febres ad conſiſtentiam peruenient, & ſi quæ ſit inflammatio circa viſcera, meritò augebitur: nec humores, qui in ventrem confluunt, vt in alijs ſomnis, concoquentur, ſed multò plures fient, incocti permanentes. Cæterùm eos expedit in molli lecto dormire, qui frigidiore, ſicciore, gracilioreq; ſunt corporis habitu: contrà verò in duro, qui contrario modo ſunt affecti: ita enim temperantur naturæ exceſſus. Hęc paucula de ſomno in præſentia afferre libuit. Qui plura deſiderauerit, Ariſtotelẽ adeat libro de ſomno, & vigilia: & inter recentiores, Ioãnem Argenterium, qui peculiari commentario omnem mihi de ſomno tractationem exactiſsimè abſoluiſſe eſt viſus.

A ſomno arcendi ægrotantes in acceſsionũ principijs.

PROGNOST. XII.

Peſsimum verò eſt, ſi neque interdiu, neque noctu dormiat. Aut enim ob dolorem, ac laborem vigilia adeſt: aut deſipientia erit ab hoc ſigno.

COMMENTARIVS.

SOmnum, atque vigiliam (quemadmodum & cæteras res, quæ non naturales nuncupantur) mediocritatem ſeruare neceſſe quidem eſt. Nam ſi aliqua earum modum exceſſerit, mala eſt exiſtimāda; & præſertim ſomnus, in quo exceſſus peior multo eſt, quàm in vigilia. Siquidem homines citiùs intereunt ſemper dormiendo, quàm aſsiduè vigilando. Mæcenati quidem, vt auctor eſt Plini lib. 7. hiſtoriæ naturalis cap. 51. triennio, nullo horæ momento contigit ſomnus: cùm tamen nullus ſit, qui continuò dormiendo quatuordecim dierū ſpatium, vitæ ſuperſtes poſsit permanere. Quod ſi aliquis exigat, cur Hippocrates in præſenti prognoſtico malum indicium acceperit ab immodica vigilia, (dicēs, peſsimū eſſe ſi æger, nec noctu, nec interdiu dormiat) non tñ id deſumpſerit ab immodico ſomno, cùm peius multo ſit interdiu, & noctu dormire, quàm interdiu, & noctu vigilare: dicendum, ſomnum (vt. 2. ſectione, apho. cōm. 3. ſcripſit Galenus) modū excedere ob vehementem refrigerationem primi ſenſitiui, ſeu principij ſentiendi: hocq; in morbis acutis tam vehementer refrigerari non contingere, vt aſsiduum ſomnum inducat. Vel dicendum, Hippocaatem de vigilia ſpeciatim ſermonem feciſſe, vt exindè idem, & adhuc

Mæcenati triennio nullo horæ momento contigit ſomnus.

Cur Hippocra. ab aſsiduo ſomno præſagiū nō ſumat.

& adhuc peius de ſomno intelligamus. Si namq; in morbis acutis peſsimum eſt continuò vigilare; dormire continuò, nō ſimpliciter peſsimum erit, ſed omnium peſsimum. Verùm de ſomno in pręſentia dicere ſuperſedebimus, & de vigilia tātùm agemus. Si æger non dormiat noctu, nec die, malum eſt: vt ſignū malū, etiam & vt cauſa. Vt ſignū, quia vt Hippocrates ait; dolorem ſignificat, omnes corporis facultates perturbantē, & præſertim animalē; aut laborem, aut deſipientiā: dolorē, inquam, quoniam dolor vigilem reddit facultatem animalem ſentientem, & dolori intentā efficit, nō ſinens ipſam ad ſuum principium regredi. Vexat hic dolor noctu, magis quàm die: quoniam teſte Galeno. 2. ſectione, aphor. com. 13. grauitas ſemper noctu maior fit quàm diu: quia illo tempore dormire conſueuimus: & eo tēpore grauius & difficilius labores ferimus, quo ex natura atq; conſuetudine quieſcere ſolemus. Adde die ægros ad colloquia, & confabulationes diſtractos aliquo modo dolorē efficientis cauſæ obliuiſci, nec ſymptomati adeò eſſe intētos. Quod demōſtrauit philoſophus ille apud authorē libri de motibus liquidis Galeno attributi, qui crus dolēs, noctu plus cruciabatur, quàm die: cū tamē noctu magis fotū, & quietū crus haberet. Qua de cauſa nō leuiter euentus mirabatur, nō animaduertēs, quòd die diſtracta facultate animali ad viſitantium hiſtorias, atq; colloquia, minus erat intentus dolori. Porrò quid mirum, homines ob dolorē dormire non poſſe, cū dicat Ariſtoteles libr. 4. de hiſtoria animal. cap. 10.

Dolor vigilem reddit facultatem animalem.

piſciculos in pelago à beſtiolis compunctos, breuiſsimos capere ſomnos: quemadmodum in nobis cimices, & pulices noctu ſomnum interturbant, & vigilias afferũt. Idem pręſtare ſitim poſſe, libr.3.cap.6. Celſus eſt author. Cui Fernelius ſubſcribit lib.4.pathol.cap.19. nec ab re quidem: quia ſitis à Gale. lib. de inæquali intẽperie. c.3. inter doloris ſpecies recẽſetur. Secundum ꝙ, vigiliã, Hippocrates ſignificare dixit, labor exiſtit. Eſt inquã, labor in præſentia, idem, quod ſpontanea laſsitudo; nam, κόπος, id eſt, labor, laſsitudinem ſignificat, vt videre eſt, aphor.5.ſect.2. vbi Hippocrates ait: Κόποι αὐτόματοι, φράζουσι νόσους. hoc eſt, ſpontaneæ laſsitudines morbos prænunciãt. Quòd autẽ laſsitudo quæuis, ſiue vlceroſa, ſiue tenſiua, ſiue phlegmonoſa ſomnum interturbet, legenti Galenum lib.4. de ſanitate tuenda, peruium erit, & manifeſtum. Poſſumus etiam per laborem, conflictationem, ſeu afflictionem intelligere: nam hæc etiam vigilias adfert, & ſomnum abigit. Tertium, quod ab immodica vigilia ſignificatur, eſt deliriũ. Nam vigilia (vt in fine. 2. de locis affectis ſcribitur) ob cauſas calfacientes, & exiccantes, fit; hæc verò deſipientiam pariunt, cuius nulla ſpecies ſecura eſt: quemadmodum Galenus docet libro.6. aphoriſ.comm.53. Meritò igitur Hippo. in præſentia dixit, peſsimum eſſe, ægrum nec noctu, nec interdiu dormire, vtpote quòd dolor, labor, ac deſipientia, ab eo indicio ſignificetur. Quod ſimiliter docuerat libr. de Coacis prænotionibus, vbi ait: Peſsimum autem eſt, nõ dormire, nec die, nec nocte,

Sitis vigiliæ cauſa.

Laſsitudo vigilias affert.

ɑ̃e,aut præ dolore, & afflictione vigilare, aut ab hoc ſigno delirare: vbi loco laboris afflictionem dixit. Hactenus enim quid vigilia, quæ die, ac noɑ̃e hominem exercet, oſtendere valeat, demõſtrauimus. Supereſt, vt quid in nobis efficere queat, explicemus. Porrò hæc, vbi modũ exceſſerit, (vti Auicenna eſt auctor. 2. 1. doct. 2. capit. 13.) corpus exiccat, & cerebri bonam temperaturam corrumpit, ſenſus debilitat, virtutem deijcit, deſipientiã parit, cruditatem efficit, adeòque cibi, potuſque concoctionem impedit; quod Hippocrates lib. 2. de victu acutorum comm. vltimo, his verbis teſtatur: Vehemens vigilia tum cibi, tum potionis cruditatem facit: quam ſententiam enarrans Galenus, inquit: Quæ enim ad vigilias inſueta fit mutatio, crudiores tum cibos, tum potus efficit: ad ſomnum verò multum, eumque ſtudio quodã acerſitum, ſegnitiem corporis, & capitis grauitatẽ. Quare cauendum ſummo ſtudio eſt, ne vel ſomnus, vel vigilia modũ excedant, cum neutrũ horum, ſine maxima corporis noxa euenire non poſsit.

Immodicæ vigiliæ incommoda.

PROGNOST. XIII.

Deiectio autem optima eſt, ſi mollis, conſtanſque eſt, & eo tempore excreta, quo ſecunda valetudine aſſueuit; ſi copia ex ratione ingeſtorũ ciborum eſt. Si enim talis excernitur, inferior venter, benè valet.

COMMENTARIVS.

HActenus Hippocrates à qualitatibus, & operationibus indicia deſumpſit ad futura præſagienda: nunc de exeuntibus, ſiue excrementis, ſermonem inſtituit, quæ maximam obtinent vim in

in prædicenda ſanitate, vel morte, vel morbi longitudine, aut breuitate. Quia (vt.1.criſeôn cap.7. Galenus ait) cuiuſque partis in corpore ſuperfluitas, eam, quæ illi ineſt, diſpoſitionē oſtendit: ſi cocta quidem fuerit ſalubrem; cruda autem ęgram. Quod veritatem obtinet, nō ſolùm in alui ſuperfluitatibus, verùm etiam in reliquarum partiū excrementis, quorum prouentus euitari in vita non poteſt, etiam ſi temperatiſsimus, & frugaliſsimus homo ſit, & maximè inculpatis vtatur alimentis. Cuius rei demonſtrationem attulit Galenus lib.1. de ſanitate tuenda cap.3. in eum ſcribēs modum: Cùm enim quotidie propter inſitum ipſis calorē cunctis animalibus nonnulla portio ſubſtantiæ defluat, nec ſit aliter huius iuſtum ſeruaſſe modū, quàm cibi, potionis, reſpirationis, & arteriarum motus ope, neceſſe eſt ex his contrahi excrementorum prouētum. Nam ſi quale erat ipſum, quod defluxit, tale prorſus adiungere, agglutinareq; ei per totum liceret, optimum id, ſaluberrimumq; planè eſſet. Verùm vbi quod ſingulis particulis defluit, tale natura eſt, qualis ipſa eſt particula, nihil autem eorum, quæ eduntur, bibunturve eiuſmodi prorſus eſt, neceſſariū naturæ fuit, prius ea immutare, & concoquere, & quàm maximè fieri potuit, efficere corpori alendo, reſtituendoque ſimilia: in quo opere ſi quid nec confectum, nec prorſus aſsimilatum eſt, id corpori nec adnaſcitur, ac creſcitve, ſed per ipſius laxiora intùs ſpatia, tanquam ſuperuacaneum deerrat, vndè nomē quoq; rectè à maioribus ei rei, περίττωμα, Græcè eſt in

Excrementorum prouentus euitari nequit.

Demonſtratio ex Galeno.

ditũ. Cũ igitur eſſe, bibereq́; neceſſaria animantibus ſint, has autẽ res ſubſequatur excrementorum generatio, natura nõ ſolũ ipſis excernẽdis, excludendiſq́; inſtrumẽta inſtituit, verũ etiã inſtrumẽtis ipſis facultates inſeruit, quibus incitata quædã ad ſe trahũt, quædã alijs tranſmittũt, quædã excremẽta expellũt. Horũ itaq; inſtrumentorũ omniũ exeũtia excremẽta ſalubrem, vel inſalubrẽ ſtatum indicant, & morborum ipſa obſidentium breuitatem, aut periculum, eo modo, quo ipſe docebit, præmonſtrant: verbi cauſa: deiectiones, ventriculi, & inteſtinorum: Vrinæ, iecoris, renum, veſicæ, & viarum, per quas permeant: Sputamina, pulmonis, thoracis, reliquorumq́; inſtrumentorum reſpirationi ſeruientiũ: de quibus omnibus Hippocrates in hoc. 2. volumine verba facit, à deiectionibus incohans: quòd hæ craſsiores ſuperfluitates ſint, & primæ coctionis excrementa, licet Hippocrates non iſta tantùm, ſed omnia per aluum exeuntia, vt Galenus ait ſectione. 7. aphor. cõm. 69. nomine deiectionum, ſeu ſubductionum intelligat. Hæc duorum generum exiſtunt: nam quædam optimæ cenſentur: quædam verò prauæ. In prognoſtico præſenti optimam deiectionem tribus ſignis deſcribit, nempè conſiſtẽtia, quantitate, & tempore excretionis. Conſiſtentia mollis, & conſtans ſit oportet: nam quæ talis eſt, vt primo de criſibus cap. 11. teſtatur Galenus concoquendi vim validã eſſe liquidò oſtendit, & digeſtionem optimè fieri, ac præterea nullam ventris partibus inflammationem adeſſe. Contrà verò ſi mollis non eſt, & coniun

Exeũtia excrementa ſalubrem, vel inſalubrem ſtatum oſtẽdunt.

Cur à deiectionib' Hippocrates ordiatur.

Optima deiectio quib' deſcribatur ſignis.

coniuncta, ſed vel arida caprini ſtercoris inſtar, aut nimis fluida, atque liquida, nullam prorſus ſeruans figuram, mala eſt. Nam illa iecoris, & circunſtantium membrorum calorem vehementem ſignificat, à quo exſucca, & arida eſt reddita. Hæc verò diſtrubutionis imbecillitatem, & meſeraicarum venarum obſtructionem, aut humores aliũdè in ventrem confluere demõſtrat. Oportet etiã vt deiectio ea hora excernatur, qua tempore ſanitatis excerni ſolebat. Nam quæ hoc tempore exit, teſte Galeno primo criſeôn capit. 11. indicat non adeſſe coctionis tarditatem, nec vllam potentiæ, vel retinentis, vel expellentis imbecillitatem: ſed potius tres ventriculi vires vigere, alteratricem, retentricem, & expultricem. Lib. 2. de differẽ. febrium cap. 14. probat Galenus excretionem excrementorum certo tempore ſingulis diebus eueniẽtem, fieri propter ꝓportionẽ, quam habet facultas ventriculi ad alimenti tum quantitatem, tum qualitatem. Nam, vt eo. lib. cap. 16. ſcribitur, neceſſe eſt æquale, ac ſimile, quod ab eadem alteratur facultate, æqualia, ac ſimilia facere excrementa: tempuſque collectionis eorum neceſſariò æquale erit. Quapropter certa circuitione inſtrumenta incitabuntur ad illa expellenda, atque mittenda. ſiquidem tunc primùm expellendi facultas excitatur ad operationem ſuam, vbi grauatur multitudine excrementorum, aut à qualitate moleſtatur. Hanc igitur naturæ operationem iuxta ordinem trium ſuarum facultatum Hippocrates in præſentia conſuetudinem appellat, licet reuera conſue-

Excretionis tempus.

Conſuetudo circa quos actus verſetur.

tudo non ſit. Nam conſuetudo non verſatur circa actus naturales, ſed circa illos, quos noſtro arbitratu efficimus: idem etiam in menſtrua purgatione vſu venit, quam quia certa circuitione repetit, conſuetudinem vocare ſolemus: cùm reuera cōſuetudo non ſit, ſed naturale opus. Ex his clarè intelligitur, deiectionem ſolito tardiùs euenientem, coctionis tarditatem, vel motum, quo per inteſtina defertur, oſtendere: ſolito verò citiùs exeuntem, facultatis retentricis imbecillitatem nequeũtis alimentum quoad concoquatur, retinere. Nec enim id euenit propter robur alteratricis, quia vt Galenus ait. 1. de criſibus capit. 11. nullum opus in ægrotis robuſtius eſt, quàm in ſanis: quin imò ſatis benè cum eis agetur, ſi non multo ſit imbecillius. Atque hæc de ſecunda optimæ deiectionis conditione dicta ſufficiant. Supereſt vt de tertia diſſeramus, quam diximus in conueniente quantitate eius quod excernitur, conſiſtere. Porrò in conueniente conſiſtet quantitate, ſi deiectio nuper ingeſti alimenti quantitati correſponderit. De hac loquens Galenus loco ſuprà citato, inquit. Reliquum eſt igitur, vt oſtendamus oportere alui excrementa, quæ emittuntur, ad ea, quæ intus aſſumuntur, ſeruare proportionem. Excrementum igitur molle, atque coniunctum, & quod horam, qua excernebatur ſanitatis tempore, ſeruat, niſi etiam ſeruauerit ad ea, quæ intus aſſumuntur, conuenientem proportionem, aliqua eius pars intra cæcum, & id, quod vocatur colon, inteſtinum retinetur, aut in alijs tenuibus inuolucris.

Conueniens deiectionis quantitas.

lucris. Non eſt autem hoc nec ſicuti ſignum, nec ſicuti cauſa bonum. Sicuti ſignum quidem, quoniam vim, expultricem nominatam, ac propulſoriam, debilem eſſe ſignificat: ſicuti cauſa autem, quoniam ibi quædam ſuperfluitates intus remanent, quas potius emitti oportebat. Atq; hæ ſunt optimæ deiectionis conditiones, quibus ſi alias duas addideris, quarum deinceps Hippocrates mentionem faciet, in hũc modum ſcribens: Subrufa, nec admodum grauiter olens eſto: non tantum optimam, ſed omnium optimam conſtitues, quæ ſignificabit nullũ adeſſe in ventre, aut organis circunſtantibus, erratum: & ad hæc concoquédi vim eſſe robuſtam, & optimè fieri alimenti diſtributionem. Veruntamen contendet hic meritò aliquis, huiuſmodi deiectionem in ægrotantibus, & præſertim illis, qui acuto morbo afficiũtur, reperiri non poſſe. Nam ij, qui acuto morbo laborant, cùm nihil, aut parum edant, exiguum congerent excrementum, quod non conſueto tépore facultatem poterit irritare, donec cõgregatum fiat maius. Præterea torrebitur hoc à febris ardore, & exuccum, ac aridum reddetur: quare non poterit eſſe molle. Rurſus cùm morbi acutiſſimi, ſint bilioſiſsimi, tingetur excrementũ à multo humore bilioſo, & purũ rufum, aut flauũ efficiet, nó ſubrufum, vt dixit Hippocra. Quare cùm hæc nunquam in morbis acutis deficiant, nũquam in his morbis excrementum tale eſſe poterit, quale in præſentia depingitur ab Hippocrate. Veruntamen dicendum, eum hic non exigere omnes haſce con-

Omniũ optima deiectio quid ſignificet.

Obiectio.

Solutio.

ce conditiones in excremẽto illius, qui acuto morbo laborat, ſed tantummodo velle illud excrementum melius eſſe, quod conditionum prædictarum plures ſeruat:illud deterius,quod à præfatis conditionibus diſtat magis:quia docente Galeno.7.ſect.aphoriſmo. com.68. omnia quæ ſunt ſanis ſimilia,in toto corpore,meliora ſunt, & ſemper bonum aliquod portendunt. Quidquid autem præter naturam eſt,tantum habet prauitatis, quantum ab eo, quod ſecundum naturam eſt, receſsit.

PROGNOST. XIIII.

Si verò deiectio fuerit humida,expedit neque ſtridere,neque crebrò,& paulatim excerni. Frequens enim ſurrectio laſsitudinem,& inſomniam facit. At ſi vniuerſim, & ſæpè deijciatur,periculum defectionis animæ imminet.

COMMENTARIVS.

INſinuauerat prognoſtico præcedenti deiectionem mollem,malam eſſe,ſi conſtans non ſit,& figuram non ſeruet, ſed liquida potius, ac fluens perſiſtat. Modò ait hanc ex vſu eſſe poſſe, ſi nec ſtrideat,nec crebrò,& paulatim deijciatur. Vocat deiectionem madentem, quæ humida,& liquida eſt. Redditur autem talis, quoniam à ventriculo non permeat ingeſtus cibus ad iecur; quo fit, vt vẽtriculo præ onere grauato elabi illud ad imum

ventrem ſinat, vndè liquidas, madenteſque deie-ctiones reddi neceſſe quidem eſt. Non permeat à ventriculo ad iecur alimentum, vel iecore non trahēte imbecillitatis ratione, vel alimēto ad illud nō peruadēte propter venarũ meſeraicarum obſtructionem. Quocũque iſtorum modorum madidæ reddantur, deiectiones, malæ ſunt, quia non per conueniens naturæ opus, ſed ſymptomatis ratione expelluntur: quare mirandum non eſt ſi cũ ſonitu, & ſtridore deſcendant. Redditur & ob aliã cauſam deiectio madens, quoniam à iecore, aut liene aliquid defluit in ventrem, quod ſuo madore liquidas efficit deiectiones. Fieriq́; poteſt, vt hoc bonum ſit indicium, quoties contingit, vt Galenus ait, iecur, vel lienem, aut corpus vniuerſum expurgari à noxia materia qualitate, aut quantitate. Quod cùm fit, deiectiones nec cum ſtridore euenient, nec crebrò, & pedetentim deijcientur, ſed multo interpoſito tempore, vniuerſimq́ue; Nam quæ crebrò fiunt deiectiones, malæ ſunt: quia ſignificant facultatem ab humorum acredine nimium laceſsiri, ac proritari: vel inſtrumenta adeò eſſe imbecilla, vt more ſolito, per tempus conueniens excrementa continere non poſsint. His enim duabus occaſionibus, ſi Galeno creditur, libro. 6. de locis affectis cap. 6. noſtri corporis excrementa, ſymptomatis ratione, non naturæ opera euacuantur. Eſt præterea & alia cauſa, ob quam deiectiones frequentes criminentur; quoniam ob aſsiduam ſurrectionem vigilias afferunt, & crebrò ægro-

Cur alimentum nō permeet ad iecur.

Alia madidæ deiectiōis cauſa.

Deiectiones crebræ cur malæ.

tantes à ſomno interpellant. Eueniunt porrò & alia mala à crebris deiectionibus, quod ex deſurgendi frequentia vires proſternuntur, & febris non minimè proritatur, ægro in laſsitudinem incidente: quod voluit Galenus libro 8.methodo. capite.5. vbi de diarrhœa ex cruditate, verba faciens, ſic ſcribit: Febricitant etiam nonnulli, & ex his, quos diarrhœa ex cruditate malè habet: quibus vtique non minimè proritatur febris ex deſurgendi frequentia. Quod ſi etiam roſio, dolor, aut calor in ventre, & in inteſtinis fuerit, hinc vtique vel longè magis affectio febrilis increſcet. Atque hæc ſunt incommoda, quæ ex deiectione frequenti proueniunt. Quæ optimè perpendens Auerroes libro. 7. collectaneorum, prohibens medicamenta vehementer purgantia, inquit: Et ſi non eſſent eis aliud nocumentum, quàm pluries ad egerendum ſurgere, non eſſet paruum.

Deiectiones frequentes, & in magna copia excretæ præ ſatis peiores

Quòd ſi deiectiones nó tantùm frequentes ſint, ſed in magna copia excernantur, peiores multo ſunt, quia vires magis exoluunt, & animi deliquium inferunt. Vires exoluere perſpicuum eſt, quia, vt vulgus medicorum dicere ſolet, omni immodicæ euacuationi adiunctus eſt lapſus virtutis. Quod Galenus quinta ſectione aphoriſmorum, commenta. 56. voluit, dicens, defectus quidem animi, communis omnis immodicæ euacuationis eſt caſus. Fit huiuſmodi ſymptoma immodicè euacuatis ſpiritibus vitalibus. & lib.7.aphor.comm.8. Communis inquit,

omnium

omnium ruptionum, eſt virium deiectio, & animi defectus, propter vitalis ſpiritus excretionem, vt alibi à nobis eſt demonſtratum. Demonſtrauerat hoc ſuprà libr. 6. eiuſdem operis, vbi enarrans Hippocratis ſententiam: (Quicunque ſuppurati, aut aquam intercutem patientes vruntur, aut ſecantur, ſi pus, aut aqua vniuerſim effluxerit, omnes moriuntur) inquit, videmus & in alijs partibus æquè, atque in thorace, quandò aliquis magnus tumor ſuppuratur, periculoſam eſſe vniuerſam euacuationem; cum eueſtigiò deficiat anima, & vires debilitentur, & poſteà debilitas iſta remedium non habeat. Videtur in his propter magnam amplitudinem corporum, & puris acritudinem ora quorundam vaſorum arterioſorum eſſe adaperta, quæ priùs veluti quoddam operculum pus continebant, quo vniuerſim euacuato, multi ſpiritus vnà cum eo exeunt, atque excernuntur, vnde periclitatur. Ex quibus clarè intelligitur, in abſceſſuũ ruptionibus æquè ac in alui profluuijs frequentibus, & magnis, non ob id ægrotantes animo linqui, quia humores noxij educuntur, ſed quia vnà cum illis ſpiritus plurimi deperduntur, ac diſsipantur: tantaque poteſt eſſe ſpirituum diſsipatio, vt non animi deliquio duntaxat, ſed etiam ſyncope, malo ſanè formidando, atque cauendo, prehẽdantur. Differt enim animi defectio à ſyncope, vt ex Galeno conſtat lib. 12. meth. cap. 5. iuxta calcem, vbi de his loquens, qui ob crudos, craſſoſque ſuccos crebrò in ſyncopen incidunt, ait, quòd ſi prædicti ſucci nec obſtruant, nec onerent, ſyncopen

Cur in alui profluuijs ægrotantes animo linquantur.

Animi defectus, & ſyncope differunt.

pen hi certè non inferũt, ſed animi deliquia, quæ, λειποψυχίας, Græci vocant. Ex his facilè deducitur, ſyncopen, grauius malum eſſe, quàm animi deliquium: nam illa, præceps eſt virium omnium lapſus, vt idem initio præfati capitis dixerat. In animi tamen deliquio licet labent vires animales, nõ tamen cæterę ruunt. Et libro. 1. de arte curatiua ad Glauconem, cap. 14. cùm ait defectum animi antecedere ſyncopem, clarè innuit, animi defectum, mitius eſſe malum, quàm ſyncopem. Quocirca cùm Galenus lib. 9. meth. capi. 4. præcipit ſanguinem vſque ad animi deliquium mittere, non vult vſque ad ſyncopem eſſe detrahendum. Nam ſyncope; vt optimè animaduertit Fernelius libro. 2. therapeutices methodi; mortis eſt imago quædã, quæ adſtantes deterret, & ęgrum in maximum vitæ diſcrimen adducit. Quapropter euacuatione ægrotum in eam minimè præcipitabit, quicumq́; æſtimationem ſuam inuiolatam tueri, & in nullas obtrectatorum obiurgationes incurrere volet: conducibilius equidem ſit, ægrum diutiùs torqueri, quàm vnà cum morbo vitam omnem profundi. In alui tamen deiectionibus grauius multò eſt, animo linqui, quàm in venæ ſectione: propter eà quòd in hac, quandò lubet, poſſumus euacuationem ſupprimere: quod in deiectionibus non poſſumus. Atque hæc iuxta Hippocratis ſententiam dicta ſufficiant.

Syncope mortis eſt imago.

In alui deiectionibus cur grauius ſit animo linqui, quam in vena ſectione.

¶ Veruntamen anteà quàm vlteriùs progrediamur, hoc in loco animaduertendum videtur, minus rectè Vegam in annotationibus in Galeni com-

Vega notatur.

commentaria ſentire; in cacochimia ſemper cum humore redundante deprauationem, ſeu corruptionem adeſſe: dicente ſimpliciter Galeno lib.13. meth.capi.6. fieri cacochimiam abundante flaua, aut atra bile, aut pituita, aut ſeroſis humoribus. Et lib. de plenitudine capi.11. ſolùm cuiuſuis alterius à ſanguine humoris exceſſum citra aliud peccatum, aut corruptionem, cacochimiam appellandã cenſuit. Rurſus lib.2. de different. febrium. capi.5. dixit, quòd arquatis affectibus, ſi humor bilioſus exſuperans, diutiùs in corpore immoratur, putreſcit, & febrem generat; ergò huiuſmodi bilioſus humor poterit multo tempore in ipſis ictericis redundare citra putredinem. Sed talis redundantia eſt cacochimica, vt ex Galeno liquet, lib. de plenitud.cap.11. & hæc eſt citra corruptionem, aut putredinem; igitur ſola bilioſi humoris redundantia abſque corruptione erit cacochimia. Prætereà interrogatus Vega, quod euacuationis genus eſt, quod huic redundantiæ humoris citra putrediné competit, neſcio quid dicere poterit. Nam illi nó conueniet euacuatio; eò quòd hæc ſoli plenitudini debetur, vt 2.aphoriſ.ſect.comm.17. & libro.13. methodi, cap.6. ſcriptum eſt: talis autem humoris redundantia cum citra ſanguinis exceſſum exiſtat, plenitudo minimè dicetur. Nec etiam conueniet purgatio, quia (eo autore) hæc humoris redũdantia cùm ſit citra corruptionem, non eſt cacochimia: ergo quid ipſi competere debeat non habebit quid reſpondeat. Cùm igitur cacochimię debeatur purgatio, ex Galeno.13.meth.capit.6. &.2. aphor.

Quibus humorum vitijs purgatio adhibeatur.

aphor. ſect. 17. & hæc talibus humoribus etiam non corruptis,aut putrefactis adhibeatur, ſequitur, cacochimiam non ſolùm talium humorum corruptioni competere,verum etiam eorundem, ſine corruptione,aut putredine,redundátię. Quare cum Galenus 4.meth.cap.4.cacochimiam definit,dicens,ipſam eſſe humoris vicium: viciū hoc tam in quantitate ſola,quàm in putredine duntaxat;quàm etiam in quantitate,& putredine ſimul ipſorum ſuccorum eſt intelligendum. Benè tamē verum eſt,ſemper putredinis appulſu,humoris vicium ſeu cacochimiam ingraueſcere,vt probè ſenſit Fernelius lib. de vacuandi ratione, cap.2.Sed nec argumentum, quod Vegam coëgit credere omni cacochimiæ deprauationem adiungi, apud me magnum obtinet momentum:quod,inquam, tale eſt:Purgatio debetur cacochimiæ;hæc autem ſi eſt peccatum humorum in quantitate, humoribus quantitate peccantibus purgatio adhiberetur quod Galeno aduerſatur dicenti, humoribus quātitate peccantibus,euacuationem, non purgationem competere. Nam fatemur quidē quando humores quantitate peccant,purgatione eſſe educēdos, ſi huiuſmodi peccatum ſit citra ſanguinis augmentum: quod inquam, peccatum non propriè in quantitate dici debet,ſed potius in qualitate, vt Fernelius animaduertit lib.3.therapeutices.cap.1. ſiquidē mos eſt Galeno nūcupare humores quātitate peccantes, quādo ſanguis ſol⁹,vel vnà cum alijs humoribus ſuperabundat. Cum verò ſanguis exiguus eſt, alius verò à ſanguine humor plurimus,

Putredinis appulſu cacochimia ingraueſcit.

mus, licet tunc talis humor quãtitate peccet, quia tamen eius præſentia ſanguis polluitur, & ſordeſcit, non placet Galeno dicere, tunc humores quãtitate peccare. Nec etiam cùm idem Galenus. 1. aphoriſ. ſectione. comm. 2. & ſect. 2. comm. 17. ait, purgationem dici, cùm humores praua qualitate affecti euacuantur; negat eandem identidem dici poſſe, cùm abſq; qualitatis deprauatione, ſola quãtitate exuberantes educuntur: dummodò talis exuberantia ſit citra ſanguinis mediocritatẽ: quia tunc ſanguis pollutus cùm ſit, vt dictum eſt, purgatione emendatur: imò quę purgant, teſtimonio Galeni libr. de purgantium medicamentorum facultate capit. 4. in princ. purgantia paſsim idcircò nuncupantur, quòd ſanguinem ab ante dictis humoribus purum cõſtituant. Quòd ſi ad viuum reſecanda res eſt, nulla alterius humoris à ſanguine exuberantia, etiam ſine putredine inueniri poteſt, in qua non ſit praua aliqua qualitas. Nam bile ſuperabundante, totum corpus immodico calore tenetur: ſicuti immodico frigore ſi pituita augeatur; quæ inquam prauæ qualitates ſunt: & humores ipſis inſigniti praua qualitate affecti dicũtur. Quòd ſi aliquis dicat huic prauæ qualitati ſolam alterationem deberi, dicendum, verum eſſe, quando huiuſmodi qualitatis intenſiò in partibus ſolidis conſiſtit: cùm tamen in humoribus continetur, non ſolùm alteratio, ſed & purgatio ſæpe eſt neceſſaria, quæ humorum exuberantium totam à corpore extrahat ſubſtantiam. Nam Hippocrates aphor. 2. 1. ſectionis cùm ait: Si talia purgentur;

Purgantia ob quid dicantur.

Hippocrati aphoriſmu explicatur

gentur, qualia purgari oportet, confert, & leuiter ferunt; ſin minus contrà. Per qualitatem non intelligit caliditatem, frigiditatem, aut aliquam ex primis qualitatibus, quibus non purgatio, ſed ſola alteratio debetur: ſed per qualitatem intelligit ſpeciem humoris, qui debet euacuari. Franciſcus Valleriola, vir doctiſsimus; & cui medicinæ ſtudioſi plurimùm debent; in comment. in lib. Galeni de conſtitut. art. med. nuper ab eo editis, capit. 14. enarrans, plenitudinem, quæ ad vires comparatur, purgatione demendam eſſe cenſet, pro moleſtantis humoris natura, bilioſi, pituitoſi, aut atrabiliarij, vel ſeroſi. Quibus ſanè verbis plenitudinem quoad vires cum cacochimia confundit, quod patet: quia, docente Galeno lib. 13. meth. cap. 6. & 2. ſect. aphoriſ. comm. 17. purgatio ſoli cacochimiæ debetur: quare ſi illa adaptatur plenitudini, quoad vires, erit hæc plenitudo cacochimia. Quod quàm ſit improbabile, & Galeni placitis aduerſum, cuiuis in Galeni libris exercitato facilè patere poterit. Nam plenitudo quæuis eodem atteſtante Galeno lib. 5. de ſanitate tuenda, cap. 9. & 4. metho. cap. 4. & 13. cap. 6. & lib. 2. de cõpoſitione medicamentorum local. capit. 1. omnium humorum æqualis eſt redundantia, vel ſolius ſanguinis ſola vbertas. Porrò hanc duplicẽ faciunt medici quo ad vaſa; vt cùm vaſa quoquo verſum diſtendit, atque inflat: & quo ad vires, vt cùm facultatẽ grauat, atque premit, etiam ſi vaſa non diſtendat, nec infarciat: cùm tamen alius quiſpiam humor redũdauerit, vel vt eſt pituita, flaua bilis, vel atra. Si huiuſmodi

Franc. Valleriolæ viro doctiſſimo medicinæ ſtudioſi plurimum debent.

Fräc. Valleriola reprehenditur.

Plenitudo quid.

iuſmodi redundantia eſt vnà cum ſanguinis augmento, plenitudo etiam dici debet, non tamen ſimpliciter, ſed cum appoſito: ſi verò ſine illo, cacochimia tantummodò nuncupatur, quæ aucto-re Galeno libr. de plenitudine cap.11. exceſſus eſt alterius à ſanguine humoris. Inquit enim, humorum prauitatem, ſeu cacochimiã nuncupari, cùm quiuis alius à ſanguine humor, ſine ſanguinis augmento exceſſum ampliſsimum adipiſcitur: quod lib.13. meth. capit.6. declarat, dicens: Vbi vel flaua bile, vel nigra, vel pituita, vel ſeroſis humoribus refertum corpus iam fuerit, eum habitum, cacochimiam; quaſi ſuccorum vitium dicas, non plethoram nominari. Ex quibus ſanè verbis clarè intelligitur plethoram, ſiue plenitatem quamcumque, ſiue ad vires, ſiue ad vaſa à cacochimia longo interuallo differre; quod Valleriola non animaduertit, aut oſcitanter intellexit. Quod tamen ait, plenitudini, quoad vires, deberi purgationem; eſt falſum, quia vtraque ſanguinis miſsione amouetur. In vtraq; enim vt Galenus ſcribit libr. de ſanguinis miſsione cap. 8. mirificè prodeſt venæ ſectio. In plenitudine, quoad vaſa, ne multitudo turgens venarum ruptiones, & apoplexias moliatur, tumores creet, innatum calorem obruat, & tandé inopinatam afferat mortem. In altera verò, quæ ad vires comparatur, ne qua fortaſsis putredo, aut humorum corruptela ſuccedat. Nam ipſa quanquam nec venas diſtendere, nec diſrumpere, nec ingenitum calorem præfocare queat: quoniam tamen imbecillas vires premit, ac grauat, idcircò venæ

Cacochimia quid.

Valleriola opinio refutatur.

Vtrique plenitudini venæ ſectio debetur.

venæ ſectione imminuẽda eſt, quæ ſuperabundãtiam euacuet, & tantum relinquat, quantum vires facilè domare, ac gubernare poſsint. Quapropter prudentiſsimè Galenus libr. de ſanguinis miſsione capi. 5. cenſet vtramq; celeriter euancuandam eſſe, priuſquàm magnum aliquod malum in homine operetur. Arbitrantur nonnulli, in plenitudine quoad vires ob id ſanguinis detractionem non conferre, quia facultas imbecillior eſt, quàm vt euacuationem ſanguinis poſsit ſuſtinere: non animaduertentes in hac plenitudine vires nõ per eſſentiam affici, ſed tantum per oppreſsionem, & aggrauationem laborare. Quapropter ſarcina per ſanguinis miſsioné depoſita, protinus deopprimẽtur, & ad ſe ipſas redibunt. Hoc Galenus voluit libro. 9. meth. cap. 10. quãdo inquit: Vbi namq; abũdantia paulò viribus ſuperior fuerit, ex moderata euacuatione adeò nullum ſequitur viribus incommodum, vt etiã maximum ſequatur commodum, vtique quod eas premebat ſublato. Verùm de his alibi fortaſsis aptior dabitur diſputandi occaſio: quare melius eſt, vt ad Hippocratem interpretandum reuertamur.

PROGNOST. XV.

Sed pro copia ingeſtorum ciborum deijciat bis, aut ter die, noctu ſemel, oportet. Plurimum verò ſubeat prima luce, quemadmodum homini fuerat conſuetum.

COMMENTARIVS.

Satisfeciſſet orationi, ſi tantùm dixiſſet, oportere ægrum toties deijcere, quoties illi per ſanita-

nitatem fuerat conſuetum: quoniam vt ait Galenus in commen. quod ſecundum conſuetudinem eſt, optimum eſt. Si enim aliquis, quando ſanus erat, bis die, atque nocte deijcere conſueuit, cùm ægrotat, quater deijcere, bonum non erit: quia ſignificabit retentricis ventriculi facultatis imbecillitatem, aut excrementum bilioſum ſyncerum, ac in magna copia peruenire ad inteſtina. Hoc tamẽ animaduerſione dignum eſt, Hippocratem ter, aut quater deijcere poſtulare, cùm tamen ſuo tempore homines frugaliùs multò, quàm nunc viuerent, & maior eorum pars ſemel in die comederet. Qui viuendi modus ad Galeni vſque tempora peruenit, vt videre licet lib. 6. de ſanitate tuenda cap. 7. vbi refert, ſibi ipſi ſolũ panem fuiſſe ientaculum, vel prãdium, ſuper quem ne bibere quidem volebat. Legimus etiam antiquos equidem athletas manè ſolo pane, veſpere ſolis carnibus, aut ſolis piſcibus victitaſſe. Noſtris tamen temporibus quamuis homines voraciſsimi ſint, & gulæ maximè dediti, maiori ex parte ſemel in viginti quatuor horarum ſpatio deijciunt, pauciſsimique ſunt, qui bis, vel ter, quem numerum non prætergrediuntur, niſi ægrotationis ratione. Hoc tamen rectè ab Hippocrate dictum eſt, noctu minus deijci, quàm die; quia auctore Auicẽna. 2. 1. doctrina 2. cap. 13. ſomnus vehementer euacuationes omnes, dempto ſudore, cohibet. Interdiu verò magis deijcimus, quia facultas animalis, vt per ſomnum ſopita non eſt, quare excrementorum acrimoniã, vel grauitatem magis perſentiſcit. Accedit ad hęc

Temporibus Hippocratis homines, quam nunc frugaliusvi uebant, & pluries deijciebant.

Cur noctu magis deijciamus, quã die.

corporis motus,& agitatio, quæ ſuperuacaneorū excretionem promouet. Quod intelligens Hippocrates, 4. ſect. aphor. ſententia. 14. eos, qui helleborum biberunt, ad corporum motiones magis, quã ad ſomnos, atque quietem ducere præcepit. Obſeruauit hoc etiam Galenus lib. 7. meth. cap. 11. vbi poſt hierepicræ ſumptionē, ęgrum modicè inambulare, & modicè ſe mouere iuſsit. Cæterùm plurimum prima luce ſubire dixit, quoniam eo tempore expergiſcens animalis facultas fæcum grauitatem, quæ per ſomnum fuerant retentæ, magis perſentiſcit, à quibus tunc ſe exonerare aggreditur. Quod non tantum in alui, verūetiam in corporis habitus excrementis accidere ſolet. Qua de cauſa, vt Galenus ait. 2. de cauſis ſymptom. cap. 5. experrecti à ſomno pandiculantur, diſtenduntur que, vtpote tunc vaporantia excrementa in carnibus ſentientes; tum ob congeſti cibi concoctionē, tum ob huiuſmodi motionum quietem; quæ cauſæ magis vrgent, & vehementiores ſunt in alui excrementis. Quare conſequens quidem eſt manè deiectionem eſſe copioſiorem. Accedit eò, temporibus Hippocratis cænam maiorem fuiſſe prandio, à qua manè coctione abſoluta, plura excrementa ſequeſtrari, rationi conſonum erat.

Cur prima luce plurimū deijcimus.

Hippocratis æuo cæna maior erat prandio.

PROGNOST. XVI.

Corpulenta reddatur deiectio, morbo eunte in iudicationem, oportet.

COMMENTARIVS.

DEiectio tenuis, atque liquida, cruda eſt: talis enim in morbi principio excerni ſolet. Hæc ſi co-

ſi coquenda eſt, vt craſsitudinem nanciſcatur, & corpulenta fiat, neceſſe quidem eſt: quia Ariſtote le auctore lib. 4. meteororum cap. 2. coctio omnia cogit, ac craſſeſcere facit: atque ex aëris, aquea: & ex aqueis, terrea conſiſtẽdo, reddit. Quam ſenten tiam Galenus ſequitur libr. 4. de ratione victus in morbis acutis comm. 4. & infrà in hoc iſto libro, comm. 33. vbi ait, coctionẽ craſsiorem reddere nõ ſolùm vrinam, verùm etiam deiectionẽ, quoties benè in ventre concoquatur: & item excreationẽ in pulmonia, atque coſtali; atque etiam pituitam per deſtillationes, & grauedines; nec non per lippitudines: & pus in vlceribus. Euenit hoc ex natu ra concoctionis, quia toto tempore, quo res coqui tur, calor in oppoſita agit patibilia, puta, in humiditatem, & ſiccitatem. Interim verò totus humor inutilis, & malè contentus abſumitur: & reliquus, qui remanet, permiſcetur cum partibus terreis: q dum fit, res neceſſariò craſſeſcit. Si tamen ex ſuilla vel vaccina carne fit chilus, qui carnibus hiſce tenuior eſt, & ſi ex chilo fit ſanguis maiorem tenuitatem obtinens, quàm chilus, ſimiliter ſi ex ſpiritibus vitalibus fiunt animales, vitalibus multo tenuiores, dicendum, propriam rei ſubſtantiam reuera craſſeſcere. Quod ſi interim poſt cõcoctionem tenuior apparet, id fit ſecretione quarundam partium craſſarum, quæ cum re ipſa erant cõfuſæ, atque permiſtæ. Hæ verò fæculentæ cùm ſint, rei coctioni ſubiectæ propriæ partes non ſunt, ſed propriè illi paſsioni ſubiectum dici debet reliquum, quod ſecretis excrementis idoneum eſt ad

Coctio omnia cogit, ac incraſſat.

Tacita obiectionis ſolutio.

concoctionem ſuſcipiendam: quod per eam ſemper magis, ac magis ſe ipſo craſsius efficitur. Craſceſcit itaque perpetuò quidquid cócoquitur, ſiue naturali coctione coquatᷣ, quæ Galeno, Auicen. & Aetio alteratio eſt ciborum, ſiue alimentorum in propriam, ac conuenientem eius, quæ nutritur qualitatem: ſiue altera, quæ circa putridam verſatur ſubſtantiam, quæ eidem Gale. in arte medicinali cap. 98. alteratio eſt ceſſare faciēs putredinē, manente ſubſtantia; vel, vt ipſe. 1. epid. par. 2. com. 46. & lib. 2. de victu acutorum. comm. 44. ſcribit, naturæ victoria ſupra morbificas cauſas. Nam per alteram, quæ præparatio eſt humorum ad faciliorem expulſionem, (quam nonnulli per abuſionē, concoctionem nominant) non perpetuò craſsius redditur, ſed aliquando tenuius, vt manifeſtis verbis voluit Gale. lib. 1. aphor. cō. 24. & lib. 2. aphor. com. 9. Hanc humorum preparationem ad expulſionem faciliorem Valleriola lib. de conſtitut. art. med. in. 21. capitis enarratione cū præcedenti, quæ naturæ victoria exiſtit, confundit, ambaſque has vnam facit: cum tamen iſtæ maximè inter ſe differant, longoque diſsideant interuallo, vt doctè admodum probat Manardus libr. 13. epiſt. 1. Nam id, ꝙ verè concoquitur, ideo cōcoquitur, vt quantum fieri poſsit, ſimile euadat concoquenti: quod verò expulſioni paratur, quanto magis id patitur, tanto redditur animali diſsimilius, atque ab ipſa natura magis alienum. Præterea, coctio fit à natura & non ab arte; hæc è contrariò, ab arte potius quàm à natura. Rurſus coctio humorum conſer-

uat

uat ſubſtantiã:illa eos diſſecat,& attenuat,& quodammodo conſumit. Præterea coctio eſt tantummodo humorum putridorum: illa etiam non putreſcentibus adhibetur, & animalis partibus, obſtructa aperiendo,& occluſa reſerãdo. Ad hæc coctio,eſt omniũ humorũ putridorũ; hæc verò ſolũ tenacium,atq; craſſorũ:nec enĩ licet craſſum reddere humorẽ è vaſis,vi medicamẽti purgãtis educendũ,veluti medici Auicẽnæ dogma ſectantes facere conſueuerunt.

PROGNOST. XVII.

Subrufa verò,nec admodum grauè olens eſto.

COMMENTARIVS.

QValis debeat eſſe naturalis deiectionis color, atque odor, hoc in contextu docet Hippocrates,dicens:Subrufa,nec admodum grauiter olens eſto. Euenit hic color deiectioni non à ventre,ſed ab humore bilioſo,qui à folliculo fellis ad inteſtina peruenit, ad hoc, vt ſua qualitate acri, & mordenti abradat, & detergat vniuerſum humorem pituitoſum ibi genitum: & excrementa alui proluat,ac illorum exitum acceleret. Quo fit,vt cùm humor iſte quantitate,aut qualitate immoderatus inuadit, non tantùm prædicta abſtergat excrementa; verùm etiam inteſtina abradat, ac exulceret,& dyſenterias excitet.Si verò exigua quantitate peruenit,aut omninò non defluit, ilei, ſeu voluuli ſuſcitantur: detento,vtique,recremento pituitoſo,& ſtercore non euacuato. Generatur itidem in ventriculo prædicta pituita,quæ euacuationem deſiderat,quia recrementitia, ac viſcoſa

Vndè ſubrufus color ad ueniat deiectioni.

eſt,& diuturna mora in adeò calido loco contenta,craſsior,& viſcoſior redditur. Veruntamen natura noluit illhâc excrementum bilioſum deducere,ne cibo oblato, ventriculus ſubuerteretur, & aſsiduè nauſeabundum fieret animal. Quod Paulo rectori contigit,qui; vt refert Galenus libro.2. de ratione victus in morbis acutis,comm.29.licet toto corporis habitu pituitoſus eſſet, diebus tamẽ ſingulis ſupernatabat flaua bilis; primamq́; ipſam vomebat à lauacro.Idem de multis alijs narrat Galenus libr.2.de temperamentis cap.6.qui, niſi bilẽ ante cibos vomerent,lædebantur.Addit Galenus lib.5.de vſu partium cap. 4.quòd ſi humor prædictus ad ventrem conflueret, corrumperet vtique, atque cõfunderet propriam illius actionem: ſi demum ventris quidem propria actio cõcoctio eſt: quod patet,quia,quæ concoquũtur,tempore ampliori indigent. Dictus autem humor non permittit tardare in vẽtre cibaria.Quare cum pituita in vẽtriculo genita,ſine maxima noxa elui nõ poſſet rectè veteres medici (vt Galen.ait.5.de vſu partiũ c.4.) vomitũ à cibarijs ſingulo mẽſe fieri conſulebant: hi quidem ſemel ſufficere exiſtimantes, illi autem etiam bis fieri iubentes.Fuit huius opinionis Hippocrates libr. de ratione victus priuatorũ, vbi inquit: Conſultiùs eſt,vt is, qui ſingulis menſibus vomere conſueuit,cõtinuo biduo hoc agat, quàm interpoſitis quindecim diebus.Ita enim ſecundus dies,prioris reliquias extrudet. Sed ad rẽ rurſus.Peruenit itaque meatus bilem deferens,nõ ad ventriculum, ſed ad inteſtina; ad quod tamen

Cur natura noluerit bilioſũ excrementum in ventriculũ deducere.

inte-

inteſtinorum deferatur,dubium eſt. Nam Vega in præſenti com.tenet, illum deferri ad inteſtinũ ieiunum. Veruntamen Galenus aliter ſenſit libr. 5.de vſupart.cap.3.&lib.2.de temperamentis cap. 6.& lib.6.de anatomicis adminiſtrationibus, cap. 12.quibus in locis affirmat,huiuſmodi meatum in ecphyſin,hoc eſt,in exortum, ſeu duodenum implantari. Fefellit quàm plurimos ex barbaris medicis,quos Vega fortè ſequutus fuit,Auicenna.16. 3.tracta.5.cap.1.vbi cẽſet ad ieiunũ inteſtinũ iam dictum meatum peruenire.Inferitur tamen nõ in hoc,ſed in duodeno, haud procul à ieiuni principio,vt Veſalius voluit lib.5.de humani corporis fabrica capit.8.& anatomica inſpectio demonſtrat. Per hanc itaque viam defertur bilis in inteſtina, quæ deiectiones, pallido, rufo, aut flauo colore tingit.Si enim bilis,quæ decumbit in ventrem,im modica fuerit quantitate, aut qualitate ſyncera, rufam,aut flauam conſtituet deiectionem.Quòd ſi,exigua quantitate permeet, pallidam reddet; quemadmodum ſi nullo modo defluit, alba deiectio efficietur, vt in regio morbo laborantibus videre licet. Subrufus color,cùm inter hæc medius ſit,naturalis meritò haberi debet, indicans bilem modicè ad inteſtina deſcendere.Rectè igitur Hippocrates in præſentia naturalem deiectionem deſcribens,ait,ipſam ſubrufam eſſe oportere. Cuius verba enarrans Galenus lib.1.de criſibus capit.11. inquit: Quodnam igitur eſt ſecundum naturam ſe habens excrementum?Quod nec in ventre,nec in his, quæ circumiacent,organis: aliquod erratũ

Vega ſententia taxatur

Auicennæ ſentẽtia falſa.

Color deiectionis ſubrufus naturalis.

ſignificat. Tale autem eſt, quòd præter ea, quæ diximus, etiam duo illa recipit, quæ Hippocrates deinceps ſcripſit in hunc modum: Subrufum, nec admodum grauiter olens eſto. Nam ſi purum rufum ſit, vel nullo modo ſubrufum, vel plus rufę bilis in ventrem defluere ſignificat, vel nihil omninò. Horum enim primũ, ſi in principio morbi apparuerit, bilioſiorem eſſe morbum oſtendit. Si verò declinationis tempore, corpus integrè expurgari.

¶ Adiecit deinceps Hippocrates, optimam deiectionem non debere eſſe admodum grauiter olentem. Veruntamen contrarium ſentire videtur Aphrodiſeus libr. 1. problematum, proble. 29. vbi ait: hominũ ſtercus, omnium animantiũ maximè fœtêre: quòd vario, humidoq; cibo magis cæteris vtantur, atque plus quàm ſit ſatis importunè, priuſquã indigeant, gulæ indulgeant, minuſq; per laborẽ ſe exerceant. Cùm igitur cibus vel plenè concoqui, vel ſatis difflari, propter copiam, nõ queat; putreſcit aliquantulum: itaque grauiùs fœtet. Hæc Aphrodiſeus. Quæ ſi vera ſunt, damnanda non venit ex graui odore deiectio. Veruntamen dicendum, Aphrodiſeum non velle humanũ ſtercus debere eſſe admodum fœtens; ſed tale exiſtere, ad reliqua animalia collatum. Nam cæterorum animalium ſtercora aut nihil omnino, aut parùm fœtent: quin imò ſunt interim aliqua, quę bene olentia ſtercora habent, vt damæ, & ſilueſtres mures. In humana tamen ſpecie illud ſtercus laudabile eſt, quod nõ admodum grauiter olens exiſtit:

Cur hominũ ſtercus maximè fœteat

Aphrodiſei locus explicatur.

ſtit:

ſtit:quoniam quemadmodum ſuprà lib.1.comm. vltim.docuit Galenus, ſuperans grauè olentia, putredinis eſt,non concoctionis nota.Et lib.1.de criſibus cap.11.ait: Sic etiam, quod vehementer fœtet, niſi hoc ex cibi natura contingat, vehementẽ putrefactionem ſignificat. Et lib.3.aphor.comm. 26.iuxta calcem dicebat, quorum malam concoctionem fœtor indicat excrementorum. Et lib.5. epid.parte.3.addit:Nam ſemper exitioſa ſunt,quę fœtent excrementa.Ad eundem modum,quę omninò fœtore priuantur deiectiones, vitio dantur; tanquàm frigiditatis vehementis, & extinctionis caloris indices:quæ vera eſſe intelligimus,dũmodo aliquid non ſumatur, quod excrementi fœtorem augere,vel abolere poſsit. Intendit deiectionis fœtorem,allium, & aſparagus:abolent,lupini, & fœnũ Græcũ:quod teſte Auicenna.2.can.capi. 246. ſtercus fœtore priuat, & illud bono odore præditum reddit. *Quæ deiectionis fœtorem intendãt,vel aboleant.*

PROGNOST. XVIII.

Ac lumbricos quoque teretes, eunte in iudicationem, morbo,deſcendere vnà cum deiectione,idoneum eſt.

COMMENTARIVS.

LVmbricorum tria eſſe genera, latos, teretes, & aſcarides,Ariſtoteles lib.5.de hiſto. animalium cap.19.Galenus,Paulus,& Aetius, cæteriq́ue omnes priſci medici memoriæ prodiderunt,præter Hippocratẽ, & Celſum,qui,duo tãtùm conſtituerunt. Nam hic aſcarides; ille verò latos ſilentio prætermiſit.licet Hippocrates libr. 4.de morbis iuxta calcem,lati mentionem fecerit, dum ait: *Species lumbricorum.*

Hunc in puerulis intra matris vterum adhuc exiſtentibus, veluti & teretes, produci. In aphoriſmis tamen lumbricum latum prætermiſit, cuius cauſam tradidit Galenus libro.3.aphor.comm.26.dicens, Hippocratis non fuiſſe propoſitum de omnibus agere paſsionibus, quæ mortalibus eueniunt: ſed de illis tantùm, quæ in ſingulis fiunt ætatibus. Quare mirum non eſt, ſi in aphoriſmis lumbrici lati non meminerit; vt qui nulli conueniat ætati.

Cur Hippocrates lumbricum latũ prætermiſerit.

Celſum verò ob id aſcarides ſubticuiſſe dicere poſſumus, quia hi non ita crebrò homines infeſtant, ac reliqui: nec adeò multa, ac ſæua inducunt ſymptomata; veluti teretes, latiq;, ſed imæ tãtùm ſedi pruritum, & commotionem excitant. Auicénnã itidem, ſi diligentius introſpiciamus, tres, non quatuor ſpecies (veluti nonnulli barbarorum falſò putarunt) agnouiſſe inueniemus. Nam per longos, vnam: per latos, & rotundos, alteram: per aſcarides, paruos, ſeu minutos, tertiam intellexit: ita vt probanda ſint ea exemplaria in quibus tres; non in quibus quatuor, in capitis titulo, initioq; proponuntur; quemadmodum Manardus lib.3.epiſt. 1. doctiſsimis probat rationibus. Perlongos enim eos intelligit, quos Hippocrates in præſentia, reliquique Græci teretes, ſeu rotundos vocant: per latos, & rotundos, alios, qui lati ſimpliciter appellantur: per aſcarides, & paruos, ac minutos, illos accipit, quos Galenus, & alij Græci ſolùm aſcarides vocant. Eſſe verò apud Auicennã latos & rotundos, eos, quos Galenus, Paulusque latos ſimpliciter appellarunt, ex eo probat Manardus, quòd

Cur Celſus aſcarides ſubticuit.

Auicenna tres, nõ quatuor ſpecies tenuit.

Quid per latos, & rotũdos intelligat Auicenna.

quæ

quæ ab Auicenna.16.3.tract.5.cap.2.de latis, & ro tundis dicuntur,videlicet,quòd veluti panniculo quodam integantur, ex Paulo, de latis loquente, deſumpta ſunt, licet barbarie,vt fieri ſolet, offuſcata.Latorum quoque ac rotundorũ indicia,quæ capite.3.deſcribũtur,quæq; & ipſa ex Paulo quoque ſunt tranſcripta,clariſsimè oſtendunt, qui ab Auicenna lati, & rotundi dicuntur, eoſdem eſſe, qui apud Paulũ lati abſolutè nuncupantur.Quòd verò qui ab Auicenna.3.canonis,modò ſimul aſca rides,& parui,modò aſcarides tantùm, modò par ui tantùm dicuntur: Primo verò canonis lib. minuti vocitantur,ij ſint, qui à Galeno aſcarides ſim pliciter appellantur:teſtantur ea, quæ ab eodem Galeno lib.3.aphoriſ.comm.26.ſcribuntur in hũc modum. Sunt aſcarides,tenues quidam lumbrici, in parte maximè inferiore craſsioris inteſtini geniti:& reliqua, quæ cum ijs,quæ ab Auicenna, de prædictis,ſunt ſcripta,conueniunt.Rurſus quę de materia generationis paruorum ab Auicenna traduntur de aſcaridibus à Galeno, & alijs medicis Græcis dicta ſunt.Et quæ de ætate aſcarides producente ab ipſo ſunt enunciata ex Hippocrate, & Galeno ſunt accepta,quemadmodũ Hieronymus Gabucinus ſuo illo de lũbricis libro latiùs ꝓbat.

¶ Supereſt diſſeramus, an alia ſit, præter iam dictas,lumbricorum differentia. Nam qui cucurbitini vocantur, ad nullam dictarum videntur pertinere. Quapropter quartam per ſe ſpeciem aliquibus videri poſſent conſtituere. Manardus libr. 4.epiſtolarum,epiſt.4.dicit ſe nunquam lumbricum

Cucurbitini ad quã triũ ſpecierum ſpectent.

cum viuum conſpexiſſe, qui cucurbitulæ ſemina repræſentaret. Refert tamen ſe audiuiſſe à nónullis ex ſenioribus medicis ſecum degētibus, qui dicebant ſe eos ſępè viuos, interdum mortuos vidiſſe. Manardus ſimiliter quoſdā refert dicentes, cucurbitinos hoſce in ventre alterius magni vermis generari. Quin proba, & fide digna matrona apud eundem Manardum in magno quopiam verme, quem eius auia ægrota deiecerat, ſe vidiſſe aſſeuerauit nonnullos vermiculos cucurbitæ ſeminibus ſimiles. Cui opinioni Ariſtoteles ſuffragatur libro 5. de hiſt. animalium cap. 19. dum ait, latum illū inteſtinis adhærentem parere ſimilem cucumeris ſemini: quo indicio medici id genus lumbrici ineſſe intelligunt. Quibus verbis Ariſtoteles vult latum lumbricum inteſtino adhærentem, ſolùm inter alia lumbricorum genera parere cucumeris ſemini ſimilia animalia, quæ poſtmodùm egeſta indicium præbent potiſsimùm, inter alia multa, latū lumbricum inteſtinis ineſſe. Refert Antonius Beniuenius Florentinus in ſuo de mirandis morborum cauſis libello, capit. 87. in Auenionis thermis, quæ ſunt in agro Senenſi, ſe mulierem vidiſſe, quæ cōtinuis ſeptem diebus aqua epota, complures ex his lumbricis, qui cucurbitini appellantur, eiecit: qui vſque adeò inter ſeſe dum alter alteri mordicùs inhæreret, iungebantur, vt cum ſua ipſi ſerie quatuor cubitorum longitudinē excederent. Vtcumque autem ſit, cum Manardo dicere oportet, antiquos medicos, hos in numero lumbricorum non habuiſſe, quoniam decidi à lato veluti ſegmē

Ariſtotelis de lumbrico lato ſententia.

tum

tum quoddam,& eius portio viderentur, ſed indicium proprium lati lumbrici eſſe,veluti arenam lapidis; quod ex Ariſtotelis loco ſuprà citato, & ex Hippocrate lib.4.de morbis: & ex Galeno libr.1. de locis affectis cap.5.diſcere licet; quos Paulus,& Aetius ſunt ſequuti.Hoc tamen ſilentio prętereũdum non eſt, Hieronymum Gabucinum exiſtimaſſe ſolos hos cucurbitinos viuere,ac veluti animam illius lati:quo intercluduntur,eſſe:latumque lumbricum nihil aliud eſſe cenſet, quàm mucos intra inteſtina congenitos,vel mucoſam pituitam inteſtinorum frigiditate addenſatam, loricæ modo inteſtina introrſum ambientem, quàm mulieres aſsidentes lectulos vermium nuncupant: hãc, animal non eſſe, nec per ſe conſiſtere, aut moueri,arbitratur. Quòd ſi aliquãdo moueri videatur, eum motum non mucoſam illam concretionem, quam latum lumbricorum vocant, ſed cucurbitinos intra ipſam collectos, quiq; ſolũ viuunt præſtare aſſeuerat. Veruntamen hæc opinio antiquioribus medicis latum lumbricum definiẽtibus aduerſatur. Siquidem Paulus lib.4.cap.57.lumbricũ latum,mutationem eſſe dicit interaneę inteſtinorum membranæ ad animalis corpus, qui quandoque per partes, quãdoque totus ſimul excernitur, incredibilem ſpeciem magnitudinis præbẽs. Aetius quoque lib.3.ſermone.1.capit.40.eadem ferè ſcribit, ad hunc modum: latus lumbricus eſt, vt quiſpiam dixerit, tranſmutatio membranulæ tenuia inteſtina introrſum ſuccingentis,ad animale quoddam corpus.Ex quibus liquido conſtat,lumbricum

Gabucini de lato lumbrico opinio.

Lati lũbrici definitio ex Paulo & ex Aetio.

bricum latum animal eſſe,& ex conſequenti, ſentire, ac viuere, ſi modo animal eſt ſubſtantia animata,ſenſu prædita. Vtcumque tamen ſit,perſpicuum eſt latum hũc lumbricum rarò videri, tum quia vt.3.ſect.aphor.commẽ. 26.ſcribit Galenus, rara eſt lati lumbrici generatio, tum quia,vt Paulus ait,dimiſsi non conſiſtunt. Atqui hinc fieri putandum eſt,quemadmodum.4.epiſtolarum.1.dicit Manardus,vt aſsidentes plerunque inter excrementa neſcio quid medicis oſtenſuri fruſtrà perquirant: quod tamen ſe prius vidiſſe teſtantur. Nec aliud quidquam Plinium lib.11. cap.33.per illam tricenum pedum tæniam,quàm iſtum latum lumbricum intellexiſſe putandum eſt. Hunc Manardus bis,terve in tota vita,ſed præcipuæ magnitudinis Mirandulæ ſe conſpexiſſe refert. Ego illũ ſemel Salmanticæ in noſocomio Academiæ cum maxima aſtantium admiratione ſum intuitus; ad quem viſendum è cathedra (vbi legens eram) eximius noſter Doctor Metina accerſiri me iuſsit. Viſa etiam eſt ſuperioribus annis Recinæ Picentium ciuitate lata tænia, integra, miræ planè longitudinis, quam puellus, annum ſecundum,ac menſes quatuor ætatis ſuæ agens, egeſsit. Roſtro prædita erat quodam acuto, acus piſcis more: quæ mouebatur, ac ſe contrahebat lumbricorum terreſtrium modo. Hæc (vt ſcribit Gabucinus) ſuperuixit in æreo vaſe aqua repleto per diem ferè, non ſine aſsidentium, ac totius ciuitatis admiratione. Veruntamen, quandò plura de lato lumbrico dicta ſunt, ad teretes, & aſcarides ſermo-

Cur latus lũbricũ rarò videatur.

Tricenũ pedum tænia Plinij.

Latus lumbric⁹ ab autore viſus.

ſermonem cõuertere fuerit opportunum; ſi priùs illud aduertam, per cucurbitinos Arabum, latos Græcorum lumbricos audiendos eſſe. Liquet hoc ex Serapione cap. de filice. Nam vbi Dioſcorides,& Galenus,latos,habent,ipſe,cucurbitinos, ſcribit. Auerroes ſimiliter. 7. collectaneorum libr. cap. 57. quæ de latis Galenus in fine operis de methodo medendi prodidit, cucurbitinis accommodat. Ex quibus perſpicuum eſt, Arabes, latos Græcorum lumbricos, cucurbitinos, appellaſſe. Fernelius libro. 6. pathologiæ cap. 10. dum ait: Breuiores & latos, cucurbitæ ſeminis effigie, vnam eſſe ex tribus lumbricorum ſpeciebus: aliquo modo Arabes medicos ſequi videtur. Addit tamen ex horum mutuo adhæſu, & adunatione crebra, latum illum lumbricùm texi, quem Græci tæniam, quòd vittis, & faſcijs mulierum, quibus capillum vinciunt, ſit ſimilis. Ex quibus clarè licet intelligere, cucurbitinos lati lumbrici apud Fernelium ſegmentum eſſe, & partem, non ſobolem, quemadmodum cenſuit Ariſtoteles.

Cur latus lũbricus tænia vocetur.

¶ Teretes ſecundam conſtituunt lumbricorum ſpeciem, quæ omnibus nota exiſtit, ob id, quòd lumbrici hi omnibus alijs frequentiores ſunt. Porrò ita nuncupantur, quòd reuera teretes, atque rotundi appareant, ſiue ex loci qualitate, ſiue ex alia quapiam cauſa, id conſequantur. Sunt enim ſecundum craſsitudinem rotundi, longitudine verò palmares, & aliquandò maiores; non abſimiles vermibus, vt. 3. epiſtol. 1. Manardus inquit, qui in fœtunticetis, hoc eſt, vt idem

Teretes cæteri ſunt frequentiores.

idẽ explicat. 4.epiſt.1.in fœtidis, ac cœnoſis locis reperiri conſueuerunt, quos oniſculos vulgus, Grę ci verò, γῆς ἔντερα, quaſi terræ inteſtina dixeris, vocant. His nullos eſſe oculos, quemadmodũ nec vlli vermium generi lib.11.hiſtoriæ naturalis, cap. 37.Plinius ſcripſit. Mira ſunt, quæ de horum lumbricorum multitudine, ac forma ab auctoribus tradi ſolẽt. Scribit Antonius Beniuenius in ſuo de abditis libello, capi.85.puerum quendam lumbricos duo de quinquaginta, ſupra centum, aluo depoſuiſſe. Alterum refert Gabucinus, qui centum ſeptuagintaſeptem excreuit. Veruntamen nouitatem omnem excedit id, quod cap. 2.prædicti libelli Beniuenius ſe vidiſſe refert, videlicet, fabrũ lignarium quendam vnà cum craſsiori pituita lumbricum tandem vomitu expuliſſe, longitudine digitorum quatuor, rubro colore, capite læui, quod piſi magnitudinem non excederet: cætero corpore lanugine quadam contecto, cauda furcata, in modum nouæ lunæ; pedibus nixũ quatuor, duobus in dexteriorẽ, totidem in ſiniſteriorẽ partem: veruntamen de numero, & effigie teretum hæc ſufficiant: quare ad aſcarides veniendum.

Vermium genus oculis caret.

Mira de teretibus.

¶ Aſcarides, tenues quidam ſunt lumbrici, vermibus ſimiles, qui in extremo longanone, & parte maximè inferiori craſsi inteſtini gignuntur, vehementem horum locorum pruritum excitantes. Et plurimi manifeſtè apparent in iumentis malè cibum coquentibus, quorum malam coctionem (vt Galenus ait.3.lib.aphor.comm.26) fœtor indicat excrementorum. Dicuntur aſcarides, vt Manardo placuit

Aſcarides lũbrici quales ſint.

placuit.4.lib.epiſt.epiſtol.1.à Gręco verbo, ἀσκεῖν, quod latinè ſignificat,exerceo:vel potiùs à verbo, ἀσκαρίζω,quod,idem eſt,quod moueo.Sedi enim, circa quam conſiſtunt, vehemẽtem pruritum inferentes, vt Paulus, & Aetius teſtãtur, aſsiduèque commoti, animal continuò ſtimulant,& exercẽt. Atque hæc de lumbricorum differentijs abundè ſint dicta:ſupereſt,vt de illorũ materia differam.

¶ Porrò ex numero eorum animalium, quæ non ex ſemine,ſed ex putredine generantur, Galeno auctore.3.lib.aphor.comm.26.lumbrici ſunt. Ariſtoteles lib.5.de hiſtoria animalium cap.19.ex excrementis intra animantem cõtentis eos fieri protulit. Auicenna.16.3.tractatu.5. nunc ex pituita, nunc ex humiditate excrementitia à iocinoris facultate tractrice imbecilli in excrementis relicta naſci affirmat.Primo enim cap.pituitam, materiã eſſe generationis lumbricorum,ait,ſcilicet,quandò incaleſcit in inteſtinis, ac putreſit,ibidemque conſiſtit: cap.tamen.2.ex corruptione eius humiditatis excrementitiæ, quæ à iocinoris tractrice facultate debili in excrementis relinquitur, oriri aſſeuerat.Cęterùm Oribaſius lib.3.aphor.comm.30 ex omnibus naſci humoribus voluit.Nam contendit aſcarides,ex melancholico:teretes, ex bilioſo: latos,ex pituitoſo ſucco gigni. Ratus fortaſsè ob id aſcarides ex humore melancholico conſiſtere, quòd in recto,craſſoque inteſtino inueniãtur,vbi humor iſte exuberat; propterea quòd venæ hæmorrhoides nuncupatæ, illic terminãtur, craſſum maximè, ac fœculentum ſanguinem deferentes.

Lumbrici ex qua materia originẽ trahant.

S Teretes

Teretes verò ex flaua oriri bile cum dixiſſe ſuſpicari poteſt: quòd hi in gracilibus inteſtinis potiſſimùm ſedem habeant, ad quæ, & præcipuè ad ieiunum vocatũ, multa bilis copia à poro ſeleo trãſfunditur. Veruntamen huic ſententiæ Paulus lib. 4. capit. 57. & ratio ipſa, aduerſantur. Nam calida, acriſq́; materia, qualis flaua bilis eſt; ac frigida, & ſicca, qualis eſt atra bilis, vtpotè alimenti naturã egreſſæ, lumbricis procreandis ineptæ videntur. Accedit eò, quòd biliofa recreméta amara exactè cùm ſint, animal vllum procreare non poſſunt: quemadmodum fuſiùs docet Galenus libr. 4. de ſimp. med. facul. cap. 20. in eum ſcribens modum: At ſapor amarus, quòd ſiccis tẽperie corporibus inſit, vel hinc colligere licet, quòd minimè omniũ amara putreſcãt, minimèq́; vermes, aliaq́; animalcula, qualia in radicibus, herbis, fructibuſque putreſcentibus prouenire ſolent, procreẽt. Maximè namque videmus in humidis naſci corporibus vermes, & putrilaginẽ. At quæ exactè amara ſunt, (voco autem ſic ea, quæ nulla ſenſu notabili alia participant qualitate) omnibus propè animalibus, nedum hominibus eſui inepta ſunt. Quippè cùm animal omne plùs, minùſq́; ſit humidum; amara autem, ſicca, non aliter, quàm cinis, & puluis: itaq́; nec cinerem, nec puluerem, nec fauillam, nec calcem animal eſitat, quemadmodum nec eorum, quæ planè amara ſunt, quidquam. Hæc Galenus. & paulò inferiùs ait: Adeò enim eſt tum hominibus, tum plantis, animalibuſque inimicum, quod exactè amarum eſt, & quod ſqualidum pariter, ac ſiccum

Oribaſij ſententia improbatur.

ſiccum eſt, ac veluti fuliginem quandam ab aſſatione refert. Quæ omnia ſi vera ſunt, dicemus certè lumbricorum materiam bilem non eſſe, ſed pituitam potius craſſam dulcemq; à ſatietate, & crapula, aut ab inſatiabili infantium auiditate in inteſtinis productam. Quo fit, vt cibi, qui facilè intus vitiantur, quiq; craſſæ, ac frigidæ ſubſtantiæ, ſerçque concoctionis exiſtunt, vt triticea, farinaceaq; pulmenta; & ad hæc cruditates, ocia, & ſomni longiſsimi lumbricis generandis materiam ſuppeditent. Balnea item, ac veneris frequens vſus, à cibo præſertim: præterea humida alimenta, & quæ facilè intus vitiantur; qualia ſunt oleracea omnia, fugaceſq; fructus, eò quòd humoris pituitoſi prouẽtum faciant, lumbricos producunt. *Lũbrici non fiūt ex bile.* *Quæ alimenta lũbricos generent.*

¶ Sed dicet quiſpiam, autumno lumbricos plurimos generari. Hoc verò indicat eos non ex pituita, ſed ex melancholia, ortum ducere. Aſſumptum ex Hippocrate conſtat lib. 2. epid. parte. 1. in initio, dicente: Autumno maximè ferinũ, & cordis morſus. &c. Quod itidem confirmat. 6. eiuſdem tituli lib. parte. 1. aphor. 13. ſcribens in hunc modum. In autumno ferinum, cordis dolores, horridæ febres & ab atra bile morbi contingunt. Vbi, Galeno interprete, per, ferinum, interaneorum animalia, lũbricos videlicet, ſignificauit: quòd hi reuera feræ ſint, ſæuaq; inducant ſymptomata. Veruntamen dicendum eſt autumno lumbricos procreari, non ex ſucco melancholico, quem potiſsimùm autumnale tempus parit; ſed ex victu. Nam eo tempore multi fructus accedũt, quibus abundè repleti, ma- *Obiectio.* *Quid per ferinum Hippoc. intelligat.* *Obiectionis ſolutio.* *Cur autũno lumbrici generentur.*

lorum ſuccorum prouentum coaceruant: atq; his demum putredine correptis huiuſmodi lues innaſcitur. Fructus verò qui hæc vitia adaugent, ij ſunt, quos Galenus lib.2. de alimentorum facultatibus in initio, oreus: Plinius verò lib.15. cap.13. fugaces appellát, quales ſunt mora, perſica, cucumeres, pepones, & melopepones. Cú igitur hi, quotquot ante exactam maturitatem eſitantur, flatulenti exiſtant, & omnes hoc vno potiſsimum vitio ſint prædití, quòd pituitoſum ſuccum, eundemque vitioſum maximè progignant, fit, vt eo plurimo in ventre coacto, caloreq; tunc temporis imbecilli reddito, multæ putredines innaſcantur: ex quibus poſtmodùm lumbrici exurgunt, & generantur. Hieronymus Gabucinus dulcia, quà dulcia ſunt, lúbricos procreare non poſſe arbitratur; exiſtimans dulcia eo conſtare temperamento, vt facilè in quouis corpore in bilem vertantur. Ná cùm Galeno teſte lib. 4. de ſimplicium medicamentorum facult. à calore temperato dulcis fiat ſapor, eoq; vel inſito, vel aſcititio: (inſito quidem veluti mel; aſcititio verò, veluti ſunt omnia, quę ab igne pręparantur proindeq; dum calida ſunt, ijs ſuauiora, quibus nutritione eſt opus, apparent) ſi illum venter commutare, ac concoquere debet ſui calore per vlteriorem decoctionem, ſaporem adipiſcetur amarum, ad animalis procreationem ineptum. Veruntamen is non videtur legiſſe Hippocratem lib.4. de morbis iuxta calcem dicentem: Humoré dulcem, putridumq́; diù retentum, materiam eſſe generationis vermium; quod intelligentes mu-

Gabucini opinio taxatur.

liercul æ natis puerulis dulcia prohibẽt:veritæ ne, ſcilicet, lumbrici, quibus puerilis ætas plurimùm abundat, ab huiuſmodi dulcibus excitentur, ſęuaque ipſis de more inducant ſymptomata. Nec abſolutè dicendum eſt, dulcia, cùm calefiunt, amara fieri: ſed tunc ſolùm, quandò nimis calefiunt, aut vruntur. Quæ Galeni eſt ſentẽtia lib. 1. de criſibus, cap. 12. quo in loco ſic ſcribit: In commentarijs de potentijs naturalibus oſtendebatur, quidquid alimenti ſupra modum calefit, præſertim ſi pingue, atque dulce fuerit, verti in amaram bilem. Vndè facilè inferre licet, quòd cùm dulcia prædicta nõ vruntur, aut ſupra modum calefiunt, ſed in inteſtino inculcantur, & à tranſpiratione prohibentur non bilieſcere, ſed putrefieri; putreſcentiaq́; lumbricos generare. Falſum etiam eſt; quod idem Gabucinus aſſeuerat; dulcia in quolibet corpore in bilem tranſmutari. Nam mel, teſtimonio Galeni lib. de bono, & malo ſucco, cap. 12. & lib. 2. de naturalibus facultatibus. c. 8. prope finẽ; & 1. de facultatibus alimentorũ. c. 2. & libr. 3. eiuſdẽ tractationis cap. 39. in ſenili ętate, queadmodũ in natura pituitoſa, frigidisq́; morbis alimentũ eſt in primis accommodũ, facileq́; in probũ cõuertitur ſanguinẽ. Relinquitur igitur, dulcia alimẽta, pituitáq́; dulcẽ, atq; pituitoſa recremẽta generãdis lũbricis ſuppeditare materiam. Quæ recrementa fortè Auicennam adduxerunt, 16. 3. tract. 5. cap. 1. vt crederet lũbricos ſemper in homine reperiri. Nam cùm prędictis excrementis nunquàm careamus, nunquàm nos lumbricis carere conſequens illi videbatur:

Gabucini dogma falſum.

ſiquidem teſte Ariſtotele libr.1.de ortu, & interitu, capi.3. poſitis ad actionem requiſitis, actio ipſa neceſſariò ſequitur. Veruntamen cùm experimēto hac in re magis ſit credendum, falſam eſſe Auicennæ opinionem dicendum eſt. Siquidem, quod ex corporũ diſſectionibus; quæ in noſtra hac Salmanticenſi vrbe, plures, Academici ſenatus iuſſu quotannis adminiſtrantur; animaduerti liquidò poteſt, rarò admodum lumbrici in inteſtinis conſpiciuntur: quod etiam in ſuis patrijs obſeruauerunt alij: nec me latet regionibus quibuſdam lumbricos adeò eſſe familiares, vt endemi. hoc eſt, patrij, ſeu vernaculi, dici meritò poſsint. Curaui com plures Nauauros hîc ſingulis annis ſtudij gratia moram trahentes, qui mihi retulerunt, Pompeiopoli (quæ vrbs illius regni eſt metropolis) lumbricos adeò eſſe frequentes, vt inter mille vix vnus, aut alter reperiri queat, qui ab eis non infeſtetur. Si Auicenna Nauaurus fuiſſet, dicere poſſemus eum, quam de ſua patria habebat, protuliſſe experientiam. Veruntamen ipſe Bœthicus fuit, non Cantaber, nec Nauaurus.

Auicennæ opinio falſa

Lumbrici regionibus quibuſdam familiares.

¶ Opportunum iam videtur, vt locum generationis lumbricorum explicemus: quem ventriculum eſſe credidit Conciliator differētia.101. cuius ſententiam falſam eſſe declarant verba Ariſtotelis lib.4.meteor.cap.3 quæ hunc in modum ſe habent: Animal (inquit) non fit in ipſa concoctione, veluti quidam aiunt: ſed in ſecretione putrefacta in inferiore ventre, & poſteà in ſublimè ſeſe attollunt. Ariſtoteli ſubſcribit Auicenna, 16.3.tract.5.

Lumbrici quo in loco generentur.

capit

capit.2.dicens lumbricos ex humiditate fieri ſter cori cómiſta, malè à iocinoris facultate attractrice attracta. Quin & Galenus lib.1.de locis affectis cap.5.dum inquit, lumbricos in inteſtinis ſolùm generari; id ipſum, quod Ariſtoteles velle videtur. Nec contrarium ſentit lib.3.aphor. com. 26. cùm ait: cibus plerunque corrumpitur in ventre,& pręcipuè inferiori puerulis,ex qua poſtmodum corruptione lumbrici oriuntur. Quibus verbis non vult Galenus lumbricos in ventriculo produci ob id, quòd in eodem cibus corrumpatur: verùm, inquit, quod cùm duplici in loco cibus corrumpatur, ſuperiore, videlicet, & inferiore; eum qui in inferiori potiſsimùm ventre putreſcit, idoneum eſſe pro lumbricorum generationis materia: Nullibi tamē ipſe dixit lumbricos in ventriculo oriri: quinimò libr.1.de locis affectis citato, in inteſtinis ſolùm generari aſſeuerat, quem Paulus,& Aetius ſequuntur. Præterea argumento à ſufficienti partium enumeratione ſumpto, planè conſtat, ipſos non fieri in ventriculo. Nam non teretes; ſiquidem hos in tenuibus inteſtinis gigni conſtat:non latos; quoniam iſti quoq; in inteſtinis oriuntur:non aſcarides; quandoquidem in parte inferiori craſsioris inteſtini,& extremo lōganone,&anifibulæ initio,Greci σφιγκτῆρα, à conſtringendo dicunt; ipſos naſci fuit demonſtratū: nulli igitùr in ventriculo gignuntur. Teretes in gracilibus magis fieri inteſtinis Galenus eſt teſtis lib.3.aphor.com.26.à quibus ad ventriculum perreptant; ideòque frequenter per os reijciuntur.

Galeni locus explicatur.

ciuntur. Quibuſdam verò per nares, non quòd in anguſtis narium meatibus procreentur, quemadmodũ ſentire viſus eſt Auicenna.1.3.tract. 2.capi. 3.quia hoc planè perridiculum eſt:ſed quòd in inteſtinis conſiſtentes ſuperiorem ſubeunt ventriẽ, & ab illo ad nares vſque deferantur. Ex his perſpicuum eſt erraſſe Vegam in præſentis prognoſtici commentario, dum cenſet lumbricos hos in cæco inteſtino, vbi fæces, & pituita diu retinentur, magna ex parte generari. Generãtur enim non in cæco, ſed in gracilioribus inteſtinis, à quibus frequẽter deorſum perueniunt, & vnà cum deiectionibus excernuntur: quandoque verò ſurſum aſcendunt, & per os, & nares redduntur. Quas verò latas tænias nuncupamus, in inteſtinis itidem procreari lib.4.cap.57. Paulus contendit: cui ſententiæ ſubſcribit Aetius libr.3.ſerm.1.capit.40. quod ex earum definitione conſtat. Siquidem latus lumbricus (vt ſuprà fuit viſum) mutatio eſt interaneæ inteſtinorum tunicæ ad animalis quoddam corpus. In quibus verò inteſtinis procreentur, non item conſtat. Veruntamen bona medicorum pars in tenuioribus inteſtinis eos fieri affirmat; quod verum eſſe declarant ſtomachi morſus continui, & ad cibos incorrigibiles appetitus. Quæ ſympto mata non ob aliud ſtomacho ab ipſis inferri eſt exiſtimandũ, quàm quòd inteſtina tenuia, in quibus procreari dicuntur, ventriculo vicina exiſtãt. Teretes verò in recto generari inteſtino nemo inficias it. Quare conſtat, omnibus lumbricorum generibus inteſtina ſedem generationis, ac domicilium

Auicenna taxatur.

Vega reprehenditur.

cilium eſſe, non ventriculum: veluti falſò Conciliator ille pluribus argumentis perſuadere conatur; quæ cum optimè à Hieronymo Gabucino infringantur, non eſt, cur nos in illorum ſolutione ampliùs tempus fruſtra conteramus. Indignũ præterea videtur, in ventriculo; vbi coctio potiſsimùm fit; lumbricos generari: ſiquidem ingens huius loci calor, illorum ortum prohiberet. Conſtat calor iſte partim ex inſito ventriculi calore, partim ex adſcititio viſcerum circumiacentium, in quorum medio ventriculus exiſtit, non ſecùs ac magnus lebes cùm à pluribus ignis focis circundatur. Nam à dextris quidem iecur habet, à ſiniſtris lienem, ſupernè cor, ac ſeptum tranſuerſum eleuatum, & aſsiduè motum: His etiam ampliùs omentum, quod prædicta tegit. Ex quibus omnibus ventriculi calor adeò augetur, vt dura quæq́; ac concoctu difficilia traſmutet, concoquat, alteret, & in aliam formam conuertat. Motus inſuper ventriculi, quo nunc cõſtringitur, nunc dilatatur: & ad hæc frequens cibi, potuſq́ue introitus, & exitus in cauſa ſunt, vt quo minus eoſdem in ventriculo fieri putemus. Accedit eò, pituitam in vẽtriculo non facile putreſcere, eò quòd optimè difflatur, peruentileturq́; per œſophagum, amplo patẽte aditu. Ex quibus fit manifeſtum turpiter hallucinari Michaëlem Sauonarolam in com. de vermibus capit. 1. iuxta finem, dum cenſet lumbricos cucurbitinos fieri in ventriculo, ab eodemq́; formam deſumere, quem cucurbitulæ ſimilem eſſe omnes vno ore fatentur. Sed multo magis impro-

Conciliator falſa perſuadere cõtendit.

Sauonarola hallucinatur.

Alſarauij & Auẽzoaris ſententia improbatur

banda eſt Alſarauij cap. de tuſsi:& Auenzoaris libro.1.theiſir, tract.1.cap.3.ſententia tenentium, in ſpiritus tramite, hoc eſt in aſperæ arteriæ canali, prædicta animalcula progenita contineri. Qua de cauſa puerulis, lũbricis infeſtatis inceſſanter tuſsire præcipiunt: argumento, quòd lapilli in eiſdem ſpiritus meatibus producantur, qui aſperrima tuſſis vexatione eiecti quandoq; ſunt: quemadmodũ Galenus prodidit lib.4. de locis affectis, cap.9. Cæterùm quàm falſa ſit hæc aſſertio, probare opus non eſt; cùm alioquin abſurdiſsimum ſit in reſpirationis inſtrumentis lumbricos degere, exiſtimare: quemadmodum Conciliator diff. 1. ſupra centeſimam latiùs probat: atque de loco generationis lumbricorum ſatis. Quare reliquum eſt, vt de præſagijs, quæ ab illis ſumuntur, agamus. Nam ad illa præſens Hippocratis ſententia ſpectat, qua aſtruit expedire lumbricos teretes cum deiectionibus exire, morbo ad iudicationem eunte. De teretibus tantùm mentionem fecit, quia ſpeciem habent omnibus conſpicuam, & alijs ſunt frequẽtiores: hi, ſi deorſum excernantur, meliores ſunt; quàm ſi ſurſum. Nam ſurſum aſcendere, & vomitu reijci, malum eſt exiſtimandum, eò quod putridã colluuiem ad partes principes deferant: quò fit, vt deliria, & animi deliquia inducant. Deteriùs etiam erit, ſi deorſum deſcendentes, ſoli nec deiectionibus commiſti exeant: quoniam ſignificant inteſtina illis ſcatere, & putredinis effectũ educi, intùs putredine ipſa remanẽte; cuius malignitatẽ lumbrici fugere coguntur. Adiecit: Morbo in iudica-

Cur Hippocra. in progno. de teretibus tãtùm mentionem faciat.

dica-

dicationem tendente: quia illo tempore natura quidquid noxium eſt expellere ſatagit. Nam in principio nihil non ſymptomaticè euacuatur; ꝙ docuit Aetius lib.3.ſerm.1.cap.39 dicens: Lumbrici in febribus, & abſque febribus fiunt, multitudine, magnitudine, colore, & tempore inuicem differentes. Circa enim morbi principia geniti, ſubſiſtentiam ex ſubiecta recipiunt corruptione; circa conſiſtendi vigorem, ex morbi malignitate; circa declinationem, ex tranſmutatione ad melius; qui & celeriter excernuntur, naturà eos ad exteriora, non ſecùs ac cætera excrementa, propellente. Aetio Paulus ſubſcribit lib.4.cap.58. inquiens: Circa febrium initia geniti, ſubſiſtentiam ex ſubiecta habent corruptione; circa conſiſtendi vigorem, ex morbi malignitate; circa declinationem omninò ad melius proficiunt: ait enim Hippocrates: Bonũ & lumbricos teretes exire, ad criſim eunte morbo. Hæc Paulus. Addit Aetius, deteriores eſſe maiores minoribus: multos, paucis: rubros, albis: & viuentes mortuis. Veruntamẽ huic vltimo Aetij dicto Raſius lib.25. continentis, tract.1.cap.1. & Auicenna. 16.3. tract.5. capit. 1. in fine manifeſtè repugnant, mortuos, viuis deteriores eſſe iudicantes. *Aetio Raſius & Auicenna repugnant.* Nec immeritò quidem: nam mortui magnam in corpore humorum malitiam adeſſe ſignificant, à qua interfecti ſunt: aliter enim viuẽtes eſſent, nec mortui expellentur. Plura his diligens lector reperiet apud Hieronym. Gabucinum peculiari de lumbricis commẽtario, vbi de re hac omnem difficultatem exactiſsimè abſoluit atque enodauit

PROGN.

PROGNOST. XIX.

At verò in quouis morbo vẽter mollis, corporatusq́; ſit, neceſſe eſt.

COMMENTARIVS.

Libro primo progn.27.dixit hypochondrium ſaluberrimum,molle eſſe,æqualeque dextra, atque ſiniſtra parte.Quod ſi(quemadmodum Galenus ait lib.10.meth.cap.5.)vtiles ſententias repetere bonum eſt; hîc vbi de deiectionibus agitur, hoc facere certè optimum erit.Nam venter mollis ſignificat deiectionem probè ſuccedere, & partes,quæ nutritioni deſeruiunt, validas eſſe. Si nãque hypochondrium intentum eſſet, aut durum, ſignificaret inflammationem,vel ſcirrhum adeſſe,aut excrementa detineri, & non probè expurgari;aut flatuoſo ſpiritu ventrem repleri.Siquidẽ, teſte Galeno lib.1.de ſemine cap.4.cùm hic flatibus infeſtatur, plurimùm ipſum intumeſcere, ac diſtendi,& in magnitudinẽ attolli,& dolore conflictari neceſſe quidem eſt. Vult etiam Hippocrates ventrem oportere eſſe cõcorporatum, hoc eſt, craſſæ, mollis, & multæ carnis:quoniam oſtendit febrem non eſſe admodũ adurentem, vtpotè quę non valuerit abdomen extenuare, aut tabefacere. Adde quòd ventris craſsitudine non ſolùm auxilium præſtatur concoctioni partium ſubiacentium,verùm etiam excrementa omnia ventris, & veſicæ,optimè expellũtur:& viſcera, quæ ſubſunt ab extrinſecùs accedentibus iniurijs tuta manent. Hinc non temerè Auicenna.16.3.ex raritate, & gracilitate abdominis,quod ipſe,mirach,vocat,colicam

Quid per vẽtrem mollẽ ſignificetur.

Quid vẽter concorporatus oſtẽdat.

licam gigni poſſe affirmat, eò quòd inteſtina externis cauſis obuia ſint, illiſque facile exponãtur.

Colicus dolor ex abdominis raritate.

PROGNOST. XX.

Si autem aquoſa admodum, aut candida, aut admodum crocea, aut ſpumans deijciatur, hæc omnia mala ſunt.

COMMENTARIVS.

HActenus Hippocrates de bonis deiectionibus diſſeruit: nũc de prauis agere incipit. In progn. præſenti quatuor malarum deiectionũ ſpecies cõnumerat. Hæ aũt ſunt, admodũ aquoſa; ad modũ cãdida; crocea; & ſpumans. Aquoſa, tenuis eſt, & alba, vt ex Gale. liquet libr. 1. de criſibus. c. 5. vbi ait: Eſt enim ſimpliciter crudũ, ꝙ album eſt, ac tenue, quod aquoſum nominamus. Porrò hanc cruditatem ſignificare dixit Galenus, quod ſimiliter in præſenti comm. voluit, dicens: Aquoſa deiectio, cruditatis indicium eſt. Et meritò quidem; quia concocta, conſtantia ſunt, & craſsiora. Nam, vt ſuprà comm. 16. fuit explicatum, coctio omnia cogit, ac craſſeſcere facit: quod experientia demõſtrat. Nam omnis liquor, aqua dempta, igne elixatus, craſsior redditur. Quare deducitur, aquoſam deiectionem, languorem ſignificare partium concoquentium: quod verum eſt, dum modo perſeueret, aliter nequaquàm. Quoniam cùm ad actionem omnem naturalem tempus exigatur, vt Ariſtoteles eſt auctor lib. 1. de ortu, & interitu cap. 10. quod temporis defectu truncatum exiſtit, non eſt cur agentis impotentiæ tribuatur. Adiecit deinceps Hippocrates candidam: quia licet aquoſa, alba ſit, non tamen alba, neceſſariò aquoſa erit: quia

Aquoſa deiectio quid ſignificet.

aquoſa neceſſariò tenuis eſt,cum tamen candida poſsit eſſe craſſa. Adde quòd candida quid ſupra albam addere videtur: nam quod candidum eſt, quandam lucentem obtinet albedinem,quam album ſimpliciter non obtinet. Vndè niuem candidam, & cygnum candidum magis propriè dicimus,quàm album. Quare non quælibet alba deiectio,candida dici debet; ſed illa tantùm,quæ albedine intenſa perfuſa ſplendet. Erit hæc deiectio mala,quia humoris vitrei nuncupati in inteſtiniſque geniti prouentum denotat. Iſtæ duę deiectionis ſpecies cruditatem indicant, & caloris naturalis defectum: maiorem candida; minorem verò alba. Galenus tamen lib.1.de criſib.capit.11.incoctum excrementum eſſe dicit, quod album eſt,ac tenue,vel aſperū,& humoris expers, aut quod ex cibis ſeruat qualitatem. Croceam deiectionē diximus progn.17.ſignificare plus ruffæ bilis in ventrem defluere,ac iocinoris itidem calidam intemperiem,aſſantem,& adurentem ſanguinem. Quare culpanda eſt eodem pacto ſpumans deiectio, quòd impetuoſum humorum motum, flatuoſiq; ſpiritus,aut caloris aſſantis vehementiam,& acritudinem demonſtret. His enim cauſis ſpuma in exterioribus generari ſolet, Galeno in præſenti enarratione:& ſect.2.aphor. comm.43.& libro.7. eiuſdem tituli, comm.30.auctore:quibus in locis ait:Spumam indicare ſpiritum flatuoſum humori ſolutu difficili commiſceri, adeò vehementem, & inæqualem motum habentem, vt humorem ipſum dirumpat,frangatq;,atque in multas partes commi-

Deiectio cādida quid denotet.

Crocea deiectio quid oſtendat.

Spumās deiectio quid oſtendat.

comminuat; quæ ſpiritu illo repletæ, ampullosſam ſpumam progignant: quemadmodum in mari ventis agitato, diruptoq́;, & in equis celerrimè currentibus videre perſpicuè licet. Haud abſimilis ſpuma ea eſt, quæ in ore epilepticorum apparet, maxillarũ muſculis cõuulſiuo modo agitatis, concuſsiſq́ue; quòd ſi humidum quod dirumpitur, tenax eſſe contingat, tunc ſpuma erit euidentior, & ampliori tempore perdurabit: quod aqua ſapone colliſa, in pannorum lotione indicat, in qua exuberans ſpuma ob olei viſcoſitatem perſpicuè conſpicitur. Fit ſecundo modo ſpuma propter caloris multitudinem, humidum ebullitione eleuantis, ipſumq́; in exiguas diuidentis partes, veluti in his contingit, quæ ab igne in lebete elixantur. Quos generationis ſpumæ modos præter Galenum, docuit Ariſtoteles lib. 2. meteor. Quare meritò Hippocrates in præſentia, ſpumantem deiectionem, quòd prauas cauſas ſequatur, vituperat. Et libro. 2. prorrheticorum comm. 15. dicebat, deiectiones, in ſpumoſas, ſyncerasq́ue deſinentes, morbum exacerbant. Vtrùm verò à calore ebulliente, vel ab immodico flatuoſi ſpiritus motu ſpumoſa deiectio oboriatur, colore, atque ſonitu diſtingues: Nam quæ à calore fit, ſonitu caret, & admodum crocea exiſtit: quæ verò immoderatam flatuoſi ſpiritus agitationem ſequitur, alba eſt, & cum ſtridore excernitur.

Num à calore, vel ab immodico motu ſpumoſa generetur deiectio quo modo diſtinguendum.

PROGNOST. XXI.

Mala etiam eſt, ſi exigua, glutinoſa, candida, ſubcrocea, læuisq́; ſit.

COM-

COMMENTARIVS.

CElſus lib.2.cap.4.ſic præſentem ſententiam legit:Præter id,periculum oſtendit id,quod excernitur, ſi exiguum,glutinoſum, læue,album, idemq́; ſubpallidum. Quo ſermone cum exigua glutinoſa, ac lævi, coniungit album, aut ſubpallidum colorem.Quòd ſi Hippocratem ad hũc modum interpretaremur, perſpicuum eſt, duas illum deiectionum ſpecies vituperare; nempè, exiguã, glutinoſam, læuem,ac albam:atque exiguam glutinoſam,læuem,& ſubcroceam,viridemve.Conueniunt hæ duæ in ſubſtantiæ modo,& quantitate: nam vtraq́; exigua eſt,glutinoſa,ac læuis:differunt verò in colore, quia vna alba eſt, altera verò crocea, aut viridis:qui duo colores, vt ſæpè in his commentarijs aduertit Galenus,ſub hac dictione Græca,chloron, ſignificantur:licet Celſus in præfata ſententia vnius tantùm,nẽpè ſubpallidi mentionem fecerit,alterum,puta, viridẽ,ſilentio prætermittens.Quod tamen tam Celſus, quàm Hippocrates,volunt,eſt,deiectionem exiguam, glutinoſam, ſemper eſſe malam; ſiue talis ſit alba, ſiue ſubchlora:propterea quòd vtraq́; colliquationem ſignificat:peior tamen eſt ſubchlora, quàm alba, quia color croceus, aut viridis,maius incendium, & maiorem abſumptionem ſignificant, quàm albus.Neuter tamen,ſicuti nec paucitas,nec læuitas deiectionis colliquationẽ valerent præmonſtrare, niſi cum illis glutinoſitas coniungeretur, quia nec deiectio pauca,læuis,& alba,aut viridis, & pallida,conſumptionem oſtenderent,niſi eſſent glutinoſæ.

Chloron.viridẽ, & pallidũ colorẽ ſignificat.

tinoſæ Dixit, exiguam, quoniam ſi pauca non eſt, ſed in magna copia excernitur, poterit mala non eſſe; verùm iudicationis ratione apparere, corpus natura expurgante, tvnctuoſas materias excernendo. De his loquens Auicenna. 16.3. tract. 1. cap. 2. inquit: Et ſcias, quòd ille, qui egerit materias pingues, ſi non debilitatur, non oportet vt conſtringas ipſum, quia perduces ad ægritudines malas, difficiles, fraudulentas. Fiunt huiuſmodi materiæ ob ſimilium eſculẽtorum eſum, vt fungorum, anguillarum, & animalium oſtracodermorũ, à quibus, propter lubricitatem, gratumq; guſtum, pluri mum aſſumimus incõfectum; quod poſtmodum generandis humoribus pinguibus, & viſcoſis præbet occaſionem. Quemadmodum propter quorundam ciborum cruditatem; quales ſunt, beta, cæpe, & braſsica; bilem porraceam in ventriculo generari videmus: ita aſſerente Galeno infrà cõm. 39. Fieri etiam poteſt, vt glutinoſa deiectio, ratione colliquationis, in magna quantitate excernatur; ſed differt à præcedenti, fœtore, & ægri tolerantia. Nam præcedens nec fœtet, & facultas eam facilè fert: veruntamen hæc, vires imbecillitat, & nimis fœtens exiſtit. Eſt etiam iſta quàm exigua glutinoſa deterior: nã peius eſt, colliquamina magnis portionibus apparere, quàm paruis; eò quòd indicant corporis partes plurimùm occupari à calore præter naturam. Fieri etiam poteſt, vt exigua glutinoſa euacuatis viſcoſis, pinguibusq; humoribus eueniat. Verũtamen talis nunquam bona eſſe poterit: quia authore Galeno. 2. prorrhetici cõm.

Deiectio glutinoſa aliquando bona.

Bilis porracea à quib' eſculẽtis generetur.

Glutinoſa, atq; exigua cur ſemper ſit mala.

47, nihil eorum, quæ decretoriæ euacuantur, exiguæ excerni côuenit. Et hac de cauſa glutinoſa, atque exigua perpetuò ab Hippocrate improbatur, ſiue eueniat ob colliquationem, ſiue ob euaquationem humorum glutinoſorum. Nam hæc mala eſt, quia morbum non ſoluit, ſed ſymptomaticè excernitur: illa verò peior, quia colliquationis eſt index. Non tamen ſic de magna glutinoſa eſt prænunciandum, quippe quæ quando conſumptionem non ſequitur, poterit morbum iudicare, ſi reliqua ad bonam iudicationem ſigna non deficiant. Prædictis omnibus deiectionibus, ſi bonæ ſint, læuitas bonitatem adauget; quemadmodum ſi ſint prauæ, magnitudinem intendit malitiæ. Itaque vbi deiectiones glutinoſæ, & ſubcroceæ, læues extiterint, peiores, quàm non læues cenſentur: quoniam æqualem oſtendunt conſumptionem à calore maligno eas læuigante factam: qui adeò potens fuit, vt omnes earum partes æqualiter valuerit alterare. Quemadmodum ſi bonę fuerint excretiones, tanto erũt meliores, quanto magis læues apparuerint: eò quòd demonſtrant nullam illarum partem naturæ effugiſſe elaborationem, vt Galenus in enarratione copioſius docet, & nos ſuprà lib. 1. com. vltimo abundè explicuimus.

Leue in deiectionibus quid denotet.

PROGNOST. XXII.

Exitioſiores verò his ſunt, ſi nigræ, aut liuidæ, aut opimæ, aut fœtidæ ſunt.

COM-

COMMENTARIVS.

DEiectiones præcedenti prognoſtico habitas malas duntaxat eſſe Hippocrates dixerat: præſentes verò exitioſas appellat, earum malitiam adaugere volens. Sunt autem hæc, nigra, liuida, opima, atque fœtida; de quibus ſigillatim paucula dicemus. Nigra duobus fieri modis ſolet; alteratione, & nigræ ſubſtantiæ commiſtione. Per alterationem nigra fit deiectio vel à calore adurente, aut à frigore mortificante. Priorem cauſam explicuit Galenus lib. 1. de criſibus, cap. 11. dicens: Nigrum excremetum, eſt atræ bilis indicium: vel ſanguinis in eo loco peruſti. Poſteriorem demonſtrant illi, qui per niuoſa, vel frigoribus obſita loca iter facientes, extincti ſunt: nam hi omnes reperti ſunt denigrati. Poſſe ambas has qualitates nigrum colorem efficere, infrà comm. 29. Galenus teſtatur, in hũc ſcribens modum: Nigredo aut ob vehementem accidit frigiditatẽ, qua ratione quoque ſanguis nigreſcit, congeſtis globulis, & quidquid extinguitur in plenum nigreſcit, aut propter exuperantem calorem. Etenim ſanguis rurſus trahit nigrorem cùm crematur; quemadmodum & omnia alia corpora: & qui diutiùs in ſole demorantur æſtiuo, nigri redduntur. Nigra itidem redditur deiectio, materiæ nigræ commiſtione: quæ duplex eſt, vel atra bilis aſſatione genita, vel ſanguinis fæx. Hæc, ſi coctionis ſignis præcedentibus excernatur, bona eſt: quandoquidem altera atra bilis ex vſtione genita, quæ maligna admodũ eſt, poſt coctionem excreta (ſi Galeno creditur libro. 4.

Quot modis deiectio fiat nigra.

bro.4.aphor.comm.22.)bonę euacuationis eſt ſignum, licet rarò admodùm in tam peſsimo humore coctio ſuſcipiatur,adeò vt nunquam id Galenus viderit; quemadmodum ex lib. de atra bile cap.3.fit manifeſtum:vbi ait,exactè atræ bilis humorem perpetuò in perniciẽ ſe excerni conſpexiſſe.In principio tamen vterque humor ſi excernatur,ſemper eſt malus,& multo magis atra bilis; & ſi Vega in pręſentia velit,quòd hic in principio euacuatus, quanquam malus ſit in via ſigni, bonũ tamen eſſe poſſe in ratione cauſæ. Ego verò illum vtroque modo malum iudico; in via ſigni, quia maximam oſtendit in humoribus aduſtionem, & naturalis facultatis imbecillitatem, & vehementem irritationem:in ratione tamen cauſæ,quia licet malus humor euacuetur, vnà tamen cum eo ſpiritus multi deperduntur; & benigni humoris haud exigua quantitas excernitur. Nam cùm per id tempus non ſit facta ſecretio vtilis ab inutili, omnia tam bona, quàm mala promiſcuè, & ſine delectu educuntur. Non eſſe autem in principio; vbi exactè crudus eſt morbus; noxij ab innoxio ſeparationẽ factam,ex Galeno liquet lib.4.aphor. comm.22.dicente, oportere coctionem præire, ſubſequi diſcretionem: & poſtea euacuationem, ſi ſecura criſis, ſeu iudiciũ eſt ſubſecuturum: quibus verbis ait, cõcoctionem præcedere diſcretionem; & hanc, euacuationem, aliter iudicium bonum eſſe non poſſe. Liuida deiectio eaſdem cauſas ſequitur,puta alterationem,& alterius materię commiſtionem: alterationem,vt frigiditatem vehementem.

Atra bilis ſemper in perniciẽ excernitur.

Vega opinio improbatur.

Deiectio liuida quas cauſas ſequatur.

hementem: quemadmodum teſtatur Galenus.1. lib.de criſibus cap.11.in eum ſcribens modum: Liuidum excrementum, vbi non fuerit aliquid tale aſſumptum, partium infernarum validum frigus, ac veluti mortificationem ſignificat. Non fit hic color ob caliditatis exceſſum, quemadmodum fit niger, eò quòd (vt idem Galenus ait capit.12.libri citati,) tantum eſt frigiditatis effectus. Fit etiã color iſte liuidus in deiectione ob aliqualem humoris nigri melancholici miſtionẽ: qua ratione proximè accedit ad nigrum, qui itidem ob eiuſdem humoris pręſentiã oritur. Differunt tamẽ in hoc, quòd niger multam, liuidus verò paucam melancholiam protendat; quod Galenus in comm. his docet verbis: Nigra deiectio ab atra bile ſyncera tingitur: liuida verò vbi modica bilis atra modicè permiſcetur. Porrò opima deiectio ob id damnatur, quoniam pinguedinis conſumptionem ab ignito calore effectam oſtendit, vt Galenus in enarratione præſenti: & lib. 7.aphoris.comm.35. teſtatur. Quod ſimiliter docuerat 1.de criſibus c. 11. quo loco de pingui, & viſcoſo excremento verba faciens, ſic ait: Sic & pingue, vbi non fuerit aliquid tale aſſumptum, pinguis colliquationis eſt ſignum; ſicuti & viſcoſum, niſi hoc ex cibi natura contingat, colliquationis eſt ſignum. Sed quod quidem pingue eſt, ex pinguedine fit liquefacta; viſcoſum, ex ipſis ſolidis animalis partibus contabeſcentibus, quare multo grauius. Nõ eſt hoc excrementum viſcoſum, de quo Hippocrates præcedenti prognoſtico ſermonem fecit: nam non di-

Liuidus color nõ fit caloris ratiõe.

Opima deiectio cur dãnetur.

xiſſet prognoſtico præſenti, opimum illo eſſe deterius, quoniam viſcoſum, ſeu glutinoſum, de quo in anteacto contextu dictum eſt, auctore in com. Galeno, pinguedine abſumpta ab igneo calore non vehementer maligno efficitur, eo quòd tale exiguum eſt, & ſenſim educitur. Verùm tamē viſcoſum, de quo.1.criſeôn Galenus loquitur, copioſum eſt, & magnis portionibus excernitur. Porrò opimum; de quo Hippocrates hic differit; licet pinguedine fiat liquefacta; quemadmodū & pręcedens exiguum glutinoſum. Ob id tamen exitioſus cenſetur, quòd exiguum glutinoſum, albū eſt, & fœtoris expers. Opimum tamē; de quo in præſentia Hippocrates agit; pręter hoc, quòd exiguū non eſt, nigrum, aut liuidum, admodumq́; fœtens exiſtit; atque ob id vehementioris, & malignioris febris eſt indicium.

PROGNOST. XXIII.

Si verò verſicolores ſunt, diuturniores quidem, ſed nihilo minus exitiales ſunt. Hæ ſtrigmentoſæ, ac millioſæ, & cruentæ, & porraceæ, & nigræ, quæ nonnunquā ſimul, interdum vicibus excernuntur.

COMMENTARIVS.

CVm abundè de deiectionibus ſimplicibus diſſeruiſſet, nūc de varia, ſeu verſicolore verba facit. Quæ talis dicitur, quia vario, multipliciq́; colore conſtat, nempè bilioſo, cruento, porraceo, atque nigro: quæ coloris varietas, & multiplicitas, vel in eadem deiectione conſpicitur, quemadmodum in cauda pauonis, & colūbæ collo ſimul varios colores intueri licet; vel in diuerſis: verbi gratia.

tia, ſi manè deiectio apparuerit flaua, meridiẽ cruenta, veſperẽ porracea, & nocte nigra: vel ſi hodiè videtur vnius coloris, manẽ alterius, & ſic diebus ſingulis colorẽ variet: vtcumque autẽ ſit, cõſtat deiectionem hanc diuturnum morbum oſtẽdere, ſimul & exitialem. Quoniam; vt in cõm. præſenti. & .1. de criſibus cõm. 11. ſcribit Galenus; indicat, corpus pluribus vexari affectionibus, multiſq; morborum cauſis teneri: quæ cum coctionẽ conſequi debeant, nõ niſi longo temporis ſpatio conſequentur. Quò fit, vt morbus interim prorogetur, & virtus proſternatur, nec ad conſiſtendi tẽpus queat peruenire. Adde quòd quilibet iſtorum colorum in præſentia ab Hippocrate cõnumeratorum per ſe mortem præoſtendit: quare vbi omnes ſimul coniungantur, multo magis eam præoſtendent. Quò fit, vt omninò, & omni ex parte lethalis ſit diſpoſitio. Cum qua ſi contingat, virtutẽ eſſe languidam, citò æger morietur; ſin robuſtior, diutius mors prorogabitur. Quòd ſi eueniat aliquando ab hac affectione liberari, non niſi longiſsimo temporis tractu liberabitur; cùm natura pluribus morborum cauſis occupata, plurimũ temporis ad eas euincendas requirat. Dixit deiectionẽ prædictam, ſtrigmenta habere, & bilioſam eſſe, ac cruentam, porraceam, nigramq;: ſunt enim ſtrigmenta, ſordes, quæ ex corporibus raduntur, quæ ramenta etiam dici ſolent; vnde ramenta; tenues cuiuſque rei particulæ à radendo appellantur. Quidquid enim, aut ex ligno, aut ex auro, aut argento ſectione decidit, ramentum vocari ſolet. Plinius

Deiectio variegata quid ſignificet.

Strigmenta quid ſint.

nius lib.33.cap.4.de auro loquens,ramenta vocat, tenues fluuiorum arenulas cum ait;Apud nos tribus modis aurum inuenitur:fluminum ramentis, vt in TagoHiſpaniæ,Pado Italiæ:neque vllum ab ſolutius aurū eſt,curſu ipſo, attrituq́; perpolitum. Porrò arenulas ramenta appellauit,quia ex lapidibus radūtur. Strigmenta tamē propriè olei ſordes vocantur,quæ ex vnctorum athletarum corporibus radebantur:de quibus Dioſcorides verba fecit lib.1.cap.30. Ad quarum ſimilitudinem Hippocrates in præſenti, ſtrigmenta,ea excrementa vocat,quæ ex interanea inteſtinorū tunica abraduntur.Sunt autem hæc, pinguedines quædam, & inteſtinorum abraſiones. Ea, quæ de variegatis deiectionibus dicta ſunt, vera eſſe cenſet Auicenna 2.4.tractatu.1.capi.77.dummodò illæ criticæ non ſint,vel purgantis medicamēti occaſione efficiantur.Si enim deiectiones prædictæ in die eueniunt iudicatorio, virtute conſtante, & ſignis coctionis præeuntibus, damnari haud debēt:eò quòd à natura fiant, corpus à varijs morborum cauſis expurgante.Quo fit, vt tales deiectiones iudicatoriæ dici mereantur, de quibus loquitur Hippoc. aphor. 47.ſectionis.4.cùm inquit: Excretiones in febribus non intermittentibus,liuidæ,cruentæ,fœtidæ, omnes malæ ſunt. Si tamen benè exeunt,ſiue per alui excretiones; ſiue per vrinam,bonæ. Quo in loco dictione illa; bene exeunt; indicia,quæ cum bonis iudicationibus coniungi ſolent, intellexit, putà,humoris,qui expurgatur, concoctionē; euacuationis conferentiam, & ipſius ægrotantis tolerantiam.

Quando deiectio variegata non ſit mala.

rantiā. Quod clariùs ſignificauit Auic. 16. 3. tract. 1. c. 2. in fine, dicens: Et ſcias quòd ille, qui egerit ſpecies diuerſas cholerici, & ſpumoſi, & turpis, ſeu extranei, & non debilitatur, non oportet vt conſtringas ipſum, & perducas illum ad ægritudines difficiles, & apoſtemata mala, ac perniciosa. Nā per verbum, illud; & non debilitatur; conferētiam, & tolerantiam ipſius euacuationis intellexit: quæ duo ſine ſignis coctionis non accidunt. Quare optima ratione conſulit, huiuſmodi euacuationem ſupprimendam non eſſe, quia naturæ opera fit, & ſymptomatis rationem nō habet. Excepit etiā à prognoſtico Auicenna deiectiones illas, quæ ratione medicamenti purgantis eueniūt: quia, (vt Galenus ait lib. 4. aphor. comm. 21.) vbi tales vi medicamēti purgantis apparuerint, nihil mali ſignificant, ſed vim ipſius medicamenti, quæ poteſt multos humores conditionis diuerſæ euacuare. Natura enī ſic diligit humorum quaternionem, vt in purgationibus arte factis, ad humorem alium tranſgredi permittat, ne vnus omninò finiatur.

Conferētia, & tolerantia ſine peccātis humoris coctione non euenit.

Natura humorum quaternionē impenſè diligit.

¶ Obtrudunt nonnulli, malè Galenum ex cauſarum diuerſitate colligere diuturnitatem affectionis, quia hemitritæus, breuior morbus eſt, quàm quotidiana febris, vt lib. 2. de differen. febrium. c. 9. in fine ab eodem Galeno ſcribitur. Sed hemitritæus ex cauſis fit diuerſis, videlicet, ex humore pituitoſo, atque bilioſo, cùm tamē quotidiana, ex vnica tantùm cauſa proueniat, nempè humore pituitoſo. Cui obiectioni reſpondet Vega in præſentia, in hemitritæo coniungi cauſas cōtrarias, ac

Obiectio.

Quo modo Vega diluat obiectionem

 diuer-

diuerſas, quarum vna corrigit malitiam alterius: vt bilis, quæ corrigit frigiditatem, & craſsitudinē pituitæ, & coadiuuat ipſius concoctionem, & reſolutionem. In his tamen excrementis, de quibus Hippocrates in præſentia loquitur, tāta exiſtit prauitas, vt nullum poſsit alterum corrigere, ſed potiùs addere ſupra malitiam ipſius. Veruntamē aduerſus hanc interpretationem obijciet aliquis, in catocho, (qui; teſtibus Paulo, libro.3.cap.6.& Aetio lib.2.ſermone.2.cap.4. affectio quędam eſt media inter phrenitiden, & lethargum;) humorē bilioſum attemperare pituitoſum. Sed tamen eiuſdem Aetij ſententia, catochus lethargo periculoſior eſt paſsio: Ergo non videtur omnino verum, morbum ex contrarijs cauſis compoſitum, inuicē ſeipſas corrigentibus, morbo, ex vnica tantū conſtante, ſalubriorem eſſe, atque breuiorem. Cui obiectioni reſpondendum eſt, quòd & ſi verùm ſit, morbum ex pituita, & bile commiſtum, breuiorē, & ſecuriorem eſſe morbo facto ex ſola pituita, vtpote bile pituitam frigidam, craſſam, coctu difficilé calfaciente, attenuāte, & cōcoquente, & motus tarditatem accelerante; quemadmodum Galenus docet lib.2. de diff. febrium, cap.9. Quia tamen in hac affectione, pituita, quæ lenta eſt, & craſſa à cōmiſta illi bile impellitur, & in ſubſtantia ipſa cerebri magis inmergitur ac infarcitur, ideò deterior redditur affectio. Pituita enim lethargum committens; vt ex Auicenna liquet. 1.3. tract.3. cap.7. non permeat ſubſtantiam cerebri, ſed in meatibus illius continetur. In commiſta tamen affectione, veluti

Obiectio altera.

Obiectionis ſolutio.

luti in catocho bilis eam penetrare facit, & ita in ipſa ſubſtantia cerebri immergit, atque impingit, vt difficilè exindè excerni, & euacuari poſsit. Simile quiddã in angina pituitoſa cótingit, quã Galenus infrà lib.3.comm.18.& Auicenna. 9.3. tract. 1.cap.8.breuiſsimè terminari, omniq́ue vacare periculo inquiunt. Cuius rei rationem docens Galenus lib.4.de victu acutorum, comm.30.ad eandẽ cauſam, ad quã nos in præſentia, refert; ad humoris nempè craſsitudinem, qui non penetrat anguſtiſsimos gutturis meatus, nec in eius ſubſtantia immergitur, ſed in meatibus amplioribus detinetur, à quibus non ęgrè excerni, & euacuari poteſt. Eius eo loco hæc ſunt verba: Fluxionum, quę à capite deferũtur, quædam ſubſtantiã tenues exiſtũt, aliæ ex craſsis, viſcoſiſq́ue humoribus conſtant. Quæ igitur tenues ſunt, hæ latis penetratis venis, in anguſtioribus detinentur. Tales autẽ ſunt, quæ guttur ambiunt. Contrarium autem craſsis euenit, quòd non ingrediantur, quæ ſtrictæ admodum ſunt, venas, anteà, ſcilicet, in capacioribus detentę. Hinc ſequitur, quòd anginæ, quæ à pituita fiunt, leuiores multò ſint, & febrem non faciant, nec vehementem dolorem, nec magnam difficultatem reſpirandi, nec acutum morbum. Hæc Galenus. Ad eundem modum dicendũ eſt lethargum; etiã ſi ex ſola conſtet pituita; non eſſe adeò difficilem affectum, nec adeò ſolutu contumacem, vt catochũ, eò quòd in eo humor pituitoſus propter ſui craſsitudinẽ nõ permeat ſubſtantiã cerebri, queadmodũ in catocho peruadere, ac permeare ſolet.

Angina pituitoſa cur breuiſsimè terminetur.

Cur lethargus catocho ſecurior ſit, ſitus.

PROG.

PROGNOST. XXIIII.

Flatum ſine ſonitu, crepituq́; prodire, optimum eſt. Melius verò eſt, ipſum exire cum ſonitu, quàm condi, ac reuolui. Quòd ſi ita exierit, indicio eſt, hominem vexari dolore, aut delirare, niſi ſponte ita dimiſerit flatum.

COMMENTARIVS.

Cur Hippocrates de flatibus in praſenti verba faciat.

SIue quia vnà cum deiectionibus flatus deponi ſolent; ſiue quia per eundem locum exeunt, per quem deiectiones excernuntur; ſiue quia ſub communiori deiectionis nomine comprehendũtur, in pręſẽtia, Hippocrati placuiſſe de illis agere, decernere magni momenti non eſt; ſed illud potius, flatum, ſpiritum, ac ventum, pro eodem vſurpari ſolere. Differt tamen ab ſpiritu, qui verè cuiuſlibet facultatis ad functiones obeundas inſtrumentum exiſtit; quoniam hic naturalis res eſt, & à vehementiori calore ortum ducit; cùm in ſiniſtro cordis ventriculo conficiatur, in quem, vt libro. 2. de temperamentis, cap. 3. & lib. de inæquali intemperie capi. 5. Galenus ait: Si viuo animante, nec adhuc febre tentato, immittere digitum volueris, vehementiſsimum reperies calorem. Spiritus verò flatuoſus contra naturam eſt, & ab imbecilli calore progignitur, eo quòd venti naturam non fugit, qui non à calido vehementi, quemadmodum nec à frigido, ſed à languido calore efficitur, ſi Ariſtoteli lib. 2. meteor. cap. 4. & Galeno. 3. de cauſis ſymptomatum, capi. 2. & ſect. 5. aphor. comm. 72. fides habenda eſt. Ex quibus clarè intelligitur, flatus generationem ſemper debilis caloris eſſe ſobolem.

Spiritus flatuoſus, & naturalis in quo differãt

Flatus generatio à debili calore fit.

Vnde

Vnde. 13.3. non temerè ab Auicenna dictum eſt, in coctione exacta ventriculi, nihil per ſuperius ſenſibile; quod nos ructum, ſeu eructationẽ vocamus, mitti debere: quia eructuatio iſta de genere etiam flatus exiſtit: hoc diſcrimine variantes, quòd ructus, per ſuperiora; flatus verò per inferiora cum ſonitu, vel ſine ſonitu eijcitur: quẽ Stoici æquè liberum eſſe debere, atque ructum affirmabant: ſed perperam quidem. Nam & ſi ſuperuacaneorum expulſio opus naturale ſit, homo tamẽ vrbanus, & pudicus, negocijs ciuilibus occupatus, aut in loco venerabili exiſtens, ſuas ſuperfluitates cohibere tenetur, præſertim ſi turpẽ odorẽ emittũt, aut ex obſcænis locis expelluntur. Vndè vt in comm. ſcribit Galenus, nonnulli reperiuntur, qui quandiu mente conſtant, mori potius eligerent, quàm tale quidpiam committere. In quibus quoties, audientibus multis, per infimam alui ſedem flatus emittitur, è duobus alterum conijcere oportet; aut propter vehementem dolorem cogi aliquid contra arbitrium, & voluntatem facere: aut, quia mente vacillant, nõ ſatis intelligere quæ efficiant. Et hoc eſt quod Hippocrates in contextu ait: Si ita excernitur, hoc eſt, cum ſonitu, indicium eſt hominem vexari dolore, aut delirare, niſi ſponte dimiſerit flatum. Cæterùm in illis, qui inurbani ſunt, aut inuerecundi, vel ex eorum numero, qui adſtantes non reuerentur, flatus dimiſsio nec delirium, nec dolorem ſignificabit: eò quòd ex arbitrio, & voluntate, intelligentes quid faciant, eligunt deuorato pudore, flatum dimittere potius, quàm

Flatus emiſſio cum ſonitu, quid in ægrotante ſignificet.

quàm ab eo vexari. Solet enim non parua moleſtia ex flatus cohibitione perſentiri. Sic Fernelius lib.6.Pathologiæ,capi.10.quoſdam receſet ſe diſſectione animaduertiſſe, quibus cohibendi flatus conſuetudine, inteſtinum colon adeò fuit dilatatum, vt brachij amplitudinem adæquaret. In illis tamen, qui ſponte flatum dimittunt, nihil tale cõtinget. Veruntamen in iſtis adhuc melius eſt flatum ſine ſonitu, quàm cum ſonitu excerni: nam ſine ſonitu emiſſus ſignificat flatus paucitatem, & meatuum amplitudinem. E contrario verò, ſi cũ ſonitu emittatur, oſtendit flatus multitudinem, & inſtrumentorum anguſtiá: quod Galenus in cõm. præſenti, & libr.3 de cauſis ſympt.cap.2.iuxta calcem fuſa enarratione docet. Ait etiam Hippocrates, melius adhuc eſſe, quoties emittitur, emitti cũ ſonitu, quàm condi, ac reuolui: quoniam vbi contra naturæ opus flatus ipſe conditur, & non exit, ſed ad ſupernas permeat ſedes, inteſtinorum dolore hominẽ percutiet, dicente Galeno lib.4.aphor. comm.11.& lib.5.comm.41.tormina fieri propter ſpiritum flatuoſum, qui facilem non habet exitũ, ſed inteſtinorum inuolucris eſt interceptus.

Inteſtinũ colõ ex flatus cohibitione nimis dilatari ſolet.

Tormina à qua efficiãtur cauſa.

PROGNOST. XXV.

Hypochondriorum autem dolores, & tubercula, ſi recentia fuerint, nec cum inflammatione, ſoluit murmur incidens in hypochondrio: ſed potiſſimum vbi cum ſtercore, & vrina prodeat: ſi verò non tranſierit, iuuat, ſi ad inferas ſedes deuoluatur.

COM-

COMMENTARIVS.

QVonam pacto dolor in hypochondrijs recens,&non cum inflammatione affligẽs, terminetur, docet in hoc prognoſtico Hippoc.dicens,dolorem, atque tumorẽ hypochondria obſidentem,ſi recens fuerit,ac ſine phlegmone,ſolui, murmure circa hypochondria incidente; & maximè ſi exierit cum ſtercore, vrina,ac flatu. Si verò non exierit, proficiet vbi ad inferas ſedes deuoluatur. Quibus verbis clarè innuit,ſpiritum flatuoſum,humiditati permiſtum,huius doloris eſſe cauſam:ſi nãque recens eſt, & nõ cum inflammatione,non ab alio, quàm ab ſpiritu flatuoſo ortũ ducit. Dicebat Hippocrates lib.6.epidem.parte.1. aphor.8.antiquos dolores eſſe frigidos:nouos verò calidos:vndè dolorem hunc non eſſe antiquũ, indicium eſt ex frigida materia,hoc eſt, pituitoſa, vel melancholica prognatum non fuiſſe. Ex eo verò quòd nouus eſt,& non calidus,oſtendit nequaquam ex ſanguine,vel bilioſo humore fieri. Quare relinquitur,eum ex flatu,vel flatuoſo ſpiritu ortum ducere:à quo excitati dolores rarò fiunt diutini, niſi continua flatus regeneratione permaneant, ac in parte ipſa perſiſtant, atque figantur, quod in tympanite contingit præſente,vel imminente, qualis eſt illa,de qua Hippocrates loquitur aphor.11.ſect.4.qui habet: Quibus adſunt tormina,& circa vmbilicum dolores,& lumborum dolor,qui nec à medicamento,nec aliter ſoluitur,hydrops ſiccus contrahitur. Verũtamen dolores iſti antiqui ſunt: qui verò fuerint recentes,ſoluentur murmu

Dolor recẽs & ſine inflammatione à qua cauſa proueniat.

murmure in hypochondrijs facto. Nam cùm tales; vt probatum iam eſt; à flatu humiditati permiſto efficiantur, & murmur, teſte Galeno libr.3. de cauſis ſympt.cap.2.oſtendat excrementum humidum ſubſecuturum, ſignificabit ſanitatem, aut meliorem diſpoſitionem: quoniam ſi humidũ excrementũ excernirur integrè, dolor ſoluetur continente illius cauſa euacuata. Cuius euacuatio, vt Galenus in comm. ait, nullum relinquit in hypochondrijs excremẽtum, quod dolorem, aut tumorem efficere queat. Quòd ſi murmur, ſpiritusve flatuoſus extra corpus non exierit, deuoluatur tamen, atque deſcendat ad imas ventris inferioris ſedes, meliorem præoſtendet diſpoſitionem, declinãte materia ad partes ignobiliores: quod Hippocrates etiam ſignificare voluit lib.3. prorrhetic. aphor.22. dicens: Dolores, ſi ad infernas dilabantur partes, facilè ab eis perferuntur. Adiecit, ſi cùm vrina, ac ſtercore excernatur: quoniã ſpiritus hic flatuoſus nõ tantùm deiectione, verùm etiam cũ vrina exire ſolet: iuxta illud Galeni libro.7. aphor. comm.34. dicentis: Cùm igitur ſpiritus flatuoſus vnà cum vrina excernitur, ſignũ eſt frigidæ ægritudinis renum. Raro etiam euenit humorem aliquem exire cum ſtercore, quin etiam ſimul exeat cum vrina: eo argumento, quòd nunquàm commouetur per deiectionem, humidum excrementum, quin bona eius pars tranſeat cum vrina. Hinc eſt, quòd non ſolùm poſtridiè pharmaci, verùm etiam ea die, qua purgans medicamentum ſumitur, vrinæ nedum coloratiores, ſed & frequentiores appa-

Inteſtinorũ murmur quid oſtendat.

Spiritus flatuoſus cum vrina exit.

res appareant: & ægrotantes punctionem quaſi quandam mingendo perſentiſcant. Vndè obſeruator ille Montagnana, conſulens quid in morbis veſicæ ſit agendum, aſſerit nullum ſe vidiſſe medicamentum ventris ſubductorium, quod nō ſimul vrinam cieret. Ex quibus non leue argumentum decerpere poſſent illi, qui Auerroem tutantur. 7. lib. collectaneorum, capi. 4. tenentem, tutiùs multo eſſe (dummodò cætera ſint paria) gerentibus vtero, venam ſecare, quàm purgans medicamentum exhibere. Quoniam quidquid vētrem ſubducit, vrinam etiam cit: & quidquid vrinam cit, menſes prouocat, & indè aborſum. Sed de his alibi amplior diſputandi dabitur occaſio.

Medicamētum ventris ſubductoriū vrinā ciet.

PROGNOST. XXVI.

Vrina autem optima eſt, ſi ſedimentum candidum fuerit, læueq́; & æquale per omne tempus, donec morbus iudicatus fuerit. Securitatem enim ac morbum fore breuem ſignificat. Si verò intermiit it, atque interdum puram emittit vrinam, interdum ſubſidet candidum ac læue, morbus diuturnior, ac minus ſecurus eſt.

COMMENTARIVS.

DEinceps de vrinis Hippocrates agit; quoniā excrementa ſunt deiectionibus proxima: de quibus præcedenti ſermone diſſeruit, & maximā facultatem ad præſagiēdum in morbis febrilibus; quales plerumq; acuti ſunt; obtinent: dicente Galeno lib. 6. epid. parte. 1. comm. 10. tantam ſignorū ab vrina in acutis febribus vim deſumi, vt ſoli ipſi ſit credendum, alijſq; accedentibus prædictionē fore firmiſsimam, perpetuòq; veridicam. Quod ſimiliter

Maxima ſignorum vis in febribus ab vrina deſumitur.

ſimiliter confirmat lib.2.de differen.febr.capit.7. cùm inquit:Adhibenda inſuper alia,quæ ſuperue nerunt indicia coctionis, & cruditatis morbi totius,quorum in vrinis maxima cenſentur. Et libr. 1.de criſibus,cap.7.iuxta calcem: In febribus omnibus, quoniam venenoſi generis ſunt paſsiones, ad vrinas præcipuè attendere iubet. Sunt enim vrinæ, facultatis naturalis in iecore, & venis reſidentis excrementa: atque ob id harum partium conſtantiam, & imbecillitatem maximè demonſtrant; ex quarum comprehenſione ſumma totius præſagitionis dependet, vt ſuprà commen.6. fuit explicatum. Galenus lib.1.de criſibus,capi.12. optimam vrinam ratione epilogiſtica demóſtrat, dicens:vrinam illam optimam eſſe,quæ ſanorum vrinis ſimillima eſt. Hanc deinceps eo loco,& in comm.præſenti,colore,& ſubſtantia deſcribit dicens:Optimam vrinam ſubrufam, aut ſubflauam, & craſsitudine mediocri eſſe debere. Quam optimæ vrinæ deſcriptionem vſurpauit Actuarius.c. 4.lib.1.de vrinarum iudicijs,addens, nullam in ea nec bullam debere innatare, nec tuberculum aliquod ſubſidere. Hippocrates tamen in præſentia ex ſedimenti candore, læuitate, & æquabilitate vrinã optimã deſignat, reliquis alijs indicijs, quæ ex illius colore, & ſubſtantia deſumuntur, dimiſſis. Quoniam ſi vrina ſedimentum habet, & illud candidum, ac læue, & æquale eſt, neceſſariò colorem, & ſubſtantiam, quales eſſe decet, obtinebit, cùm ad optimum ſedimentum reliqua bona vrinæ ſigna conſequantur: non tamen è contrario, quoniam

Optimæ vrinæ quibus deſcribatur ſignis.

Ad optimũ ſedimentum reliqua bona indicia cõſequũtur.

quoniam fieri poteſt, vt vrina ſit boni coloris, ac craſsitudinis mediocris,& ſedimento careat. Nec abſolutè dicendum eſt,Hippocratem voluiſſe,vrinam bonam neceſſariò ſedimentum obtinere; quia ſtat, bonam eſſe vrinam, & ſedimento carere:vt in ſanis ſenibus videre eſt,& in nonnullis biliofis hominibus, præſertim cùm multùm laborauerint,& pauciori cibo veſcuntur:in quibus cùm ſimilibus afficiuntur morbis. ſedimentum nõ exigitur:ſed (vt Galenus ait lib.1.de criſibus, ca.12.) ſufficit in eis nebula, aut ſuſpenſio bona; talis autem eſt alba,læuis,& æqualis. Sequitur hanc ſentẽtiam Auicẽna 2.1.doct.3.cap.6.iuxta calcem, cùm ait:Macilentorum ægritudo plerunq; remouetur ſedimine bono natante,aut pendente:hoc eſt,nebula,& appẽdiculo,& ſine ſedimẽto ꝓpriè dicto. Veruntamẽ ſi vrina eſt cũ ſedimento tali,quale in præſentia ab Hippoc.deſcribitur,non poterit bona non eſſe, & inter vrinas omnes ſupremum bonitatis gradum obtinere. Porrò ſedimentum hoç ex duplici ſubſtantia conſtituitur: quoniam pars eſt ſuccorum in vaſis contentorum per ſanitatem bonorum,ac inculpatorum,per ægritudines morbum committentium,ac prauorum: & pars eſt ſucci crudi, qui in ventriculo non fuerat commodè præparatus, & in iecore, dum ſanguis generabatur,refugit illam confectionem. Veruntamen hæc cruditas non opificiorum defectum ſignificat, (nam ita ſedimentum hoc naturæ victoriam non indicaret:) ſed copiam tantùm oſtendit,quã multitudinis ratione naturalis calor deuincere nõ va-

Vrina bona interdum ſedimento caret.

Vrina ſedimentum ex quibus ſubſtantiis conſtituatur.

let,eo argumento,quòd in pueris ferè omnibus & perfectam ætatem habentibus, qui otioſam vitã degunt,aut quouis alio modo pleni ſunt,ſatis multam habent vrinæ ſubſidentiam; quoniam, vt Galenus ait; in his omnibus plus eſt de inconfecto,& crudo humore; his quidẽ propter deſidẽ vitã, illis propter ſatietatẽ.Pueris tũ ob ſatietatẽ(voraciores enĩ ſunt,) tũ etiã q̃a vna vẽtriculi operatio nõ põt duob⁹ ſimul ſufficere,alẽdo,ſcilicet, atq; augẽdo. Anteaquam ergò alimentum in ſeipſo ſufficiẽter decoquatur,ipſum ad ſe corpus trahit : atq; hinc fit, vt plurimũ crudi humoris coaceruent. Contrà verò in his,qui à cibo diutius abſtinuerũt, aut biliosis alimentis, & exercitio immodico ſunt vſi, minimum eſt ſubſidentiæ vrinæ, quia in iſtis parum eſt de inconfecto,& crudo humore.

Cur pueri plurimũ habeant vrinæ ſubſidentia.

¶ Sed licet optimi ſedimẽti indicia ſigillatim percurrere:quorum primum,candor eſt. Porrò candidum probatum eſt ſedimẽtum, ob eam,quam de pure optimo attulimus cauſam : quoniam à ſolidioribus alteratur corporibus, quorum in colore ſuſcipit ſimilitudinem. Sunt, qui exiſtiment,ſedimentum ob id album eſſe,quòd aërem habet incluſum,decepti Ariſtotelis ſententia, lib. 5.de generatione animalium.c.6.dicentis:alborem omnibus,aërẽ vaporoſum prębere incluſum.Quod ſpumæ exemplo probat,quæ ob id alba eſt,quia perlucentem aerem continet. Verũtamen ſi ob hanc cauſam vrinæ ſedimentum album eſſet, perfectã concoctionem non indicaret : quoniam (vt ſuprà progn.14.fuit demonſtratum) flatum excremẽtis miſceri

Nonnullorũ ſententia refellitur.

miſceri imbecillitatem ſignificat, & impotentiam concoquendi. Adde quòd ſi ſedimentum flatum haberet, ſurſum vergeret: & ſedimentum eſſe non poſſet, dicente Galeno libr. 3. epid. parte. 3. in com. Lariſſæ virginis, appendiculum magis ſurſum, aut deorſum moueri, ob maiorẽ, aut minorẽ flatus fieri cõmiſtionẽ. Nec ex his Gale. verbis deducas, appendiculum, flatũ ſemper habere cõmiſtum, quia ſæpè in biliofis ſiue naturis, ſiue morbis contingit ob ſolam materiæ tenuitatem, ac læuitatem, appẽdiculum fieri, & perfectam concoctionem deſignare; ſed intellige, quotieſcunq; flatus appendiculo permiſcetur, ſurſum ipſum moueri, eſt neceſſe: & hoc ratione flatus ſubleuantis, ac attollentis illud. Cognoſcetur aũt tale, aſperitate, & difformitate. Nã cũ flatus cõmiſcetur, nec læuitas, nec ęquabilitas, vt bono appẽdiculo inerit: ſed poti⁹ tale, aſperũ erit, & inæquale, ratiõe permiſti flatus, partes ipſius appẽdiculi diſpergẽtis, ac ſegregãtis.

¶ Secundum, quod in optimo ſedimento laudatur, læuitas exiſtit. Per lęuitatem non debemus intelligere qualitatem grauitati oppoſitam, quia repugnat, ſedimentum leue eſſe, & benè concoctũ, eò quòd, quæ exactè ſunt concocta, grauiora redduntur, ſi Ariſtoteli creditur lib. 4. meteor. capi. 3. ſic lac, & pus vbi optimè ſunt concocta, ad fundũ petunt, qua notà hæc à Medicis ſolent probari. Ad eundem modum cõtentum cùm optimæ coctionis terminum eſt aſſequutum, ſubſidet in vrina, nõ inuehitur, aut ſuperfertur. Quare per ſedimentum lęue, id, quod aſpero oppoſitum eſt, venit

Quid per ſedimenti læuitatem ſit intelligendum.

Exactè cõcocta grauiora redduntur.

interpretandum. Redditur autem tale, cùm ſimilem in omnibus ſuis partibus conſequutum fuerit naturæ alterationem, quemadmodum ſuprà comm.21.& lib.1.cùm agebamus de pure, eſt explicatum. Aequale ſedimentum dicetur, quando nõ intermittit, ſed omni ſuo tempore tale apparet: ꝙ oſtendit materiam morbi effectricem homogeneam eſſe. Nã ſi modo vrina cùm ſedimento, quale dictum eſt, mingatur; modò ſine ſedimento, indicium eſt, alium coctum, deuictumq́; à natura eſſe humorem in conceptaculis conditum: alium incoctum, crudumq́;, quemadmodum in comm. docet Galenus: quod ſimiliter voluerat libr.1. de criſibus, capi.12. in fine ſcribens in hunc modum: Hoc verò etiã in ſubſidentibus contẽplari oportet, ſi non modo alba ſint, & læuia: ſed ſi omninò æqualia; & quia in nulla parte diuulſa; & q̃a omni tẽpore talia ſint. Nã ſi alternatim mingatᷣ pura, in ſubſidentibus ſemicoctũ eſſe morbum oſtẽdit.

Quod ſedimentum dicatur æquale.

¶ Prædictis optimi ſedimẽti ſignis ab Hippocrate in præſentia traditis, duo addit alia Iſaac. 8. particula lib. de vrinis: quorum vnum eſt, vt ſit pinealis figuræ: alterum, vt vaſe vrinario agitato facilè diſpergatur, diſperſumq́; facilè vniatur. Nam ſedimentum, ſi bonum futurum eſt, pyramidem debet referre; talis enim eſt ignis, & cordis, totius corporis caloris fontis, atque originis figura. Vndè cùm ſedimentum ſimilem formam ſeruat, naturalis caloris actiò ſignificatur, & in illius elaboratione maximè elucet. Rurſus ſedimentum oportet commoto vaſe vrinario promptè diſpergi, ac

Quæ prædictis optimi ſedim. enti ſignis addat Iſaac.

deinceps

deinceps eodem quieſcēte vaſe, facilè vniri, & ad priſtinum reuerti; quod indicium in ſedimento, tanquàm præſtantiſsimum debet cenſeri, vt idem tradit Iſaac: aliàs enim ſemicoctum, aut nimis tenax eſt exiſtimandum. Quo fit, vt hoc indicio illud à pure, & à cruda pituita ſeiungatur. Igitur cū vrina, tale, quale dictū eſt, ſedimentū obtinet, ſecuritatē ſignificat, id eſt, morbū eſſe ſine periculo: eundéq; integrè ſoluendū: ita vt nō ſit in poſterū repetiturus; & item celeriorē fore ſolutionē: quia ad exactā cauſæ morbi concoctionē, & ſecuritas, & morbi breuitas conſequūtur: ita eodem tradente Hippocrate lib.1.epidimiôn parte. 2.aphor.45. *Quo indicio ſedimentū à pure, & pituita ſeiungatur.*

PROGNOST. XXVII.

Si autem vrina fuerit ſubrubra, ac ſedimentū ſubrubrū, & læue: diuturnior hic morbus, quàm primus, ſed admodum ſalutaris eſt.

COMMENTARIVS.

PRæſenti prognoſtico duo adſtruit Hippocrates; vnum eſt, vrinam ſubrubram, ac ſimile ſedimentum habentem, admodum ſalutarem eſſe. Alterum, eandem diuturniorem morbum eo, de quo in vltima præcedentis prognoſtici parte actū eſt, indicare. Primum ſatis conſtat, quia vrina ſubrubra, ac ſubrubrum obtinens ſedimentum, ſanguinis ſignificat exuberantiam non exquiſita ratione confecti, à quo ægritudines prouenientes (vt infrà comm.47.docebit Galenus,) moderatiores habentur. Eſt enim ſanguis, eodē tradente Galeno lib.2.de temperam.cap.3.ſuccorum optimus & maximè proprius, ac domeſticus: quo (quemad

Sanguis ſuccorum optimus.

modum ipſe lib. 6. de vſu partium cap. 15. ſcribit:) nihil eſt vtilius, aut benignius ad nutritionem. Quapropter non niſi benignos, & maximè ſalubres affectus committet. Adde, quòd natura nihil concoquit, aut elaborat, niſi cum ſanguinis commercio; vt Auerroes ſentire videtur lib. 3. collectaneorum capi. 4. & experimentum monſtrat. Nam videmus ouum; quod vitã ſuſcepturum eſt; priùs quàm animal efficiatur, rubidũ fieri: ſic ſemen, cũ vtero concipitur, ante fœtus formationem, rubrũ redditur. Ad eundem modum, tumor præter naturam, ex pituita, aut ex flaua, vel atra bile conſtãs, ſine ſanguinis affluentia nunquam ſuppurabitur. Quę omnia nobis argumento exiſtunt, nihil citra ſanguinis præſentiam, coctionem, aut aliquem naturæ cultũ ſuſcipere poſſe. Ex quibus clarè intelligitur, ſanguinẽ ſuccũ eſſe: maximè germanũ ac naturæ familiarem; qui, vt elaboretur, & cultum recipiat (niſi multitudine peccet, aut natura nimis ſit languida) minimam deſiderat operam: vt hinc pateat ratio ad ſecundum. Nam cùm vrina ſubrubra crudioris ſanguinis abundantiam oſtendat, ac ſimul etiam demonſtret, (vt Galenus ait. 1. de criſibus ca. 12. iuxta calcẽ) naturã adeò eſſe imbecillẽ, vt nec rufam quidẽ generet bilẽ, nec ſanguine exquiſitè cõcoctũ, ſed adhuc humidũ, & ſero ſimilẽ. Neceſſe eſt, vt ad ſanguinis illius cõcoctionẽ tẽp' exigatur, q̃a (teſte in cõ. Galen.) coctiones tẽpore fiunt. Quantum verò hoc tempus futurum ſit, declarat Auicẽna. 2. 4. tract. 1. cap. 88. dicens, ad quadrageſimum vſque diem, interdumq; ad ſexageſimum,

Nihil citra ſanguinis affluentiã naturæ cultum recipit.

mum,morbum prorogari:totoq́ue hoc ſpacio humorem,morbum committentem,ad ſui coctionẽ egere. Verùm tamen obijciet hîc aliquis:Sedimẽtum rubrum non ſignificare morbi diuturnitatẽ: quoniam nubecula rubra morbi breuitatem denunciat,dicente Hippocrate aphor.71.ſectionis.4 quibus ſeptima die criſis futura eſt, his, nubecula rubra quarto die in vrina apparet. Et Galenus in comm.dicit,nubeculam rubram,bonam eſſe,& citò futuram iudicationem oſtendere. Quare rubrũ ſedimentum melius erit, & adhuc citiùs futurum iudicium denunciabit: quoniam bonum ſignum præſtantius multo eſt in ſedimento, quàm in nubecula,aut in eneoremate, vt Galen.lib.1.de criſibus.c.12.eſt auctor; cui cõſẽtit Auerroes lib.4.col lect.c.24 Huic obiectioni reſpõdet Actuarius lib. 2.de iudicijs vrinarum cap.8.inquiens: Contenta ſubrubra,& rubra, cruditatẽ quandã in tertia coctiõe ob rubrę bilis exceſſum demõſtrare. Et ſubdit deinceps,putari hęc mediocria,& fortaſsè ſine periculo eſſe, eò quòd alia memorata contẽta nõ minus qualitate, quàm quantitate nocentia ſunt: hæc verò ſola quantitate ſolere virtutem ipſam offendere, qua ſublata, virtus per quam facilè ad ſe ipſam reuertitur. Ex quibus Actuarij verbis clarè deducitur,ſubrubram, aut rubram nubeculam meliorem eſſe ſubrubro, aut rubro ſedimento:eò quòd coctionem imperfectam ſignificat; & præterea morbum facientem materiam paucam eſſe; quam materiæ paucitatem nõ indicant ſubrubra, aut rubra ſedimenta,ſed potius illius multitudinẽ,

Obiectio

Obiectioni reſpondet Actuarius.

& exuberantiam. Quòd ſi rubedo in contentis abſolutam concoctionem denotaret, melior multo eſſet in ſedimento, quàm in nubecula. Sed quia ſignificat coctionem imperfectam, melior eſt in nubecula, quàm in ſedimento: quia humor imperfectè coctus, melius concoquitur, atque perficitur ab ipſa natura, quando eſt ſub exigua quantitate, quam indicat nubecula rubra: quàm quando eſt ſub quantitate immodica, quam ſedimentum rubrum præmonſtrat. Cùm igitur, quandò in quarto die nubecula rubra apparet, humor ſub pauca quantitate imperfectam coctionem ſit aſſecutus, rationi videtur cõſonũ vt abſolutã in ſeptimo adipiſcatur: qa paucus humor, & qui iã imperfectè coctus eſt, nõ multo tẽpore perfectè cõcoquetur. In hoc tamen culpandus eſt Actuarius, quod dixerit, ſubrubrum ſedimentum fieri ob rubeæ bilis copiam: cùm non ſic Galenus ſcripſerit, ſed ob copiam ſanguinis humidioris, atque ſeroſi: Niſi fortè quiſpiam dixerit, Actuarium, ſanguinis ſerum, rubeam bilem appellaſſe: quomodò nõnulli medici appellauerunt, vt refert Galenus libro. 6. epid. parte. 5. com. 14. Quòd ſi aliquis requirat, cur ſedimentum optimum in morbis bilioſis ad croceũ inclinet, vt comm. præcedẽti dixit Galenus: in his verò, qui ex ſanguine oriuntur, non debet ad rubrum vergere, ſed album eſſe, ſi modò illud futurum eſt bonum; cùm tamen color croceus minus diſtet ab albo, quàm ruber: ex quo ſequi videtur, facilius eſſe, colorem croceum in album commutare, quàm rubrum. Dicendum illi eſt, hoc ex natura

In quo ſit culpandus Actuarius.

Quæſtio.

Reſponſio.

tura peccantis humoris euenire. Nã ſanguis, cùm ſit humor benigniſsimus, ac clementiſsimus, facili negotio à natura alteratur, & in ſolidorum corporum ſubſtantiã deducitur. Quo fit, vt plus, quã humores reliqui ab omnib⁹ ſuis qualitatibus denudetur: cùm tamen cæteri humores non facilè patiantur, quin imò naturæ magis obſiſtunt, ac reluctantur. Vndè euenit, vt etiam poſt alterationem, nonnihil antiquarum qualitatum reſeruent, & priſtinam naturam ſapiant. Quòd ſi iterum interroges, quod ſit melius ſedimẽtum, colore ſubrubrũ, aut rubrum, læue tamen, ac ſubſtantiæ mediocris; an album, ſed aſperũ, & malæ ſubſtantiæ? Reſpondendum erit, præſtantius multo eſſe, quod ſubſtãtia bonum eſt; etiam ſi in colore peccet, quã quod ſubſtantia vitiatur, colore tamẽ eſt optimum. Ratio eſt, quia coctio magis attenditur penes ſubſtantiã, quàm penes colorem: quod voluit Auicenna 2.1.doct.3.capit.3. quando inquit: Propterea digeſtionis operatio, eſt vrinæ ſubſtantiam efficere: deinde ipſam tingere. Ex quibus clarè intelligitur firmiùs multo eſſe ad oſtendendam ſanitatem, ſedimentum rubrum, ſed ſubſtantia læue, atque mediocre, quàm album, ſed aſperum, ac inæquale. Hinc eſt, quod dicat Auicenna. 2.4.tract.1.cap.88. quod ſæpè viuit ille, cuius ſedimentum eſt rubeũ, ſed æquale: & moritur, cuius eſt album, ſed nõ læue. Et rationem reddens, ait, quia bonitas in ſubſtantia propenſior magis eſt ad expulſionem ſuſcipiẽdam, quam bonitas in colore. Ac ſi dixerit, humor, qui eſt bonæ ſubſtantiæ, faciliùs obedit expul-

Dubium.

Dubij ſolutio.

Vrina coctio magis attẽditur penes ſubſtantiã, quam penes colorem.

expulſioni, & expurgationi, quam ille, qui eſt boni coloris, ſed in ſubſtantia à mediocritate recedit. Quod nulla alia occaſione accidere putandũ eſt, quàm quòd hic magis crudus exiſtit: ille verò magis coctus: & humor, qui plus coctus eſt, propẽ ſiùs pellitur, atq; expurgatur, quá qui minus.

PROGNOST. XXVIII.

Si autem in vrinis ſint ſedimenta crimnode, id eſt, ſpeciẽ referentia farinæ craſsioris, mala ſunt. Deteriora verò ſi ſquamularum more conſiſtunt. Si verò tenuia, & candida admodum ſunt, vitioſa ſunt. Furfurea verò deteriora ſunt.

COMMENTARIVS.

EX his quatuor ſedimentorum generibus tria tantùm ſunt, quę conſumptionem ſignificãt, nempè farinæ hordeaceæ craſsiori ſimile, crimnodees Græcè dictum: ſquamoſum, ſeu lamineum; atque furfureum. Nam aliud albũ tenue, quod tertio loco ab Hippocrate relatum eſt, partium abſumptionẽ non ſignificat; ſed, vt Galenus in cõm. ait, ſpiritum flatuoſum permiſtum tenaciùs ſemicocto humorum excremento. Quare videtur hîc, vbi de ſubſidentijs conſumptionem oſtendentibus agitur, extra rem fuiſſe ab Hippocrate poſitũ. Atque hinc eſt, quod Galenus lib. 1. de criſibus. c. 12. vbi præſentem adfert ſententiam; hoc album tenue ſilentio prætererit. Et in comm. de furfuraceo, verba faciens: Quod quarto loco ab Hippocrate ſcriptum eſt, inquit, non quartum, ſed tertiũ proditum eſſe oportere: quaſi velit tertium illud ab hoc ptognoſtico ſubtrahendum fore, & in aliũ

Quid ſedimentum album tenue ſignificet.

commo-

commodiorem locum referendum. His de cauſis & nos de eo in præſenti enarratione dicere ſuperſedebimus, & de alijs tribus agemus. Pro quorum explicatione reuocandi nobis ſunt in memoriam quinque illi conſumptionis ordines à Galeno in commentario explicati: qui fiunt conſumpta primò pinguedine noua, & antiqua: deindè noua, & veteri carne: ac poſtremò partibus ipſis ſolidis tabefactis. Nam quemadmodum in omni deſtillatione, pars rei, quæ deſtillatur, natura tenuior, læuior, rarior, liquidior, ac magis ſuperficiaria, vi caloris primùm tenuata tollitur, poſteà humidior, & aquoſior; quòd ſi vlteriùs perſiſtat deſtillatio, id etiam humidum rei aqueum; quo tanquam viſco terrenæ corporum partes iunctæ cohærent, quodq; rebus omnibus ex elementorum permiſtione concretis eſt commune; colliquatur: quo abſumpto, partes terrenę exiliunt, & diſſoluuntur. Ad eundem modum prorſus, calor in nobis immanis, atque valentior, nouam, ac tenerã pinguedinẽ primò abſumit: deindè durã ac vetuſtiorẽ: ab his deinceps nouã ac tenerã carnẽ; mox durã ac vetuſtã: poſtremò ſolida iã corporis membra depopulatur. Verũ tñ colliquata pinguedine, ſedimentum non fit, ſed nubecula tantùm. Quia, vt Galenus eſt auctor lib.3.epid.parte.3.in comm. hiſtoriæ Parij. & lib.7.aphor.com.35.inſidet ſemper, quod pingue eſt, nõ ſubſidet, nec pendet, aut in medio iacet: quia naturam habet pingue omne, vt ſuperiora petat, & cæteris liquidis omnibus ſuperferatur. Hoc interim propter Thaddæum dixerim,

Quinque cõſumptionis ordines.

Simile.

Pinguedine colliquata, nubecula fit non ſedimẽtum.

Thaddæus falſo Galenum erroris inſimulat.

xerim, qui Galenum erroris inſimulat, quòd voluerit ex adipis, & pinguedinis colliquatione ſedimentum crimnodees oriri:cum tamen id Galenus ne ſomniarit quidem: ſed tantùm cùm calorē colliquantem propoſuerit eſſe omnis conſumptionis auctorem, vniuerſos conſumptionis modos, qui in humano corpore fiunt, explicuit. Quorum vnus eſt ille, qui, pinguedine colliquefacta, efficitur, qua ad vrinas perueniente, nubeculæ quędam telis aranearum ſimiles deſuper natare cōſpiciuntur: quales etiam ſuperferri videmus in vrinis illorum, qui in hecticæ febris principio conſiſtunt. Veruntamen cùm vlteriùs procedit conſumptio, & pinguedine abſumpta, carnes, & partes corporis ſolidæ diſſolui incipiunt, prædicta ſedimenta, puta, farinacea, laminea, & furfuracea apparent: de quibus deinceps ſingillatim paucula dicemus.

Farinacea ſedimenta cur ita dicantur.

Farinacea ob id dicuntur, quòd hordei, vel tritici malè moliti farinæ aſsimilentur. Non tamen ob eaſdem cauſas fiunt duo hæc, quoniam craſsior farinæ pars efficitur, quoties hordeū nō effringitur in partes admodum tenues. Verùm tamen hęc ſedimenta in vrina non contingunt ob defectū concoctionis alimenti, ſed, quemadmodum ſcribit in comm. Galenus, ob ſanguinis craſsioris aſſationē, aut carnium inæqualē colliquationem. Quod etiā experientia demonſtrat: ſiquidem tunc apparent, cùm à calore præter naturam ſanguis crematur, ac veluti frigitur, aut, vbi abſumpto iam adipe, caro conſumi cœperit. Hæc ſedimenta aliquam rubedinem contrahunt; maiorē, cùm ſequuntur ſanguinis

nis aſſationem: minorem, cùm fiunt ob carnoſarũ partium inæqualẽ conſumptionem. Sunt, qui exiſtiment, hæc eſſe orobea Galeni, de quibus ipſe. 4. ſect. aphor. comm. 76. diſſeruit. Veruntamen apud Actuariũ orobea, & farinacea, diſtincta ſunt. Rurſus Aetius, & auctor libri de vrinis, polentacea duplicia eſſe dicunt; alia rubra, quæ volunt orobea eſſe: alia alba, quæ dicunt propriè farinacea nuncupari, & magis, quàm orobea, ſignificare cõſumptionem. Quibus verbis clarè innuunt, orobea ſedimenta ſolummodò dici cùm ſequuntur ſanguinis aſſationem, quia tunc manifeſtam rubedinem trahũt: qua de cauſa orobea, quòd orobo, hoc eſt eruo excorticato ſimilentur, ſunt nuncupata: cùm tamen fiunt ob carnis colliquationẽ, volunt orobea appellari. Porrò hæc, & ſi aliqualem rubedinẽ habent, ad orobea tamen collata, alba poſſunt vocitari. Rurſus Galenus cõm. aphor. citati, orobea ait generationem habere ex craſsioris ſanguinis exuſtione, nulla carnium colliquationis mentione facta. Quę omnia manifeſtè declarant, orobea, & farinacea, eadem non eſſe. Laminea, ſeu ſquamoſa, Græce, petalodees, dicta, latitudinem, & lõgitudinem habent, citra tamen euidentem altitunem. Atque ita appellantur, quòd foliorum, ſtirpium, aut ſquamarum, aut laminarum inſtar, lata, & tenuia exiſtant. Fiunt hæc cùm aucta febre, ſolidæ corporis partes depaſcuntur. Galenus lib. 1. de criſibus capi. 12 quæ folia repræſentant, dixit eſſe vaſorum partes ſuperficiales, quæ ſcilicet omninò reſolutæ ſunt, ac contabuerunt. Vtcunq; tamẽ ſit, conſtat,

Sedimenta farinacea, & orobea apud Actuariũ diuerſa.

Sedimenta laminea, ſeu ſquamoſa, ſeu foliacea

conſtat, hæc deteriora eſſe præcedentibus, quanto peius eſt ſolida corpora, quàm carnem abſumi. Apparent etiam veſicæ occaſione, vt aphor. 81. ſectio. 4. Hippoc. in eum ſcribens modum, teſtatur: Si ſanguinem, & pus, & ſquamulas mingat, grauiſq́ue odor fuerit, veſicæ exulcerationem ſignificat: ſed an veſicæ tantum, an totius corporis occaſione eueniant, febre, cruditate, dolore, & odore graui diſtinguendum. Nam quæ totius corporis vitio exeunt, cum febre, & vrinæ cruditate iunguntur: contrà quæ laborante veſica prodeunt, ſine febre cum vrinæ coctione, non tamen abſque illius fœtore, & laborantis loci dolore excernuntur. Furfuracea omnium peſsima exiſtunt. Dicuntur etiam iſta ſimilacea, quoniá ſimilę, id eſt, furfuris ex malè molito tritico cribrati ſpeciem exhibent. Fiunt enim vbi febris obſeſſa profunditate, longe, latèq́; ſolidarum partium ſubſtantiam incédit. Súnt hæc multo foliaceis deteriora: nam licet ſint anguſtiora, craſsiora tamen, quàm illa habentur; & cõſumptio peior eſt, quæ penitiores partes exedit, quàm quæ extimas tantùm abradit. Hac in parte nõnulli dubitant, quæ ſit vehementior conſumptio, ea, quæ maiora fruſta præcipitat à partibus ſolidis, an quæ minora. Quibus dicendum videtur, vehementiorem multò conſumptionem ſignificari, quandò ſolida membra per partes maiores diſſoluuntur, quàm quando per minores. Quod manifeſtò voluit Raſius lib. 20. continentis: cuius ſententiæ adhæſit Actuarius lib. 1. de cauſis vrinarum cap. 20. quo in loco de contentis in vrina ſimilaceis,

Sedimenta furfuracea omniũ peſsima.

Dubitatio.

Reſponſio.

ceis,& lamineis loquens,ita ſcribit: Hanc ob cauſam quo febris magis attingit ſolidiora membra, eo maiora,& euidentiora fruſtula abſciſſa conſpectabuntur. Ex quibus verbis liquet, maiores à ſolidis partibus deciſas portiones, vehementiorem, malignioremq́; febrem oſtendere. Licet ſedimenta, quæ ſunt partes peſsimorum humorum,& cauſarum præter naturam, quanto maiorem obtinēt molem, tanto magis veniunt laudanda: quoniam robur indicant naturæ propellentis, ac excernentis à corpore excrementa.

PROGNOST. XXIX.

Nubeculæ, quæ inuehuntur in vrina, ſi cādidæ ſunt, ſunt bonæ: ſi nigræ, vitioſæ ſunt.

COMMENTARIVS.

SI locum ſpectes, nulla nubecula, aut ſuſpenſio exactam coctionē ſignificat. Nam cùm coctio exacta ſolummodò appareat tempore ſtatus, quēadmodum Galenus memoriæ prodidit libro.3.de criſibus cap.5.& ſuſpenſio, aut nubecula nō ſignificent ſtatum adeſſe, ſed tantùm, vt idem Galenus ait.1.criſeôn cap.17. principium eſſe finitum, ſequitur contenta huiuſmodi perfectam, aut abſolutā coctionem non præmonſtrare; etiam ſi inficias non eamus, in corporibus bilioſis,& in ijs, qui diu à cibo abſtinuerunt, aut vehementer laborarunt, vrinam, ſedimentum non habere, ſed ſola ſuſpenſione, aut nubecula bona tam exactam coctionem oſtendere, quàm in alijs optimum indicat ſedimētum. Quapropter mirandum non eſt, ſi in ſimilibus temperaturis,& corporibus, ſola vrinæ ſuſpē-

ſione alba,& læui:aut ſimili nubecula, vel ſine his vrina bene colorata,& mediocris craſsitudinis felici ſucceſſu morbi iudicentur: quia in iſtis minima adeſt crudi humoris copia, quæ ſedimentum efficere queat, vt declaratum iam eſt. Ex quibus, non ſine ratione, nonnulli colligunt, in hominibus perfectum ſanitatis gradum obtinentibus, vrinam ſedimento carere,eandemque indicare non tantùm illorum ſalubritatem, ſed etiam temperatè viuere,ac continentes eſſe. Hippocrates in præſentia albam nubeculam laudat,facta ad nigrā collatione,quàm vitioſam eſſe dicit,Quod intelligēdum eſt,dummodò talis nubecula alba ſimul cum albedine læuitatem habeat adiunctam. Nam ſi ſpiritus flatuoſi occaſione alba appareat, vitio non caret:quemadmodum & ea,quæ alba,eſt,& leuis, diu tamen talis perſiſtit,ac perſeuerat,nec deſcendit: quoniam in coquendo, naturæ ſegnitiem, & humoris inobedientiam ſignificat. Quo fit, vt nubecula huiuſmodi, futuros abſceſſus prænunciet, vt.2.1.d.3.cap.6.prope finem ſcriptum ab Auicenna eſt. Hippocrates aphor.71.ſect.4. nubeculā rubram laudauit,quemadmodum albam in præſentia laudat. Eſt enim rubra nubecula antea non viſa,ſignum bonum,citò futurā iudicationem oſtēdens,melius tamen ea eſt alba. Meminit tamē Hippocrates in aphor. rubræ tanquam ſigni perrari: albæ enim nubes frequentiſsimè apparent, & ſignum ſunt coctionis manifeſtæ; rubræ verò rarò fiunt:& (vt Galenus ait) niſi de ipſis dixiſſet Hippocrates, quòd in diebus indicantibus apparentes,

Nubecula quæ diu perſeuerat nec deſcendit, quid ſignificet.

tes,futuram nunciant iudicationem, fortè nemo talẽ ipſis adeſſe vim exiſtimaret : cùm, eo auctore,ruber color ſalutaris ſit, ſed diutinus quidem. Verùm tamen de nubecula rubra ſatis ſuperq́ue ſuprà com.27.dictum eſt:ſupereſt,vt de nigrę cau ſa diſſeramus. Porrò hanc Galenus in comm.duplicem eſſe ait,calorem nimirum,& frigus: calore nigrorem trahit vrinæ nubecula,quemadmodum &ſanguis nigreſcit,cùm crematur,ſicut & alia om nia corpora, & qui diutius in ſole diuerſantur ęſti uo,nigri redduntur : nigreſcit itidem ob frigidita tem:qua ratione ſanguis quoque niger fit,congeſtis globulis, quemadmodum & quidquid extinguitur in plenum nigrum efficitur.Alias cauſas nu bis nigræ attulit Ariſt. lib.1.meteor. cap.9.dicens; illius occaſionem craſsitudinem eſſe,ob quam ſolares radios ſuſcipere nequit. Nam ſi conſtringatur nubes,condenſeturq́;,atra redditur, eam luce ſolis peruadere non potente : at ſi rareſiat, & ſolares radios ſuſcipiat,ſplendeſcit. Veruntamen ni græ nubis in vrina nõ alias cauſas reperies, quàm quæ relatæ ſunt.Quamobrẽ nubecula nigra nunquam bonum eſt ſignum ; ſed perpetuò in perniciem conſpicitur ægrotantis,ſic,vt quemadmodũ nubecula rubra quarto die apparens, futuram ſeptima die iudicationem denunciat,ad eũdẽ modum, nubecula nigra in quarto die viſa, mortem ſeptima die ſubſecuturam oſtendit. Quæ Galeni eſt ſentẽtia.3.libr.de criſib'.c.10.ſcribentis in hũc modum : Age enim in quarto die viſa ſit quidem primùm nebula in vrinis nigra, vel ſuſpenſio nigra,

Nigræ nubeculæ cauſa duplex.

Nubis nigræ cauſa ex Ariſtotele.

Nubecula nigra ſemper perniciosa.

gra, vel tale aliquid huiuſmodi: ſint verò & omnia alia ſigna, & accidentia pernicioſa, morietur quidē omninò hic ægrotus; ſed ſi in imparibus quidem diebus acceſsio facta fuerit, ſeptimo die criſis accidet: ſi verò in paribus, ſexto. Ex quibus clarè intelligitur, erraſſe Auicennam. 2.4. tract. 1. cap. 85. dum cenſet, nigram nubeculam in morbis acutis aliquando bonum eſſe indicium, vtile profluuium ſanguinis ex naribus prænunciando. Cùm ſi hoc verum eſſet, Hippocratem, & Galenum, tātum ſignum non latuiſſet, nec illud ſilentio prætermiſiſſent: nec continuò nubeculā nigram tanquam lethale indicium vituperaſſent.

Auicennæ error.

PROGNOST. XXX.

Dum vrina tenuis fuerit, ac rufa, crudam eſſe ſignificat ægrotationem.

COMMENTARIVS.

CVM de vrinæ contentis abundè diſſeruiſſet, nunc de eiuſdem ſubſtantia, atque colore agit. Intelligo hic per ſubſtantiam, non ipſam formam, & naturam, aut id, quod ex illa, & prima materia conſtituitur: quo modo viſus eſt Ariſtoteles intellexiſſe, ſed modum illum circa ſubſtantiam, qui in accidentibus iuxta modum partium animaduertitur, puta craſsities, tenuitas, læuitas, aſperitas, lentor, & friabilitas. Nam iſta, & eis ſimilia, nomine ſubſtantiæ à medicis accipiuntur, licet non minus, quàm color, accidentia ſint. Conſideratur concoctio materiæ morbum committentis, non tantùm in vrinæ contentis, ſed etiam in eius ſubſtantia, atque colore. Magis tamen fidendū eſt

Quid per vrinæ ſubſtantiam ſit intelligendū.

conco-

concoctioni, quam ſubſtantia præmonſtrat, quã illi,quam color oſtendit.Nam vrinæ mediocritas, quæ laudatiſsima eius ſubſtantia cenſetur, nõ aliter, quam per concoctionem adquiritur:cum tamen bonus color aliundè, quàm cõctione poſſit comparari. Si enim calor incendatur,aut bilioſus humor maiori,quàm anteà, portione generetur,ſubrufa,aut ſubflaua fiet vrina,abſque propriç materiæ morbum committentis coctione. Accedit eò,quòd optimus ſubſtantiæ modus abſq; optimo colore generari nõ poteſt : cũ fieri nequeat, vt morbi materia concoquatur, & conſueta bilis portio, quæ vrinam tingat,non generetur : ſiquidem calor, qui valuit vrinã incraſſare, valebit etiã bilem illam,quç vrinam colorat,efficere. Benè tamen optimus vrinæ color abſque optima ſubſtantia generatur : quoniam fieri poteſt, vt iecur procreet tantam bilis quantitatem, quæ ſufficiat vrinam tingere: ſed cauſam morbi effectricem non poſsit ad concoctionẽ perducere. Ex quibus clarè colligitur, generãdi boni coloris duplicẽ cauſam eſſe,puta,concoctionem,&bilis effuſionem:generandæ bonæ ſubſtantiæ, vnicam,puta,concoctionem,quç vtrumq; facit neceſſariò,nempè vrinam incraſſat,& colorat. Veruntamen obijciet hîc aliquis, poſſe ex permiſtione humoris mediocriter craſsi,ſed albi,vrinam mediocriter craſſam, & decolorem generari,& ex conſequenti fieri poſſe bonum ſubſtantiæ modum abſque bono colore. Nã quemadmodum tenuis, & benè colorata permiſtione humoris tenuis, ſed flaui efficiebatur; ita

Coctio magis attenditur penes ſubſtantiam quam penes colorem.

Vide Valleſ. 3 cõtro.Conci.diffe.85. Aui.interpretes. 2.1. doct.3.ſumma.2.c.3.

Obiectio.

mediocriter craſſa, & decolor permiſtione humoris craſsi,& albi cum tenui ſero efficietur. Cui dicendum eſt,craſsitiem hanc, quæ per huiuſmodi humoris permiſtionem naſcitur, perturbationem eſſe,non concoctionem. Quare talis vrina turbida erit, non qualis decet, craſſa; quia hæc cum concoctione generatur, miſtione perfecta conſtat, illa verò humoris craſsi confuſione cum vrinæ liquore. Quo fit,vt talis vrina turbida mingatur, & aut talis perſeueret, vel ſi clareſiat, reſideat in ea craſſum aliquid,& viſcidum, ac nimis cohærens, quale in principio pituitoſorum morborum apparere quarta aphor.ſect.comm.69.obſeruauit Galenus. Ex his perſpicuè intelligitur, tenuē vrinam,etiam ſi ſit boni coloris, perpetuò coctione priuari: nec cum vrinæ tenuitate poſſe vnquam adeſſe coctionem. Quare iure ab Hippocrate in prænotentia dictum eſt, dum vrina tenuis fuerit, ac rufa, crudam ægrotationem ſignificari. Quòd ſi Galenus lib.1.de criſibus.capit. 12.dixit iam hanc, quantum attinet ad colorem,concoqui intelligendum eſt,vt ipſe in eodem libro cap. 17.interpretatur debili, & occulta coctione, quæ nondum principium eſſe abſolutum demonſtrat.Nam vrina rufa,& tenuis & ſi per concoctionem talem non habeat colorem,tamen non tam vehementem indicat cruditatem, ſicut alba tenuis:quia hæc,Galeno teſte.1.de criſibus.capi.12.veluti deſperatæ coctionis indicium habetur,venenoſi generis talem paſsionem ſignificans, qualem circa ventrem extrema coctionis priuatio. Verùtamen rufa tenuis,

Obiectionis dilutio.

Vrina tenuis licet ſit benè colorata perpetuò coctione priuatur.

Galeni loc' explicatur.

Vrina alba tenuis, eſt deſperatæ coctionis indicium.

licet vſque dum craſsities apparere incipiat, crudi tatem protendat, denotat tamen non adeò languidum eſſe calorem naturalem, ſicut cum adeſſet alba tenuis, quæ non tantùm extremam cruditatem indicabit, ſed etiam tantam caloris extinctionem adeſſe, vt nec conſuetam per valetudinẽ bilis portionem valuerit generare. Rufa tenuis licet cruda ſit, tamen calorem naturalem iam reuiuiſcere denotat, cùm aliqualem bilis portiunculã; quæ vrinam tingat, generare potuerit. Quare huiuſmodi vrina naturam iam iam coctionem eſſe aggreſſuram prænuntiat.

PROGNOST. XXXI.

Vbi morbus diutinus fuerit, vrina verò talis excernitur, periculum eſt, ne durare æger poſsit, quoad morbus concoctus fuerit.

COMMENTARIVS.

Tria ſunt, Galeno.3. de criſibus, cap 5. teſte, in omni morbo expectanda, nẽpè affectus magnitudo, ægrotantis vires, & ſtatus tẽpus: ſine quorum exacta cognitione, nihil de ſalute, vel morte ęgrotantis inueſtigari contingit: non magis quàm hoc, nunquid aliquis portando oneri ſufficiat, hominis robore, oneris magnitudine, & viæ longitudine anteà non perſpecta. Etenim ægri vires, portanti onus: morbus verò, oneri; & ſpatium, quod vſque ad ſtatũ extenditur, longitudini vię reſpondet. Quapropter ſi morbus, qui infeſtat, exiguus eſt, & vires robuſtę habẽtur, & ſtatus propè adeſt, liberabitur omninò æger: Si verò contraria adfuerint, morietur. Contraria ſunt, morbi magnitudo,

Quæ in omni morbo expectari debeant.

aut malignitas:ſtatus longinquitas:atque vires im becilliores, quàm vt vehementiam morbi poſsint tolerare. Maximum tamen vitæ periculum in longitudine ſtatus exiſtit. Nam vt Galenus ait loco ſuperiùs citato, ſi intra vnum dié criſis eſſe debeat, ſeruabitur æger, anteà quàm vires à morbo proſternantur. Si verò ante viginti dies,(ita enim cótingat;)non poſsit ſtatus aduenire, fieri poteſt, vt interim natura fatigetur, adeò vt ægrotis omninò duobus ſimiliter habentibus, alter quidem ſeruetur, alter moriatur, ob ſtatus futuri tempus. Quare nó temerè ab Hippocrate in præſentia dicitur, ꝙ vbi morbus diuturnus fuerit, ac talis excernatur vrina, periculum eſſe, ne durare ęger poſsit, donec morbus concoquatur. Ratio eſt, quoniam morbi diuturnitate vires proſternuntur, & láguent: quo fit, vt morbo ſuccumbant, nec ad ſtatus vſque tempus ſufficere valeant. Porrò vnum ex eis, quæ ſtatus diuturnitatem, & morbum futurum longum ſignificant, vrina non reſidens exiſtit: dicente Galeno ſect. 4. aphor. comm. 70. Quæ non reſident vrinas, ſi vires adfuerint, longum fore morbum oſtendere, ſi imbecillitas adſit, ægri mortem prænunciare. Vbi enim coctionis indicia non apparent, morbi tempus in longum protrahetur: quoniam eius breuitas in abolitione ſuæ cauſæ continetur, quę, coctione perfecta, efficitur, vt. 1. ſectione aphor. comm. 22. ſcriptum à Galeno eſt. Significatur quoq; morbus longus ab vrina alba, & perſpicua: quia eodé Galeno teſte. 4. ſect. aphor. cóm. 72. tales vrinæ extremam denotát cruditaté. Quare &

Quid præcipuè morbi diuturnitatem denunciet.

Vrina alba & perſpicua quid denotet.

re & morbos longos prænunciant. Vbi enim vrina extremè cruda mingitur, cauſa morbi firma, & fixa exiſtit, ideo morbus difficulter ſoluetur. Quia (vt eodem lib. comm. 30. Galenus ait) quæ firmata ſunt, magnam vim demolienté expoſcunt, quæ non niſi longo tempore, & per fortiora, ac plura auxilia fit, quam temporis longitudinem, & auxiliorum fortitudinem, facultas, niſi fuerit robuſta, non fert. Quare neceſſe eſt, vt mortis immineat periculum.

PROGNOST. XXXII.

Exitioſiores verò vrinæ ſunt, ſi aquoſæ, fœtidæ, nigræ, craſſæq; ſunt.

COMMENTARIVS.

Vrinarum differentiæ quatuor.

QVatuor vrinarum differentias præſenti prognoſt. deſcribit Hippocr. à ſubſtantia, atque colore deſumptas. Hæ autem ſunt, admodum aquoſa, fœtida, nigra, atque craſſa: quæ non tātùm prædictæ rufæ tenui ſi conferantur, exitioſiores habentur, verùm etiam nulla collatione facta, ſed in ſe ipſis dijudicatæ, mortem protendunt; vt potè prauarum, peſſimarumq; diſpoſitionum indicia exiſtentes: quod vnicuique quálibet illarum ſigillatim coniectanti manifeſtum fiet. Aquoſa, alba & tenuis exiſtit, quemadmodum in fine. 5. capitis lib. 1. de criſib. ſcriptum à Galeno eſt, dum inquit: ſimpliciter crudum, albū eſt, ac tenue, quod aquoſum nominamus. Hoc ſimiliter præſenti enarratione confirmat, illius adijciens ſignificationem, hiſce verbis: Vrina aquoſa, tenuis quidem conditione, colore verò candida eſt, ſummam indicans *Vrina aquoſa quid ſignificet.*

humorum cruditatem; naturalis verò facultatis debilitatem. Et lib. 4. aphor. comm. 69. & 77. aiebat huiuſmodi vrinam denotare omnes corporis venas pati. Quapropter mirum non eſt, ſi, quemadmodum ipſe. 4. de ſanitate tued. capit. 4. ſcripſit: vbi crudus planè ſanguis eſt, tenuis aquoſaq; vrina mingatur, nihil nec quod ſidat, nec quod pendeat, in ſe habens. Atq; hinc fit, vt in morbis acutis talis vrina exitiũ ſignificet: quoniam, ipſo auctore, lib. 1. epid. parte 3. in comm. hiſtoriæ vxoris Philini, ad hoc quod concoquatur, tempore opus eſt: morbus autem acutus moras non patitur. Cũ igitur nulla criſis ante perfectam coctionem bona eſſe poſsit, neceſſe eſt vt ſit mala & exitioſa. Damnatur etiam vrina craſſa, per quam non debemus intelligere mediocrem, veluti in aphoriſmis, 76. & 77. lib. 4. nam iſta; vt ait in præſenti comm. Galenus; non admodum exitioſa habetur, ſed illam potius, quæ per nimium talis eſt, qualis iumentorum exiſtit. Hæc enim valdè mala eſt, licet non adeò, vt exactè tenuis: quia hanc, dixit Auicenna. 2. 1. doct. 3. cap 3. in omnibus diſpoſitionibus maturitatis ſignificare priuationem, aut in venis obſtructiones: craſſam verò non extremæ cruditatis indicem eſſe ait, ſed aliquam coloris actionem oſtendere. Rurſus, craſsiſsima, qualis eſt iumentorum, licet crudis vocatis humoribus refertas venas indicet, tamen, ſi Galeno creditur, lib. 4. de ſanitate tuenda, cap. 4. naturam non ceſſare, ſed eos valenter concoquere demonſtrat: cùm tamen tenuiſsima, nec minimam quidem natiui caloris actionẽ oſten-

Nulla criſis ante perfectam coctionem bona eſt.

oſtendat, ſed potius facultatis naturalis ſummum languorem: cuius facultatis robur in morbis à materia dependentibus, Galeno auctore libr. 11. meth. capit 9. maximè requiritur. Præterea vrina tenuis, cum valida facultate, & bonis ſignis accedentibus, abſceſſum futurum denunciat, quemadmodum infrà progn. 34. ſcribitur, cùm tamē craſſa ægrum ab abſceſſu futuro vindicet, dicente Hippocrate libr. 6. epid. parte. 4. aphoriſm. 2. & libr. 4. aphor. 74. quibus ſperatur abſceſſus ad articulos futurus ab abſceſſu liberare vrinam multam, craſſam, & albam; qualis in laborioſis febribus quarto die quibuſdam incipit fieri. Damnatur ſimiliter vrina fœtida, tanquam putrefactionis indiciū, quod Galenus confirmat lib. 1. de criſibus, cap. 12. vbi de vrina, & eius ſignificatione verba faciens, inquit; liuidus color, eſt tantùm frigiditatis effectus: odor grauis, putrefactionis. Quam ſententiā Actuarius viſus eſt comprobare lib. 2. de vrinarū indicijs cap. 17. dum ait, malum vrinæ odorem alicuius interioris membri, aut humorum ſummam putredinem præoſtendere, quæ non ſolùm alitionem ob fœtorem (quem partium natura renuit) tollit, ſed ſpiritus labefactat, & eorum impedit generationem: & tanto magis, quanto fœtor fuerit vehementior: licet interdum ſine tali putredine, fœtida vrina reddatur, propter diutinam in corpore moram, vt Ariſtot. voluit libr. 13. problem. problem. 1. quo loco quærit, quare vrina fœtidior redditur, quo diutiùs in corpore immoratur: ſtercus autem minus? Cuius problematis cauſam reddēs, dicit,

Vrina tenuis cū valida facultate & ſignis bonis quid ſignificet.

Vrina multa, & craſſa ab abſceſſu liberat.

Vrina fœtida quid ſignificet.

Cur vrina fœtidior redatur, quo diutius in corpore detinetur: ſtercus, contrà.

luntur; quoniam nigra tenuis ſemper eſt mala: vtpote duplici ratione peccans, ſubſtantia nempè, colore, cùm tamen craſſa interdum ex vſu eſſe poſſit. Siquidem videmus ſæpè quartanos circuitus, renum, & lienis morbos, multa vrina craſſa fuiſſe ſublatos: quæ Auicennæ eſt ſententia. 2.1.doct. 3.cap.2. Euenit porrò in mulierebus nigra non ſacta purgatione, vrinam apparere craſſam nigram menſtruis ipſis emictis, atque per veſicam deductis: & hoc cum ipſarum ægrotantium maximo leuamine, & vtilitate, vt Galenus teſtatur lib. de atra bile cap. 8. in initio: quod confirmat Hippocrates lib. 3. epid. parte 3. in hiſtoria; in Thaſo mulier auſtera, quę cum vrina nigra iudicata, & liberata eſt, copioſè deſcendentibus menſibus, quod manifeſtè declarauit eorũdem ſuppreſsionem fuiſſe cauſam deſcenſus vrinæ craſſæ nigræ. Alij dicunt, nigram à craſſa nunquam ſeparari: proferre volẽtes, vrinam nigram ſemper eſſe craſſam, nunquam tenuem, nec nigredinẽ tenuitati iungi poſſe. Cuius fuit ſententia Aetius lib. 2. ſerm. 1. capit. 44 Similiter & Auicenna. 2.4. tract. 1. cap. 82. arbitrantes vrinam non aliter nigram reddi, quàm permiſtione humoris nigri melancholici, qui cùm craſſus ſit, neceſſario vrinam ſua corpulentia incraſſabit. Sed quàm falſa ſit hæc Aetij, & Auicennæ opinio, ex multis hiſtorijs liquido patêre poteſt. Nam Herophytus, vt lib. 3. epid. par. 3. ſcriptũ reliquit Hippoc. vrinam nigram tenuẽ multo tempore minxit, ac Herophonti lib. 1. epid. part. 3. vrinæ nigræ tenues adfuerunt; & mulier, quæ. 3. epid. parte. 3. apud frigidam

Auicennæ & Aetij opinio falſa.

gidã aquã in Thaſo ægrotabat, vrinas perpetuò tenues nigras habuit: obijt autẽ octogeſimo. Argumento verò cui nitebantur dicendum, poſſe humorem melancholicum in pauca quantitate miſceri, qui cum ater admodum ſit, valebit vrinã nigram reddere, non autem craſſam. At obijciet aliquis, tunc liuidam fieri vrinam, non nigram, dicente Galeno ſuprà comm. 22. nigram deiectionẽ ab atra bile ſyncera tingi: liuidam verò vbi modica bilis atra modicè permiſcetur. Cui dicendũ eſt, ſecus eſſe in vrina, ac in deiectione: quia in vrina, exigua portio humoris nigri ſufficit, ob vrinæ fuſionẽ, & tenuitatem nigrũ colorem efficere, quẽ in deiectione producere non poteſt, propter deiectionis craſsitiem, & ineptitudinem ad intenſiorem tincturam ſuſcipiendam. Ex quibus liquet ratio, ob quam ater humor poteſt nigram vrinam, non craſſam efficere: & ruber non facit rubram, quin faciat etiam craſſam: & ſi ſanguis tenuior ſit melancholia, quia color, quo eſt intenſior, eo magis tingit; quo eſt remiſsior minus: & humor niger intenſiſsimus eſt, vtpote in extremo conſtitutus. Qua ratione quęlibet eius portio, & ſi exigua, ſufficit vrinam tenuem reddere nigram, ipſa tenui relicta, quod ruber non ſufficit, quia color remiſſus eſt, & facilè alterius permiſtione diluitur. Quare niſi in multa quantitate accedat, rubedinẽ non efficiet: ſub qua ſi permiſceatur, rubedinem ſimul & craſsitudinem pariet.

Obiectio.

Obiectionis ſolutio.

Vide Valle. lib. 3. cõtro.

PROGNOST. XXXIII.

Sunt autem in viris quidem, & mulieribus vrinæ nigræ, in

in pueris verò aquoſæ,deterrimæ.

COMMENTARIVS.

VRina nigra naturâ ſuâ , abſq; ſignis alijs,praua eſt:quemadmodũ Galenus docet.2.prorrheticorum côm.4.quo fit, vt quanto ipſa alicui ſexui,aut ætati,aut naturæ contraria magis fuerit, tanto deterior cẽſeatur:quia teſte Galeno in cóm. &.7.ſect.aphor.enarratione.64.quęcunq;,eis quę ſecundum naturam contraria maximè ſunt,ea deterima iudicantur. Idem de aquoſa dicendum eſt,quæ cũ in omni ætate,veluti nigra exitioſa ſit; illa ætate cui magis aduerſatur, exitioſior erit: at vrina nigra viris & mulieribus:aquoſa pueris contraria maximè eſt. Qua ratione pueris hæc:mulieribus,& viris illa exitioſior habebitur:quod ſingillatim cuiuſq; naturam conſideranti fiet manifeſtum.Nam mulieres,Galeno auctore lib.3.aphor. cóm.11.& lib.5.cóm.62.viris ſunt humidiores, ac frigidiores:atque ob id natura ſua vrinas albas,inſtar pituitæ, habere debent; quemadmodum viri flauas, ac rufas ob calidum ætatis temperamentũ. Sunt enim mares fœminis calidiores,atque ſiccio res: vt docuit Auicenna.1.1.doct.3 capi.3.in fine. Quo temperaméto præſertim pollent,qui in ętatis vigore conſiſtunt:quia hæc ætas (ſi Galeno creditur lib.2.aphor.cõm.20.&.6.de ſanitate tuẽda. & infrà lib.3.cóm 30.)calida & ſicca eſt, & amarulẽti humoris generatrix. Atq; his de cauſis,in illis velut & in mulierib⁹, vrina nigra peſsima cẽſetur: licet in mulierib⁹ minoris ſit malitiæ, quã in viris, quẽadmodũ ſcripſit Auic.2.4.tract.1.c.85.Euenit hoc

Mulieres viris ſunt frigidiores, & humidiores.

Idem Gale. lib.14. de ſu part c.6. &.2. de ſemine. ca.4. &.5.

hoc menſtruæ purgationis ratione:quæ cũ vrina ſæpè deſcendere ſolet,vt Galen.explicuit libr. de atra bile,cap.8.quod demonſtrauit mulier illa auſtera in Thaſo apud Hippocratem lib.3.epid.part. 3.comm.82. Porrò pueris vrina nigra, nõ perindè vt tenuis,contraria eſt; quia,vt Galenus in comm. ait,per naturam in illis eſt vrinam emittere corpulentam,ac ſediminis copiam habentem,præ robore facultatis alterãtis. At coctio craſsiorem reddit non ſolùm vrinam,ſed etiam deiectionem, quoties bene in ventre concoquatur. Verùm tamen

Obiectio

dicet aliquis: Si aquoſa in pueris nulla alia occaſione vituperatur,niſi quia cruda eſt, & robuſtioris facultatis,quæ in pueris exiſtit, hoc eſt, coctricis,caſum & languorem ſignificat,ſequitur,hac ratione,nigram multo deteriorẽ eſſe, quia ſimul cruda,& perniciosa habetur:vt voluit Galenus in fine capitis.5.lib.1.de criſibus:quo loco ſic ſcripſit:Nigrum enim ſputum præter id, quòd crudum eſt; etiam mortem ſignificat:ſic & vrina nigra, nõ cruda ſolùm, ſed & exitialis eſt. Cui reſpondendum

Obiectionis dilutio.

videtur,vrinam nigram,etiam ſi cruda ſit,non tantam indicare cruditatem, nec tantã facultatis concoctricis euerſionem, quantã indicat vrina aquoſa.Si enim pari gradu recederent à naturali facultate coctrice,vrina nigra,& aquoſa; dubium non eſſet,quin nigra detêrior eſſet aquoſa: Verùm quia

Cur in pueris vrina aquoſa nigra deterior iudicetur.

aquoſa ſimpliciter magnum languorem, atque receſſum facultatis coctricis oſtendit:nigra verò, licet aliquem, non tamen adeò magnum ſignificat. Ideo in illa ætate; in qua hæc facultas robuſtior,

quàm in alijs exiſtit, aquoſa, ſimpliciter magis exitioſa eſt exiſtimanda. Adde, vrinam nigram ob alias accidere cauſas, quæ non ita, vt vrina aquoſa, languidam in eſſentia eſſe alteratricem oſtendũt. Hæc autem ſunt, adurens calor, & frigiditas ingẽs: cùm tamen aquoſa ſemper naturalis facultatis coctricis ſummam imbecillitatem ſequatur: ſitq́; perpetuò deſperatæ coctionis accidens. Quare in ea ętate, in qua facultas iſta robuſtior degit, iure optimo deterior cenſeri debet.

PROGNOST. XXXIIII.

Qui tenues, crudasq́; diutiùs vrinas mingunt, ſi cætera, vt in conuulituris, indicia fuerint, vt in ijs abſceſſum ad ſedes infra præcordia expectare oportet.

COMMENTARIVS.

QVo pacto ex vrina futurus abſceſſus præſagiatur, hoc in prognoſtico docet Hippocrates, dicens, abſceſſum expectari ijs, qui longo tẽpore tenuem, crudamq́ue vrinam mingunt. Dixit tenuem, crudamque, ad ampliorem perſpicuitatẽ: cum tamen ſatisfeciſſet orationi, ſi dixiſſet, tenuẽ ſolùm; ſiquidem crudum, in tenui comprehenditur. Cæterùm non coctam, ſed crudam eſſe oportere ait vrinam eorũ, qui abſceſſus habere debẽt. Quam ſententiam ſimiliter docuit Galenus libro 3. de criſibus. c. 11. ſic ſcribẽs: morbi diutini, & tardi per abſceſſus quieſcere conſueuerunt, vbi præſertim vrinæ tenues & crudæ longo tempore exierint. Vbi enim multam, & optimam ſubſidentiam habuerint, rationabile eſt morbum paulatim debere concoqui, non per abſceſſum terminari. Qui-

Qualẽ oporteat eſſe vrinam eorum qui abſceſſus habere debent.

bus verbis videntur innuere, omnem criſim per abſceſſum factam malam eſſe, cum ſit indicata ab indicijs cruditatis, cuius contrarium Hippoc. ipſe ſcribit infrà, cùm inquit, abſceſſum omnem in cruribus erumpentem in pulmonia vehementi, ac periculoſa vtilem eſſe. Veruntamen dicendum eſt, quod non negat Hippocrates poſt vrinas crudas poſſe alias coctas apparere, cum quibus ægri facta iudicatione per abſceſſum liberentur. Nã. 2. epid. par. 1. bonos abſceſſus eſſe dixit, qui fiunt coctione ante acta, citra quam nec abſceſſum, nec aliam quampiam iudicationem rectè fieri poſſe teſtatur Galenus lib. 3. epid. par. 1. comm. 5. Dicendum rurſus quod licet ante abſceſſus eruptionem vrina videatur cruda, nõ tñ eã exactè crudã eſſe cõuenit, ſi modò abſceſſus futurus eſt bonus: qm̃ (vt Gale. ait lib. 3. prorrhe, com. 71.) quę ſubſtantiã ſecundũ naturam habet: atq; præter id pendens album cõtinet, coctum morbum eſſe indicat abſque abſceſſu. Sic, ſi exactè ſummeq; cruda eſt, iudicatio morbi per abſceſſum ſperari non debet: quia eodem Galeno auctore libr. 1. aphor. comm. 12. cruditatis ſigna ex ſe nec euaſurum, nec moriturum hominẽ oſtendunt: ſed ſolùm morbum futurum eſſe longum. Ex quibus clarè deducitur, vrinam, quæ abſceſſus protendit, nec exactè coctam, nec ſummè crudam eſſe debere; ſed inter vtramq; mediam. Atque hæc eſt Galeni ſentẽtia libr. 3. prorrheticorum, comm. 71. quo loco ſic ait: Aquoſæ quidem vrinæ, abſque albis pendentibus, incoctũ eſſe morbum ſignificant. Oportet igitur ipſas nec prorſus incoctas,

incoctas, nec abſolutè coctas eſſe, vbi natura abſceſſum factura ſit. Quod tamen Hippocrates ait, abſceſſum diuturnos morbos indicare, contrariũ videtur ſentire ipſe aphor. 74. ſect. 4. vbi manifeſtis verbis in febribus laborioſis intra quartum diem abſceſſum ad articulos venturum ſperandum eſſe ſcribit. Veruntamen aduertendum, non ſimpliciter Hippocratem in aphoriſmo intra quartum diem futurum abſceſſum pronunciare, ſed in febribus laborioſis tantum. In his enim vt in comm. interpretatur Galenus, cito abſceſſus fiunt, nõ ſpectantibus, vt aliæ quæ laborioſæ non ſunt, tempus prolixius. Dicuntur febres laborioſæ, illæ, quæ vna cum articulorum labore, hoc eſt laſsitudine infeſtant, in quibus propter ſuſcipientium membrorũ aptitudinem citò abſceſſus fiũt, niſi vrina multa craſſa, & alba ſuperueniat articulos abſceſſu liberans. Illud tamen difficultatem ingerit non mediocrem, (vt optimè Henricus Cuellar animaduertit,) intelligere, quo nam modo affectus, alioqui diuturnus, & ſolutu contumax, vtpote à craſſa, & frigida materia dependens, ceſſet tam exigua humoris portione depulſa; qualis illa eſt, quæ in abſceſsibus intercluditur, cuius affectus ſolutioni fortaſsis multæ deiectiones nõ ſufficerent. Cui dubitationi ego reſpõderem, ob id morbum abſceſſu erumpente iudicari, quia vnà cauſa, quæ malũ cõtinet, à parte, quę excrementa generat, & mali totius fomes eſt, radicitus euellitur, & ad locum ignobilem, vbi morbum eũ non valet efficere, detruditur. Nam pars quæ afficitur,

Dubium.

Dubij reſpõſio.

à mali cauſa longo tempore oppreſſa, atque graua ta, ſe deonerare magnoperè conatur. Quo fit, vt vitioſo humore expulſo, ipſa deinceps libera manens, alimentum quod denuò aduenit, non corrũpat, ſed in ſui ſubſtantiam commutet. Ex quo ſequitur, vt corpus ſubindè ſenſim ſaneſcat, & in priſtinum ſtatum reuertatur. Nec mirum videri alicui debet, adacto ex affecta ſede ad locum abſceſſus humore, vniuerſam ægrotationẽ abſolui, cùm videamus quotidiè ſolis puſtulis labiorum, & naſi erumpentibus, tertianam febrem iudicari; quod Auicenna.1.part.cant.tex.477.& Haliabas lib.10. theoricæ, cap.11. literis prodiderunt. Porrò ſuſpectum videtur id, quod Galenus in cõm. dicit, abſceſſus retro aures erumpentes à valentiore fieri facultate: ſi modò vera ſunt, quæ Hippocrates.2. epid. ſcribit: vbi optimos abſceſſus eſſe ait, qui infernè infra ventrẽ fiunt, & remotiſsimi à loco affecto. Quare cùm tales à valida fiant facultate (aliàs enim boni non eſſent,) ſequitur inter cauſas abſceſſus infra ventrem prouenientis, robur connumerari facultatis: ſicuti eiuſdem imbecillitatem, vnã eſſe ex cauſis eius qui in ſupernis partibus fit. Sed de his infrà enarratiõe.67. latius diſputabitur.

Puſtulis labiorum, & naſi, tertiana febris interdum ceſſat.

PROGNOST. XXXV.

Et pinguedines ſupernatantes, araneorum telis ſimiles, damnandæ ſunt: indicant enim conſumptionem.

COMMENTARIVS.

SAnguis in ijs qui ſani ſunt, & optimè valent, pinguem quandam partem ſecum ſemper habet permiſtam: quoniam (teſte Ariſtotele libro.3.

de

de hiſt oria animal.cap.19.) adeps ex ſanguine per concoctionem gignitur. Et libr.2. de partibus anilium, cap.5. dicebat, adipem eſſe ſanguinem cócoctum. Galen. itidem.16.lib. de vſu part.cap.2. pinguedinem ex ſanguinis parte pinguiore generari protulit. Hęc pinguior ſanguinis pars in lacte tráſit in butyrum: per tenues verò venas effuſa, affuſaq; ſiccis corporibus, ac tenuibus (teſtimonio Galeni libro.16. de vſu part. citato) illa pingui natiuo humectat, ne celeriter in diuturnis inedijs, ac vehementibus exercitationibus, & caloribus immodicis exſiccentur, atque indureſcant. Porrò prædictæ pinguis ſanguinis partis nonnihil cum ſero ad renes defertur, quod vrinę ipſi innatans, bonú eſt indicium: quoniam ſanguinis concoctionem, & naturalis caloris victoriam oſtendit. Quod Galenus lib.4. de ſanitate tuenda, cap.4. in eum ſcribẽs modum, ſignificare voluit: Vbi crudus planè ſanguis eſt, vtique tenuis, aquoſaq; vrina mingitur, nihil, nec quod ſidat, nec quod pendeat in ſe habẽs. At vbi is concoctus eſt, hæc in vrina apparent, & ad hæc etiam nubeculæ quædam deſuper tenues ſuperſtant, veluti id quod in ſummo lacte colligitur, Græcè, graps, dictum; & quod in ſummo refrigerati iuſculi concreuit. Hæc Galenus. Veruntamen pars hæc pinguis, quę ſanorum ſanguini permiſcetur, per febres acutas ſenſim abſumitur, & euaneſcit. Quare ſi per huiuſmodi febres pingue aliquod vrinis ſuperuehitur, id maximè vituperari debet, tanquàm ex adipis, aut pinguedinis colliquatione proueniens. Quare rectè ab Hippocra-

Pingues vrinarũ nubeculæ, quid in ſanis, & in ægris ſignificent.

te in præſentia dicitur: Si pingue, deſuper natans, araneorum ſpeciem referat, damnandum eſſe; tãquam tabis, colliquationiſq́; ſignum. Quo nam modo adeps, atque pinguedo differant, docet Galenus lib. 11. de ſimplic. med. fac. cap. 3. dicens, adipem craſsioris eſſe ſubſtãtiæ, & in animalibus terreſtriorem naturam habentibus prouenire. Pinguedinem verò eſſe humidiorem; ob quod euenit, vt adeps non facilè igni expoſitus fundatur, & liqueſiat: fuſuſq́ue à frigore ocyſsimè conglacietur. Pinguedo verò ad ignem liquefit, nec facilè cogitur liquefacta. Quare cũ adeps difficiliùs diſſoluatur pinguedine, mirandum non eſt, ſi ad eius abſumptionem, longiore, diuturnioreq́; inedia, aut vehementibus exercitationibus, vel calfacientibus ſuperexcedẽtibus ſit opus. Veruntamẽ cùm in pręſentia Hippocrates dicit: Pingue, deſuper natans, indicare conſumptionem: vtrumque pingue intelligemus, tam quod ex pinguedine diſſoluitur, quàm quod ex adipis colliquatione prouenit: quia vſus apud medicos eſt, duo hæc, adipem, & pinguedinem in eandem coire appellationem; quemadmodum Galenus eſt auctor lib. 11. de ſimplic. medic. facult. cap. 3.

Adeps, atque pinguedo quomodo differant.

PROGNOST. XXXVI.

Conſiderare verò oportet in vrinis, in quibus nubeculæ ſunt, vtrùm ſurſum fuerint, an deorſum: & item colores, quos obtinent. Quæ enim deorſum ferantur cum coloribus, qui dicti ſunt, bonæ, commendandæq́; ſunt. Quæ ſurſum, cum coloribus, qui dicti ſunt, malæ, damnandæq́; ſunt.

COMMENTARIVS.

LOcum, atque colorem contenti conſiderare hoc in contextu Hippocrates præcipit: quia ex loci, & coloris contenti differẽtia, in acutis morbis diuerſa prædictio pendet. Siquidem bonum contentum, quò magis deorſum vergit, tãtò præſtantius habetur: & maiorem indicat coctionem. Quò verò magis petit ſuperiora, tanto eſt minus laudandum. Cæterum quod ait: Cum colore, qui dictus eſt: ambiguum videtur. Nam cum de varijs ſit loquutus coloribus, de quo intelligat modò, facilè percipi non poteſt: niſi dixerimus, bonũ colorem in ſedimento meliorem multò eſſe, quàm in eneoremate: quemadmodum malus, peior multo eſt, ſi conſiſtat in ſedimento, quàm in appendiculo: & in hoc deterior, quàm ſi in vrinæ ſuperficie vehatur. Quemadmodum ſi in vrinæ fuſione talis prauus color extaret, adhuc eſſet perniciofior, quam ſi in aliquo contentorum haberetur: quod Galenus lib. 1. de criſibus, capit. 12. his verbis ſignificauit, dicens: Peſsima eſt omnis vrina denigrata; adeò vt neminem vnquam ſanatum viderim ex ijs, qui talem vrinam minxerunt. Minus verò perniciofa eſt, ſi ſolùm id, quod ſubſidet, nigrum fuerit: & adhuc minus, ſi ſolùm id, quod in medio iacet: atque adhuc multo minus, ſi ſola nebula. In præſentia tamen, per colorem, qui dictus eſt, albus eſt intelligendus: volens, album colorem, qui ſubſidet, meliorẽ eſſe eo, qui ſuperfertur.

Bonum contentum quo magis deorſum vergit, tanto præſtantius exiſtit, malum contrà.

PROGNOST. XXXVII.

Ne te autẽ fallat, ſi ipſa veſica morbum aliquem habens,

tales reddiderit vrinas: non enim totius, ſed ipſius per ſe veſicæ indicium eſt.

COMMENTARIVS.

HIppocrates in hac dictione, cautum medicũ reddit, ne in vrinarum inſpectione, & earum ſignificatione, (quod facilè cõtingere poſſet,) decipiatur; exiſtimans, ea quę de vrinis ſunt dicta, perpetuò corporis totius, non vnius duntaxat partis occaſione accidere. Nam cum vrina purulenta, graueolens, cruenta, furfurea, ſquamoſa, ac veluti capillis prædita, totius corporis vitio, ac ſolorum renum, & veſicæ eueniat; facilè poſſet medicus harum partium affectiones toti corpori tribuere: quod ne fiat, ſummo ſtudio curare debet, vt vniuerſi corporis mala ad ſeuerum vſque vnguem perpendat, & à renum, ac veſicæ vitijs ſeiungat. Quod promptè efficiet, ſi eis, quæ ſecti. quarta aphor. à ſentẽtia. 75. vſque in. 81. Hippocrates tradidit, animum adhibuerit. Vbi animaduertere docet, num prædicta contenta appareant cum vrinę tenuitate, & cruditate: vel cum craſsitudine, & coctione. Ad hæc, ſi acuta febris infeſtet, vel nulla prorſus febris adſit. Si enim vrina tenuis, crudaq́; eſt, & vehemens vexat febris, totum ægrotare corpus, haud dubia cõiectura eſt. Sin verò vrina craſſa, coctaq́; exiſtat, & febris abeſt, ſolos renes, aut veſicam affici eſt exiſtimãdum. Accedit eò, quòd quando partes hæ ægrotant, & non corpus vniuerſum, circa ſedes prædictas dolor, aut tumor adeſt; aut aliqua earundem partium áctio læſa, aut impedita conſpicitur, eo modo, quo Galenus docet

Vitium totius corporis à renum, & veſicæ vitio quomodo ſeiungẽdum.

docet libro.1.de locis affectis: cùm tamen reliquo corpore ægrotante, partibuſq; hiſce nullo vitio peculiari oblæſis, nihil tale appareat.

PROGNOST. XXXVIII.

Vomitio autem vtiliſsima eſt, quæ pituita, ac bile permiſta quàm maximè eſt; & non craſſa valdè, neque multa: ſynceriores enim, deteriores ſunt.

COMMENTARIVS.

IN vomitione duo potiſsimum conſideranda veniunt, actio nimirum, & id, quod per actionem expellitur. Actio, naturalis res eſt; ſiquidem ab expultrice ventriculi facultate dependet, quę è naturalium numero vna exiſtit, vt probat Galen. lib.2.de cauſis ſymptoma.cap.4. Atque hac conſideratione vomitus inter naturales euacuationes eſt reponendus, dummodò effrænis non ſit, aut quãtitate immodicus. Quo animaduerſionis modo vomitum, naturalem rem appellauit Galenus, lib.de ſect.ad eos qui introducuntur, capi.18. cum dixit: Sudoris autem vrinæ, & quidquid per aluũ, aut per vomitum ruit, genus quidem non præter naturam eſt, multitudo tamen nonnunquam. Nec diuerſum ſentit lib.5.artis curatiuæ, cap.11. cùm dixit; vẽtriculum dupliciter expurgari, ſupernè per vomitum, infernè ſecundũ naturam. Quibus verbis motum motui opponens, eum qui deorſum fit, naturalem vocat, innuens, alterum præter naturam eſſe. Nam illic, quod conſuetum eſt, & ſemper fit, ſecundum naturam appellauit; non conſuetum, præter naturam, quaſi præter naturalem conſuetudinem factum: vel dicendũ ratione opi-

Vomitum euacuationẽ naturalem eſſe, quomodo intelligẽdum.

ficiorum, quibus vomitus ipſe peragitur, præter naturam dici; eò quòd os, oeſophagum, & reliquę partes ſupernæ ad ingerendum ſunt fabricatæ. Anus verò, & partes infernæ ad egerendum. Vndè ſecũdum naturam eſt, quod egeritur: quod verò euomitur, ratione finis opificiorum quibus vomitus fit præter naturam: quia partes illæ ad euomendum non ſunt conditæ niſi ex accidenti forſitan. Quo modo eſt intelligendus Galenus libro 5. de locis affectis, cap. 4. cùm ait, duplicẽ eſſe oeſophagi vſum, vorare, ſcilicet, & vomere. Nam vorare, illi ineſt per ſe; vomere ex accidenti. Obtrudunt nõnulli exteriorem oeſophagi tunicam, quæ fibris conſtat tranſuerſis, ad expellendũ eſſe comparatam. Quare colligunt, vomitus cauſa eſſe conſtitutam. His reſpondet Valleſius cap. 1. lib. 4. controuerſiarum, dicens, non ſimpliciter, quod aſſumptum eſt, verum exiſtere: ſed tantũ ad deorſum pellendum ventriculum verſus ſi quid in ipſa gula hæret, aut pigrius per illam defertur: non tamen ad euomendum, aut verſus os expellendum. Veruntamẽ hanc reſponſionẽ Galenus nõ admittit lib. 3. de natur. facu. c. 8. qua in parte, vult, externã gulæ tunicã, cui trãſuerſæ ſunt fibrę, quò conſtringat ea, quæ cõtinet, ac protrudat, nõ minus in vomendo, quam deglutiendo operam ſuam nauare. Quare dicendum potius, quòd licet exterior tunica vtroq; officio fungatur, interiorem tamen vnum ſolùm vſum præſtare: quippè quæ, auctore Galeno, ad deglutiendum tantùm eſt à natura fabricata: atque idcircò deglutire faciliùs eſt, quàm

Galeni locus explicatur.

Obiectio.

Valleſij interpretatio exploditur.

Cur deglutire facilius ſit quàm vomere.

vomere.

vomere. Vt idem eodem loco euidentiſsimis rationibus demonſtrat: quod, ſcilicet, deglutiatur ambabus ventris tunicis operãtibus; interna quidem trahente; externa ſe contrahente, vnaq; trudente: vomatur autem altera tãtum, quæ foris eſt, agente, nec vllo in os trahẽte. Non enim ſicut ventris appetentia deglutiendos cibos præcedit, ſic in vomitionibus appetit oris pars vlla excitati affectus quippiam. Nec ob id vomitus præter naturã dicendus eſt, quia ventriculi fundum (quod graue eſt) eleuatur. Nam hac ratione tranſglutio etiam præter naturã dici deberet: cùm id ipſum in tranſglutione eueniat, quemadmodum loco ſuperiùs citato docet Galenus: quod multo ante Galenum prodidit Ariſtoteles lib. 8. de hiſto. animal. capi. 2. cuius verba eodem capite Galenus explicat ſcribens in hunc modum: In vehementiore appetentia venter omnibus animalibus ſurſum procurrit, adeò vt nonnulli cùm primum incipere manifeſtè eum affectum ſentiunt, foras repere ſibi ventrem dicant. Alijs verò cibos, quos adhuc mãdunt, necdum ſatis eos ore confecerunt, eripit planè inuitis. Ergò in his animalibus, quæ natura ſunt guloſa, quibuſq; oris laxitas eſt ampla, ac ventris ſitus propinquus, veluti in ſynodonte, ac channa cernitur, nihil miri eſt, cum in admodum vehementi eſurie minorum piſcium aliquem perſequuntur, ac iam in eo propè ſunt vt comprehendant, ſi auiditate perurgente, venter eorum in os ſurſum rapitur; fieri autem id aliter prorſus nequit, niſi venter cibos per gulam, veluti per manus ad ſe trahat. *Galeni verba animaduerſione digna.*

Sicuti

Sicuti enim & nos præ ſtudio aliquando nos totos vna cum manu extendimus, quo promptiùs corpus quod petimus, apprehendamus: ita & venter cum gula, veluti cum manu, vnà extenditur: proindè in quibus animalibus hæc tria ſimul incidunt, vehemens nutrimenti auiditas; gula parua; & oris laxitas ampla, in his paululum extenſionis momentum totum ventrẽ ſurſum in os agit. Hæc ex Ariſtotele Galenus. Quæ ob id attuli, vt intelligatur, tam in vomitione, quàm in tranſglutione ventriculi fundum ſurſum partem ſuperiorẽ verſus vergere. Quare nihil afferunt illi, qui ob id, ꝙ pars inferior ventriculi in vomitu reſupinatur, illum naturalem eſſe motum negant. Alij dixerunt, vomitum præter naturam dici, quia graue, putà, corpus, quod euomitur, aſcendit. Veruntamen ratio hæc friuola eſt, & falſa: quoniam ſi vomentem hominem ſuſpendamus capite infernè, & pedibus supernè conuerſis, cùm tũc graue deſcendat, eſſet motus naturalis. Quocirca dicendum, vomitum, præter naturam eſſe, quia per partes fit à natura ad hoc non deſtinatas, (puta per ventriculi oſculum, interiorem oeſophagi tunicam, & os) niſi ex accidenti tãtùm. Facultas verò vomitum efficiens, naturalis dici debet, vt probatum eſt. Atque idcircò vomitus, ventriculi motus definietur, quo quidquid corpulentum in eius cauitate conſiſtit, per partem ſupernam expellit. Poſteriora hæc verba addiderunt neoterici, vt illum à nauſea, ructu, & ſingultu ſecernerent. Quoniam nauſea, inane eſt vomendi deſiderium, quo nihil eijcitur: vel quia

Aliorũ opinio improbatur.

Vomitus definitio.

cauſa

cauſa quæ vomitum mouet, tam vehementer ventriculo hæret, & impacta eſt, vt excuti ipſa minimè poſsit; vel quia nulla tali exiſtenti, vacuus ventriculus à maligna aliqua qualitate laceſsitur; quã à ſe aſsiduè abigere conatur. Per ructum verò non corpulentum quidpiam expellitur, ſed fumoſum, aut vaporoſum, vel flatulentum, ex ipſa ventriculi capacitate, ore reijcitur. Singultus, licet ventriculi quidam ſit motus, quemadmodum & vomitio, vehementior tamen, quàm illa exiſtit: per quem ſtomachus non quæ in latiore ipſius ſpatio continentur, ſed quæ in ipſo ventris corpore perſiſtũt, & quæ veluti ſubſtantiam illius imbuerunt, expellere nititur: quemadmodum libro.3.de cauſis ſymptoma.capi.2.& ſect. 6.aphor.comm.39.ſcriptum à Galeno eſt. Atque hæc, quo ad primam vomitionis conſiderationem ſunt dicta: de ſecunda verò nunc agendum. *Singultus quid.*

¶ SI vomitio, pro eo, quod euomitur accipiatur, quemadmodum in præſenti prognoſtico accepit Hippocrates, præter naturam dici debet. Quapropter Galenus.2.de cauſis ſymptoma.cap.4.vomitiones ad illud ſymptomatum genus refert, in quibus cauſa præter naturam ad huiuſmodi functiones ſubeundas naturam irritat: quam cauſam triplicem eſſe docet ipſe.3.de cauſis ſymptom.cap.2. dum ſcribit ob tria ad vomendi impetum ventriculum concitari: nempè ob materiæ multitudinẽ: vel ob eiuſdem mordacitatẽ: vel quia aliquid præter naturam in illo continetur. Eſt autem communis omnium, quæ præter naturam ſunt, definitio, *Ob tria ad vomẽdi impetum ventriculus cõcitatur.*

ſi

ſi poſtquam concocta ſunt, alere nó poſſunt:qua ratione non ſolùm acida pituita, aut ſalſa, verùm dulcis quoque in ventriculo conſiſtens nonnunquam ipſum ad vomitum prouocat: quemadmodum & ſanguis vbi in ventriculum effuſus eſt,illũ ad vomitum impellit.Hippocrates in pręſentia de vomitione bilioſa,& pituitoſa diſſerit,laudans eã, quæ ex his humoribus commiſta maximè eſt. Nã licet humores, qui euomi poſſunt, quatuor ſint; in hoc tamen prognoſt. vbi de optima vomitione agit, de ſanguine non erat verba facturus, eò quòd iſte rarò in commodum ægrotantis euomitur:dicente ipſo ſect.4.aphor.ſentent.25.ſanguinẽ quidem ſuprà ferri, qualiſcumque fuerit, malum. Atra bilis rarò vomitione expellitur:quoniam humor iſte,propter ſui grauitatẽ, aptior eſt ad in inferna's illabendum partes:quòd ſi quandoq; morbum vomitione eiectus iuuat, id in affectionibus diutinis,quarum ipſe auctor cenſetur, euenit:non autem in acutis, quas Hippocrates in hoc opere tantùm tractandas ſuſcepit. Bilis verò, & pituita, vt vomitu reijciantur, aptitudinem habent:bilis quidém quia ob ſui læuitatem apta eſt ad ſuperas regurgitare ſedes: & quia plurimũ in acutis morbis,quorum ipſa eſt effectrix,exuberat.Pituita verò quoniam in ventriculo multa generatur, cuius à pleriſque venter ipſe lacuna nuncupatur. Laudat itaque Hippocrates vomitionem, quæ ex pituita,atque bile commiſta maximè exiſtit:quoniã talis indicat robur naturæ concoquentis, & permiſcentis materias inter ſe, atque etiam neutrum humorem

humorem eſſe ſyncerum: quandoquidem prædictorum aliquem ſyncerum apparere maximè, malum eſt: eò quòd bilioſus ſyncerus caloris copiam, pituitoſus indicat frigus. Ad hæc ſyncerus humor craſsior redditur: pituitoſus quidem propter frigiditatem: bilioſus verò propter exuperantiam caloris euaporatus, & tanquam aſſatus. Hæc enim duo auctore in comm. Galeno craſsitudinis cauſæ contrariæ ſunt. Nam calidum euaporat: frigidum adſtringit. Et lib. 7. aphor. comm. 6. dicebat bilioſam deiectionem, ſi ſyncera extiterit, oſtendere omnem natiuam humiditatem à calore febrili eſſe exhauſtã, aut humorẽ in ægroto ob caloris exuperantiam, euaporatum, aſſatumq; fore; quorũ vtrũq; deterrimũ eſt. Meritò igitur dixit Hippocra. ſyncerã vomitionẽ deteriorẽ eſſe: ꝙ ſimiliter cõfirmat lib. 2. Prorrheti. aphor 28. dũ inquit: Vomitiones ſyncerӕ, atq; implacidæ, malæ: & Galenus in com. dicebat, non ſolùm vomitiones ſynceras, & implacidas, malas eſſe; verùm etiã deiectiones, & ſputa. & vrinas, & quoduis aliud, ꝙ ſyncerum ſit. Sed dicet hic aliquis; ſi vomitio ſyncera, mala eſt, quemadmodum & deiectio, ac vrina; cur dicitur, exquiſitam tertianam ſaluberrimam eſſe, cùm à bile ſyncera conſtet. Nam ſi bilis, quę febrẽ hanc efficit, ſyncera eſt; tertiana certè ſalubris eſſe non poterit. Cui dicendum, ſyncerum dupliciter conſiderari, ſynceritate qualitatis, & ſynceritate permiſtionis. Vtroque modo ſyncerum eſſe, malum eſt: quia quod qualitate ſyncerum exiſtit, indicat caloris, aut frigoris exceſſum: *Obiectio.* *Dilutio.*

ceſſum:id verò, quod materiæ alteri eſt impermiſtum, humoris craſsitudinem, & qualitatem eſſe adauctam, vt demonſtratum iam eſt. Quapropter optimè à Galeno infrà comm. 45. dicitur, ſalubrius eſſe permiſceri materias inter ſeſe, nec quidquam excerni exquiſitè ſyncerum. Bilis, quæ tertianam exquiſitam efficit, cùm rufa ſit, vel pallida; licet ſenſu ſyncera videatur, reuera tamen ſyncera nõ eſt, ſed plurimam ſecum habet commiſtam ſeroſam humiditatem. Non ſic tamen de bile vitellina eſt pronunciandum, quam Galenus dixit lib. 2. de facultatibus naturalibus, cap. 9. iuxta finem, ad vltimum eſſe excoctam, atque idcircò ob nimiam aſſationem, flauam, igneam, craſſam, vitellis ouorum ſimilem redditam, diſcuſſa vtique ab ea, atq; digeſta omni tenui, ſeroſaque humiditate.

Bilis vitellina nimia aſſatione generatur.

PROGNOST. XXXIX.

Si verò vomitio fuerit porracea, aut liuida, aut nigra, quicunq; ex his fuerit color; malum eſſe cenſendũ eſt.

COMMENTARIVS.

VOmitio nigra non ſemper noxia exiſtit: nec perpetuò vitio debet verti. Quandoquidem teſte Auicenna. 13. 3. tract. 5. cap. 8. minus mala eſt, quàm cruenta; quæ licet omnium ſit peſsima, nõnunquam tamen ex vſu eſſe poteſt, & in commodum ægrotantis apparet; vt ex Galeno liquet lib. 7. metho. capi. 11. quo in loco de varijs euacuationum modis, quibus homines à morbis quàmplurimis liberantur, loquens, inquit: Alijs profluens è naribus ſanguis, aut vomitus, aut alio quopiam modo certis periodis vas aliquod reclusum. Noui enim

Vomitio cruenta nõnunquã ex vſu eſt.

enim tum in ore, tum in faucibus id pleriſque contingere. Et deinceps ſubdit: Non deſunt, quibus & per ventriculum ſanguinis expulſio certo tempore fiat; potiſſimum ijs, qui cum vehementem exercitationem depoſuerunt, à priori tamé victu nó deſtiterunt, vel etiam artuum aliquo toto ſunt priuati, veluti Hippocrates indicauit. Idem Galenus docet lib. 4. de articulis comm. 40. & lib. 3. de cauſis sympt. cap. 2. & 5. de locis affectis, cap. 7. Ex quibus liquidò conſtat, ſanguinis vomitionem interdum bonam eſſe. Quòd ſi hæc, vt Auicenna dixit, deterior eſt, quàm nigra: poterit nigra aliquando bona eſſe. Si namque cum vomitione tali pulſus validus exiſtit, facilis & libera eſt reſpiratio, & in die euenit decretoria, coctionis ſignis accedétibus, &, ea abſoluta bona adeſt appetentia, reliquumq; corpus leuius perſiſtit, vomitio illa vtilis cenſeri debet, & conſentanea. Porrò autem poſſe huiuſmodi vomitionem in ægrotantis gratiam, & commodum apparere, infitias nemo ibit, quicumq; ea, quæ ſuprà comm. 9. ſcripta ſunt, legerit. Vbi dictum eſt, humorem nigrum decumbentem ad pedes, valere hominem à morbo, per modum iudicationis liberare, dummodò reliqua, quæ ad bonam iudicationem requiruntur ſigna non deficiant. Quare humor idem ſimili ratione poterit per vomitum cum alijs bonis indicijs expulſus morbum iudicare, & ægroto corpori non mediocrem vtilitatem afferre. Veruntamen Galenus in præſentia de vomitione nigra, quemadmodum & de liuida, ob ea, quæ ſuprà de nigris, & liuidis

Vomitio cruenta nigra eſt deterior.

uidis deiectionibus dixerat, tractare ſe excuſat. Atque idcircò de vomitione porracea agemus. Porrò hæc ex bile porracea conſtat; quæ duplicẽ habet ortus ſui cauſam. Aut enim gignitur in ventriculo ob quorundam eſculentorum naturam ſimilem habentium qualitatem: aut in venis ratione ægrotationis ab exuperante calore, etiam ſi prædicta alimenta ingeſta non fuerint. Priorem modum docuit Galenus lib. de atra bile, cap. 2 dũ ait: In ventriculo porri figura alia quædam gignitur; Græci vocant, praſſoides, à porrorum colore nomine deſumpto, & in præſenti comm. ait: At verò gignitur in corpore quemadmodum crocea bilis per naturã habentibus, ita porracea altera præter naturam: conſtatq; vt hęc ſæpenumerò in vẽtriculo gignatur propter quorundam eſ cruditatem eſculentorum; aut olerum; qualia, beta, cepa, & braſsica ſunt. Ex quibus verbis colligit Vega, poſſe bilem porraceam ex frigidis fieri alimẽtis: quod verum non eſt. Nam & ſi beta ex eius opinione ſit frigida, & braſsicam dicat Ariſtoteles libr. 3. Problematum, probl. 17. pariter frigidam eſſe: nihilominus olera hæc partes obtinent calidas, acres & nitroſas, quibus tũ digerunt, tũ detergũt, & per nares purgãt, ac ventrẽ ſubducũt: ob quas partes calida quidẽ ſũt, & generãdæ bili porraceæ præbẽt occaſionẽ. Quòd autẽ hæc fuerit Galeni mens, ex cõm. liquet, vbi de altera bile porracea, quæ in venis à vehementiſsimo calore generatur, verba faciẽs dixit, hanc, calorẽ in corpore indicare præter naturam; atque excrementi proprietatem talis tem

Bilis porracea duobus modis generatur.

Vega taxatur.

 pera-

peramento, qualis prædictorum olerum ſuccus eſt. Quocirca ſi bilis hęc tale habet tēperamentū, quale prædictorum olerum ſuccus obtinet; ſi illa calida eſt, erit iam dictorum olerum ſuccus pariter calidus, non frigidus; quemadmodum exiſtimauit Vega. Prætereà lib. 2. de temperamentis capite. 6. in medio inquit: Quibus in ventriculo bilis illa gignitur, quæ porri colorem refert, debet omninò his cibus fuiſſe non panis, non ſuilla caro, ſimileve aliquid; ſed neceſſariò quod his calidius fuerit, nec id boni ſucci. Calida igitur alimenta, non frigida generandæ bili porraceæ in ventriculo ſuppeditant materiam. Verùm de hac Hippocrates in præſentia non loquitur, eò quòd cauſam aliam ſequatur, non ægrotationis maleficiētiam, & in ſanis etiā excerni contingat; vt. 3. de alimentorum facult. cap. 39. in fine ſcriptum reliquit Galenus; ſed de illa Hippocrates loquitur, quæ à calore aſſante in venis generatur, à quibus aut ratione ſymptomatis, aut ex facultatis expultricis venarum robore in ventrem ſuperiorem, aut in inferiorem decumbit, indicans in corpore, (vt Galenus in comm. docet,) calorem præter naturam adeſſe, atq; excrementi proprietatem talis temperaméto, qualis prædictorū olerum ſuccus exiſtit.

Bilis porracea, quæ in ventriculo generatur, & ſanis generari contingit.

PROGNOST. XL.

Si verò idem homo omnes vomit colores, exitiale admodum iam eſt.

COMMENTARIVS.

SIue de coloribus prædictis, putà, porraceo, liuido, & nigro, ſermonem faciat Hippocrates; ſiue de

ue de alijs peſsimis, videlicet æruginoſo, cæruleo, & ſummè flauo, vera eſt præſens ſententia. Valdè quippè lethale eſſe, eundem hominem omnes colores euomere. Nam ſi dictorum vnum tantú vomuiſſe, malum eſt, & certè peſsimum cenſendum erit, vbi omnes ſimul vomantur. Quod ſimiliter confirmat libr. 3. Prorrheticorum aphor. 26. dicés: Vomitus quoque cum varietate mali, tum aliás, tú ſi mutuò ſe propè conſequantur. In cuius ſententiæ enarratione Galenus præſens citat prognoſticum, inquiens: Clarè quidem in prognoſtico dicta ſunt hæc, varietatem eorum, quæ vomuntur, accuſare Hippocratem, quòd affectiones multas in ægri corpore, quæ prauæ ſint demonſtret. Et licèt multos colores deijcere, exitioſum ſit; vt ſuprà prognoſt. 23. fuit enuntiatum; magis tamen exitioſum eſt, eoſdem euomere. Quoniam (vt Galenus ait libro. 7. metho. in fine,) aptior eſt noxiorum humorum euacuatio per aluum facta, quàm ea, quæ fit per vomitum, tanquam vſu iam callentibus inteſtinis iocinoris, & corporis totius ſuperflua tolerare.

Cur multos colores deijcere, minus exitioſum ſit quã vomere.

Dubitatio.

Dubitabit hic meritò aliquis, nū vomitio nigra, verſicolori ſit deterior. Nam ſi atra bilis aſſatiõe genita, omnes reliquos humores malignitate vincit, certè vomitio ex ea conſtans cæteris alijs etiam variegata erit malignior; dummodò aggregatum ex multis humoribus, quantitate non ſuperet id, quod ex ſola atra bile conſtituitur. Veruntamen ſecus ſenſit Auicenna. 13. 3. tract. 5. c. 8. vbi ait: Et vomitus quidem diuerſorum colorū deterior eſt nigro. Quod ſimiliter Hippocrates

innue-

innuere voluit. Nã cóparans præſenté vomitioné, quæ ex pluribus coloribus fit, præcedéti; quæ ex vnico tantũ nigro vel liuido cõſtat; præſentem admodum exitialem eſſe dixit: cùm tamen præcedétem, malam tantummodò appellauerit. Et licet Gentilis Auicennam enarrans, loco ſuprà citato, de humore nigro, qui eſt ſanguinis fęx, hoc intellexerit, verùntamen nõ ſolùm de hoc; de quo dubium non eſt; ſed etiam de atra bile, quæ peſsima exiſtit, debet intelligi; videlicet, vomitionem variam, & ex pluribus conſtantem coloribus, nigra eſſe exitioſiorem: ſiue ob permiſtionem ſucci melancholici, ſiue atræ bilis, nigra ſit effecta. Quod patet, quoniam hic Hippocrates de varia vomitione agens, dixit admodum lethale. Et libro.4. aphor.comm.21.tractans de nigra, lethale ſimpliciter pronunciauit, dicens: In quorum morborum principijs atra bilis ſurſum, vel deorſum exierit, lethale. Conſtat autem diuerſum eſſe dicere, lethale, vel admodum lethale. Nam licet vtrumq; mortem præoſtendat; lethale admodũ, celeriùs ipſam futuram prænunciat, quam lethale ſimpliciter. Quod etiam rationi conſentaneum apparet. Qm̃ variegata vomitio oſtẽdit ſanguineã maſſam omnĩ ex parte eſſe corruptã: tantamq; naturæ adeſſe imbecillitaté, vt nullũ ſuccorum corrigere; aut in illorum vllo coctionis notam vel exiguam oſtendere, aut cultum aliquem efficere valuerit. Galen. libro.2.prorrhe.comm.26.variam vomitionem; de qua Hippocra. hic verba facit: multas in ægri corpore, quæ prauæ ſunt, affectiones demonſtra-

Gentilis ſententia aſſeritur.

Cur vomitio varia deterior ſit quã nigra.

re aſſeuerat. Hæ vomitiones variæ mutuo commercio nullatenus ſe corrigunt, aut temperant: ſed ſingulæ potiùs propriam malitiam fouent, & adaugent. Et ſi in huiuſmodi caſibus aliqua ſalutis ſpes eſt, per artem debet comparari, quæ ars difficiliùs multò varijs affectionibus auxiliatur, quàm affectioni vni, ſimpliciq́; ; quemadmodum docet Galenus in principio.10 capitis, libr.10. metho. in hunc ſcribens modũ: Cùm vnus in corpore affectus eſt, eius curationem inuenire, ſi non ratione, certè experientia haud difficile eſt. Vbi verò connexi duo, treſve ſunt, præſertim qui maximè cótraria inter ſe auxilia requirant, fieri nequit, vt experientia, quid agendum ſit, inueniatur: imò nec facilè ratione. Siquidem, & ſubſtantiam cuiuſq; affectus ad vnguem nouiſſe oportet, & propriam curationis indicationem à quoquo affectu cœpiſſe. Prætereà quem primùm omnium, aut magis: quem rurſus minus, aut ſecundo, tertiove loco curare conueniat. Hæc Galenus. Quòd ſi aliquis miretur quonam pactó tanta humorum prauitas, ſtante vita, cóngeri poſsit; mirari deſinet, ſi Galenum legerit libro.6. de locis affect. cap.5. paulò antè medium, ſcribentem, in animantium corporibus humorum corruptioné naſci poſſe adeò vehementem, vt veneni tùm qualitatem, tùm vires æquet. Sed de his alibi fortaſsis amplior dabitur diſceptandi occaſio.

Cur multiplex affectus difficilius, quã ſimplex curetur.

PROGNOST. XLI.

Ocyſsimam verò abolitionem indicat vomitio liuida, ſi grauè olet.

COM-

COMMENTARIVS.

COnſideratione dignum eſt id, quod in hoc prognoſtico ſcribit Hippocrates. Nam fieri nō poſſe videtur, vt liuida vomitio grauiter oleat: Quoniam liuidus color, caloris indicat extinctionem ab intenſa frigiditate profectam: eſt enim liuor frigoris ſolius effectus; quemadmodum Galeno viſum eſt. Grauis tamen odor non fit abſque putrefactiōe, quæ ſemper caloris præter naturam eſt ſoboles. Calor iſte fœtore perſeuerante in re, quæ putreſcit, neceſſariò perſiſtere debet. Siquidem fœtor calido eget, vt euaporet: aliâs enim nō percipietur, etiam ſi res ſit putrefacta; vt in purè actu frigido videre licet, quod niſi manibus affricetur, non fœtet. Eſt enim odor omnis, fumus, aut caligo; vt diuinus in Timæo prodidit Plato. Hæc verò ſemper à calore eleuantur, vt lib. 4. de ſimpl. med. facult. cap. 22. his verbis docet Galenus: Odorabilium vaporoſa eſt ſubſtantia. Nam ea, quæ à corporibus defluunt, ambienti permiſta, & per narium inſpirationem delata, ſenſum mouent, rectaq; ratione quæcumq; odorata, eadem, & calida ſunt: quippè cùm vaporum copia à calore proueniat. Ex quibus liquido conſtat, in caloris extinctione; quam liuidus color oſtendit; fœtoré non adeſſe. Quapropter non videtur Hippocrates rectè dixiſſe; vomitio liuida, ſi grauè olet. His argumentis fortè ſtipatus, atque irretitus antiquus interpres, loco, liuidæ, viridem, poſuit, dicens: Vomitio viridis, ſi grauè olet, ocyſſimam indicat abolitionem. Verùm huiuſmodi interpretationem

Obiectio.

Odor quid.

Antiquus interpres reprehẽditur.

Græca dictio, πελιδνὴ, quæ liuidum, nõ viridem, ſignificat, non patitur; nec Galeni commentarius admittit, qui ſic habet: Talis vomitio putredinem indicat, cum extinctione: quæ verba non de alia, quàm de liuida, & fœtida debent intelligi. Nec dicendum, cum caloris naturalis extinctione, febrilis, qui præter naturam eſt, adeſſe poſſe abundantiam: qm̃ vbi calor naturalis nõ eſt, nec febrilis adeſt. Siquidẽ hic ad illius ramificationẽ continuò propagatur, vt ſcriptũ reliquit Auerroës. 7. collect. ca. 2. Præſupponit enim ſemper febris, naturalem calorem, cùm ſit illius paſsio: aliàs in corporibus demortuis putreſcentibus, vbi calor exiſtit præter naturã, febris adeſſe poterit: quod falſum eſſe nemo eſt, qui neſciat. Huic obiectioni (vt mea fert opinio) dicendum videtur, vomitionem liuidam, & ſi à frigore oriatur, poſſe deinceps putrefieri, & calorem præter naturam obtinere. Nã multa ſunt quæ à frigore ortum ducunt, deinde ab externo calore occupantur. Vel dicendum, liuidam deiectionem, & grauiter olentem, lentum ſignificare calorem; non tamen malignitatis expertem: quoniam peſsimæ putredines ſæpè ſub tali reperiuntur calore, dicente Galeno lib. 9. de ſimpl. medic. facult. capit. de terra Samia, in fine, peſtilentes febres calore non eſſe vehementes.

Obiectio diluitur.

Peſtilentes febres, calore non ſunt vehemẽtes.

PROGNOST. XLII.

Omnes autem ſubputres, ac fœtidi odores, in omnibus vomitionibus, mali ſunt.

ODor ſubputris vnum eorum eſt, quæ ad bonam deiectionem exiguntur: quoniam ex-

Z 4 crementa

crementa in inteſtinis detenta partim ob exiguũ loci calorẽ, partim quia inculcata manent,& perſpiratu prohibentur,neceſſariò aliqua ex parte putrere debẽt;non tamen ita de vomitione eſt pronunciandum. Quoniã ventriculus,vt ſupra cõm. 18.eſt demonſtratum,multum in ſe continet naturalis caloris,qui dum proprium robur ſeruat, ac in ſua natura conſiſtit,fœtorem arcet,& rem à putredine tuetur. Quapropter alieniſsimus à vomitione fœtor eſſe debet.Quòd ſi hic adſit, malum eſt: quoniam languor,& imbecillitas caloris naturalis indicatur: ac ſimul ventriculum plurimum ab eo calore, qui præter naturam eſt,occupari.Idem de ſanguine eſt dicendũ, qui quandiu perſiſtit in venis,fœtore non corripitur.Et,quod magis mirandum eſt, cùm hic ſæpè putredine contaminetur, vt in ſynochis videre licet; raro tamen euenit ipſum graue olere; quod non ad aliam cauſam referri debet, quam ad influentem vaſorum calorẽ, qui cum ingens ſit,graueolentiam omnem ab eo, fœtoremq; abigit. Magis tamen malum eſt, ſanguinem fœtere, quàm vomitionem, quanto influens vaſorum calor maior quàm ventriculi exiſtit. Atque idcircò ſi contigerit aliquando ſanguinem grauiter olere,putredinis,corruptioniſq; deploratæ eſt indicium:quod optimè adnotauit Fernelius lib.2.meth.medendi.cap.17. Ex his clarè deducitur, non eſſe graueolentiam putredinis inſeparabile ſignum, quemadmodum exiſtimauerũt multi;cùm ſæpè contingat,ſanguinem citra fœtorem putrere.Hippocrates in præſentia cùm noſſet

Deterius eſt ſanguinem, quàm vomitionem, fœtere.

Graueolentia putredinis inſeparabile ſignum non eſt.

ſubputrem odorem poſſe cum alio colore à liuido diuerſo coniungi, non dixit; odorem vomitionis fœtentem, ocyſsimam abolitionem ſignificare: quemadmodum in prognoſtico præcedenti enunciauerat: ſed ſolùm, malum eſſe: volens minorem malitiam indicare. Scimus enim, malum ſimpliciter prolatum, in ſignis malis primum obtinere gradum.

PROGNOST. XLIII.

Screatio in omnibus doloribus, qui ſint circa pulmonem, & coſtas, citò, promptèq; ſcreetur, neceſſe eſt.

COMMENTARIVS.

PArtes quæ thoracem conſtituunt, inſtrumenta ſunt, quibus ſpirandi facultas demādata eſt: quarum ſalubritatis, atque inſalubritatis indicia facilè habentur ab excrementis, quæ talia repurgant inſtrumenta. Porrò excrementa hæc, ſcreationes, ſeu ſputa ſunt, quæ partium prædictarum diſpoſitiones quàm bonæ, malæve ſint, oſtendũt. Quoniam ſputa non aliundè, quàm ab his partibus prodeunt: iuxta illud Galeni libro. 7. aphor. comm. 37. quęcumque extulſimus, ex aſpera arteria, & pulmone ferũtur. & 4. ſectione aphor. com. 2. dicit: Quæcumque in pectore ſunt, aut pulmone, per tuſsim expurgantur. Quod ſimiliter confirmat. 5. ſect. aphor. comm. 8. Hæc igitur ſputa in doloribus, qui ſunt circa pulmonem, ac latera, citò atque promptè excerni oportere, ſcribit. Accepit in præſentia dolores pro cauſis dolorẽs committentibus: quemadmodum et lib. 6. epidem. part. 1. aphor. 8. cùm inquit: In Cranone, antiqui dolores,

Dolor in qua ſignificatione in præſētia accipiatur.

frigidis

frigidi: noui verò, calidi. Quo in loco diſpoſitiones ipſas, in quibus dolemus, dolores nominat, vt 2. ſect. aphor. com. 6. interpetatur Galen. Sic dolor hoc in cótextu, cùm ait: In doloribus, qui ſunt circa pulmones, ac latera: ſymptoma, quòd triſtis ſenſus eſt, ſignificare non poteſt: quia pulmo auctore Galeno lib. 1. de locis affectis cap. 5. dolorem non ſuſtinet: quoniam viſcus hoc, ſenſus eſt expers. Itaque in huiuſmodi pulmonis, ac laterum diſpoſitionibus ſputum citò, ac promptè ſcreetur, eſt neceſſe. Citò, ſignificat, circa totius morbi initia: quomodo etiá apho. 12. primæ ſectionis ab eo dictum eſt: In morbo laterali; ſputum, ſi circa morbi principia apparuerit, morbum abbreuiat: ſi verò poſt apparuerit, prolongat. In cuius ſententiæ comm. & lib. 1. de criſibus capit. 18. Galenus, Anaxionis hiſtoriam enarrans (cui trigeſimo quarto die morbus fuit iudicatus) inquit: Hoc igitur ſputum quod vigeſimo ſeptimo die apparuit, in primis morbi diebus, ſi quidem apparuiſſet cum vrinis optimam habentibus ſubſidentiam, fieri non potuiſſet, quin in prima ſeptimana morbus iudicaretur. Igitur quando ſputum in morbi principio conſpicitur, hocq; eſt, quale eſſe debet, album videlicet, & læue, & æquale, & conſiſtentia nec nimis humidum, nec nimis craſſum, (tale namq;, teſte Galeno libro. 1. aphor. comm. 12. perfectæ con coctionis ſignum exiſtit) materiæ benignitatem, & obedientiam, quæ citò coctionem eſt aſſequuta, oſtendit. Ex quo fit, vt à tali ſputo morbi breuitas, atq; ſalubritas indicetur, iuxta id, quod ipſe

Pulmo, quia ſenſu priuatur ideò doloris eſt expers.

lib.

lib.1.epid.part.2. nos docuit, cùm ait; coctiones celeritatem iudicij, & ſalubrem ſecuritatem oſtendere. Verùm ſcribit deinceps Hippocrates, conuenire tale ſputum promptè excreari. Quæ dictio non denotat totius morbi principium: nam id in verbo, citò, comprehenſum iam eſt: ſed tempus adiũctũ functioni, ſic vt velit ipſam excreationis operationem promptam, hoc eſt, facilem, ac propenſam eſſe: & breui tẽpore abſolui debere ita vt pauca tuſſi indigeat. Nam, vt in ſubſequenti comm. dicet Galenus; quoties materia ſine dolore, citòque euacuatur, tuſſi pauca opus eſt. Quàm bonũ autẽ hoc in omni excreatione ſit, patet. Quia quę eo modo facilis, ac expedita eſt excreatio, ſignificat nec vehementem in thorace dolorem ineſſe; nec vires deficere; nec ipſam excreationem admodum eſſe tenuem, aut craſſam: nam omnia hæc ægram, difficilemq; excreationem reddunt. Siquidem dolor, vt ait in comm. Galenus, interpellat, ſiſtitque, priùſquàm abſoluatur naſcẽtem adhuc thoracis functionem. Quemadmodum & vires accumbunt in media functione: ita vt inabſolutum, inchoatumq; officium reſtet. Quin etiã ipſa excreatio ſi vehementer fuerit viſcoſa, oblita tenacius membris, ſæpenumerò ſubſiſtit fiſtulis agglutinata pulmonis: quomodo ſi fuerit admodum craſſa, difficulter excurrit: quinimò ſtipatur in quibuſdam itineribus anguſtis: ob quam rem nõnullos ſtrangulari contingit. Sic ipſa materia, ſi admodum tenuis, & aquoſa eſt, vix excreatur, vt quæ circitèr ſpiritui circunfluat; quemadmodum libr.

Quid dictione, promptè ſignificetur

Quæ difficile excreationem efficiant.

3. de

3.de victu acutorum, comm. 2.&.4.de locis affe-ctis capi.9.ac in comm. præſenti copioſiùs Galenus ſcribit.

PROGNOST. XLIII.

Permiſta appareat flaua, bilis, ad modum ſcreationis, oportet.

COMMENTARIVS.

PRO explicatione eorum, quæ in præſenti contextu Hippocrates docet, animaduertendum primò, aliud eſſe ſaliuam, quam Galenus lib. 3.de locis affectis, ca.5.ad finem, de genere eſſe pituitæ; & in ſanis ſapore carere affirmat: & aliud ſputum in ægris, quod propriè pars eſt humoris in inflãmatione vincẽtis, quę in loco inflãmato nõ continetur, ſed præ tenuitate foras reſudat: quemadmodum teſtatur Galenus libr.2.de differentia febrium cap.12. Animaduertendum ſecundò, Hippocratem hac ſententia per flauum, intelligere omnem ſaniem, quæ ab inflammatione reſudat, qualiſcumque ea ſit, ſiue rubicunda, veluti in ſanguineis morbis lateralibus apparet: ſiue ſpumans, & alba, veluti in pituitoſis conſpicitur: ſiue nigra, veluti in melancholicis expui ſolet: ſiue flaua, ſicuti in bilioſis excerni contingit. Quòd ſi flaui tantùm modò mentionem fecit, & non alterius coloris, ob id eſt, quia flauum frequentiùs ſolet apparere; eò quòd morbi laterales maiori ex parte à bile efficiũtur, ex aphor.33.lib.6. cuius ſeries: Qui acidũ eructant, rarò morbo laterali capiuntur. Quod ſimiliter in præſentia ſignificare voluit, cùm inquit: Permiſta appareat flaua bilis ad modum ex-creationi

Quid per flauum Hippocrates intelligat.

creationi oportet. Eſt enim bilis flaua colore intenſior, quàm pallida, & rufa; atque ob id quàm hæc bilis genera colore ſuo magis inficit, ac tingit, hoc Galenus docuit libro.1.de criſibus, cap.12. ſcribens in hunc modum: Siquidem albior, ac turbulentior (de bile loquitur) facta ſit, rufeſcit. Si verò purior, & ſplendens, flaueſcit: Nam quod velut igneum in ipſa ſplendet, illam reddit flauiorem. Omnes hæ bilis ſpecies naturales ſunt, pallidã dico, rufam, & flauam. Et quando medici bilem ſimpliciter, citra coloris adiectionem pronunciant, de qualibet iſtarum intelligunt. Nam reliquas nõ ſimpliciter biles nominant, ſed omnes cum colore ſui nominis explicant, vitellinam, æruginoſam, porraceam, & nigram: ita tradente Galeno libr.3. de facult.alimen.titu.de melle. & libro de tumoribus præter naturam capit. 9. Porrò flauam Valleriola lib.de conſtitut.art.med.in 21.capi. explicatione perperam exiſtimat ſanguinem eſſe tenuiſsimum, ac calidiſsimum. In quo errore ſimiliter exiſtere videtur Guido Cauliacenſis tract. 2.doct.1.de apoſt.cap.3.de eryſipelate, quando inquit; Ex cholera laudabili quam ſubtilem ſanguinem vocant, vnum fieri apoſtema, quod certum, & exquiſitum eryſipelas dicitur. Citat in ſui fauorem Valleriola Galenum lib.2.de arte curatiua ad Glauconem cap.1.dicentem: Si ex ſanguine, & flaua bile calidioribus, quã oporteat, miſta fluxi fuerit, vel ex ſanguine quidem, ſed efferueſcente, & tenuiſsimo ſecũdum ſubſtantiam, eryſipelas paſſio vocatur. Ex hac ſerie colligit ipſe, flauam bilẽ

Valleriola reprehenditur.

eandem eſſe cum ſanguine efferueſcente, atque tenuiſsimo: cùm tamen his verbis nil minus voluerit Galenus, quàm id, quod ille contendit. Nam quod Galenus ait, eryſipelas fieri ex fluxione miſta ex ſanguine tenuiſsimo, & calidiſsimo, paritérque & ex flaua bile, vel ſolùm ex ſanguine efferueſcente, tenuiſsimoq́; ; planè vult eryſipelas duplicem habere ortus ſui cauſam, vnam humorē miſtum ex flaua bile, & feruētiſsimo tenuiſsimoq́ue ſanguine, alteram ſanguinem ipſum tenuiſsimum, atque feruentiſsimum ſolùm. Hoc enim non eſt, flauam bilem, ſanguinem eſſe tenuiſsimum, & feruentiſsimū, ſed planè rem ab hoc humore diuerſam: Et lib. 1. de criſibus cap. 12. manifeſtiùs mentem ſuam aperuit, cum ait; ſanguinem, qui apprimè flauus eſt, medium eſſe inter bilē, & exquiſitū ſanguinē. Eſt itaq; tenuiſsimus & feruētiſsimus ſanguis, humor medius, inter flauā bilem, & exquiſitum ſanguinē: nō tamē eſt ipſa bilis flaua, vt Valleriola putauit: ſed de his ſatis. Nunc verò ad inſtitutum redeamus. Animaduertendum rurſus, Galenum libro 1. de criſibus, cap. 5. præſens prognoſt. dupliciter interpretari. Primò particulā illam, ἰσχυρῶς, quæ idem ſonat, quod, admodum, aut vehementer, ad commiſtum referendo, ità vt ſenſus ſit, vehementer commiſtum videri flauum ſputo. Secundò eandemmet particulam non cū commiſto, ſed cū flauo coniungendo, ſic, vt Hippocratis dictio hunc in modū legatur: Vehementer flauum commiſceatur ſputo: damnat poſteriorem hunc ſenſum, tanquam falſum; quia ait Hippocratis

Flaua bilis à ſanguine differt tenuiſsimo.

pocratis morem eſſe, omnes motus inæquales,& eas, quæ plurimum diſtant complexiones, atque humorem omnem ſyncerum vndecunq; erumpentem vituperare, vt liquet progno. 38. ſuperiùs enarrato. Quo in loco vomitionẽ ſynceram, tanquam deterrimam explodit: laudat ſenſum priorem, tanquã optimum, & magis artificioſum: quia commiſtio, quæ vehemens eſt, robur oſtendit naturæ concoquentis, ac permiſcentis materias inter ſeſe: indicatq; ſaniem ab inflammatione reſudantem in ſua ſubſtantia craſsitudinem, ac medio critatem quandam à coctione profectam obtinere. Nam liquida, & tenuis; qualis cruda exiſtere ſolet; ſeorſum per ſe cõſiſtet, nec cum ſputo naturali poterit alligari.

Vehemens commiſtio quid oſtendat.

PROGNOST. XLV.

Si enim multo poſt ab initio doloris ſcreatur flaua, aut rufa, aut multam inferens tuſsim, aut non admodum permiſta, deterior eſt.

COMMENTARIVS.

QVàm rectè Galenus proximas duas ſententias enarrauerit, referendo dictionem, citò, ad principia totius morbi: & dictionem, promptè, ad tempus adiunctum functioni: & dictionẽ, vehementer, ad commiſtum, & non ad flauum; ipſe præſenti prognoſtico probat. Quod ſimiliter fecerat libr. 1. de criſibus, capit. 5. vbi poſtquam ea, quæ hîc ab Hippocrate ſcribuntur, retulerat, ſubdit: Videtur mihi hoc loco Hippocrates, quæcunque ſecundo ſermone dicuntur, ijs opponere, quę primo dicebantur. Verbo quidem celeriter, id ꝙ

multò

multò poſt principium doloris expuitur; verbo, facilè, illa, multam excitās tuſsim: illis verò permiſtum videri flauum vehementer ſputo: impermiſtum ſimpliciter, ac ſolùm flauum, tum quod ex vtriſque commiſtum eſt, colore ſcilicet ſputi naturalis, & flauo, vel ruſo, non tamen vehementer. Hæc Galenus. Diuerſum tamen in vrina, ac in ſcreatione eſt ſentiendum. Nam in ſcreatione flauum ſputo non commiſceri, ſed ab eo ſeparari, cruditatem indicat, & naturæ imbecillitatem, nequeuntis materias concoquere, & permiſcere. Veruntamen in vrina, craſsi à liquido ſeparatio, bona eſt exiſtimanda: & tantò melior, quantò à mictu celerior apparuerit; quemadmodū Galenus docet lib.4. de ſanitat. tuen. cap.4. Oſtendit enim huiuſmodi ſeparatio ſpiritum omnem flatuoſum abſumptum eſſe, & calorem naturalem iam vigere, cuius efficientia eſt, ea quę diuerſi generis exiſtūt, diſiungere, ac ſeparare. Adde humorem quemlibet coctione incraſſari, & grauitatem nanciſci, vt de optimo pure, & vrinæ ſedimento dictum eſt: ex quo euenit, vt ſedimentum vrinæ deorſum feratur, liquor verò ſuperferatur.

Calor naturalis quid efficiat.

PROGNOST. XLVI.

Screatio enim flaua, ſi ſyncera eſt, cum periculo eſt: candida verò, glutinoſa, ac rotunda, inutilis eſt.

COMMENTARIVS.

FLaua ſcreatio non ſolùm ob id ſyncera dicitur, quia cum naturali ſputo commiſta nō eſt, ſed etiam quia in ſe aquoſam humiditatem non continet. Nam bilis flaua in ſua natura ſyncera eſt,

& omnis ſeroſæ humiditatis expers, vt Galenus voluit.7.ſect.aphor.comm.23. Namq; humor iſte miſtus cum pituita, aut aquoſo recremento, non amplius flauus manet, ſed protinus rufus, vel pallidus redditur. Efficitur autem hic, aut ille maiori vel minori humiditatis portione accedente; quéadmodum in comm. de atra bile, capi.2.& lib.2 de criſibus, cap.10.à Galeno ſcriptum eſt hunc in modum: Sputa ſpumoſa, fluxum magis pituitoſum oſtendunt; flaua, bilioſum impermiſtum: ſic & rufa amaram quidem & iſta indicant bilem, non tamen paruam ſeroſam ſuperfluitatem cū bile commiſceri ſignificant: & multo ampliorem, quando pallidam quis ſpuerit. Verùm additum orationi ab Hippocrate eſt, candida, glutinoſa, rotunda, inutilis. Candida fit ſcreatio ob humorem pituitoſum, qui materialis eius exiſtit cauſa. Verùm antea quàm de glutinoſa excreatione loquamur, libet quid glutinoſum corpus ſit, prius explicemus. Porrò glutinoſum, vt docet Galenus lib.11.meth. cap.13. friabili contrarium exiſtit. Eſt enim friabile, docente Ariſt.lib.4 meteor.cap 8. quod in multas diuidi partes poteſt. Quare glutinoſum id erit dicendum, quod in partibus ſuis tenax eſt, & in ſe ſe cohærentiam habet, nec partem à parte ſeparari ſinit: idque propter permiſtionem humidi aerei cum ſicco terreo: ita Ariſtotele tradente. Quo fit vt viſcidum omne in genere craſſorum contineatur: quod ex craſsi & tenuis definitione conſtat. Eſt enim tenue, auctore Galeno libr. 4.de ſimplicium medic.facul.cap.2. quod celeriter in tenuia, & mi-

minima diſſolui pōt:vel cuius ſubſtantia raritate, & laxitate ſua,per locos etiam anguſtos,& per vias arctiſsimas penetrare valet:craſſum, quod nō poteſt,nec in partes minimas diſſolui valet. Eſſe verò huiuſmodi glutinoſū omne, quæ viſcida ſunt, cuncta declarant; velut pituita lenta, & diuerſorū ſeminum mulcilagines, cydoniorum, pſillij, altheæ,tragacantæ,& ſimilium. Quamobrem Galenus lib. de conſt.art.med.capi. 21.viſcidum omne attenuantibus egere prodidit. Nam licet illi incidentia, & detergentia conueniant:quemadmodū idem docet libr.8.&.11.meth.hæc illi debentur ea ratione, qua glutinoſum,viſcidumq; exiſtit, non ea,qua craſſum.Inſcindentibus quidem opus habet, quia in partibus ſuis cohærentiam ſeruat, vt diuidatur,atque ſecetur; detergentibus verò,quia loco,in quo continetur, pertinaciter adhæret, & vehementer impingitur,vt remoueatur, atque ab eo excutiatur.Conueniunt itaque glutinoſo omni incidentia, & detergentia, pariterque & attenuantia:hęc,quia craſſum illud eſt:illa,quia viſcidum atque glutinoſum, Sed quæ iſtorum prius ſint adhibenda,dubium exiſtit.Franciſcus Valleriola lib.de conſtit.art.med.in enarratione, capit. 21.cenſet viſcidum omne prius eſſe attenuandū, deinde incidendum,& detergendum:ſed mihi aliter ſentiendum videtur:nempè antea eſſe incidendum & detergendum,mox attenuandum. Nam viſcidum omne primaria ratione habet vt ſit glutinoſum, & adhærens:ſecundaria, vt ſit craſſum, Ergo illi primùm conuenient incidentia, & detergentia

Valleriola sentētia improbatur.

gentia:ſecundò, & poſtremò attenuantia. Adde quòd attenuari quod viſcidũ eſt nequit: niſi prius incidatur:atq; ſecetur:cùm ſit vtiq; inciſio præuia diſpoſitio, & via quaſi quædam ad attenuationẽ. Quo fit, vt attenuatio in viſcido corpore perfici non poſsit, priuſquam deterſum illud, & inciſum ſit. Quæ enim attenuãt, cum viſcidum corpus nõ peruadãt, ſed in extimã tantum ſuperficiem operẽtur, quale illud inuenerunt, tale deinceps cõſeruant, ni prius inciſum, atque deterſum ſit, & ſectione in multas partes diuiſum. Quæ nobis incidentia, & detergentia præſtant: nam hæc per viſci di corporis ſubſtantiam omnem penetrant, eamque ſecãt, & in multas portiones diuidunt. Verum poſtquam de corpore glutinoſo, quantum ad præſentem locum attinet, abundè diſſeruimus, ſupereſt vt iam de excreatione glutinoſa verba faciamus. Excreatio itaque glutinoſa calorem aſſantẽ ſignificat: nam hic in pituitam agens, ipſam viſcidam, ac glutinoſam reddit, aqueam, & tenuiorem ab ea partem digerẽdo, ac diſsipando. Sed quæ ſit illius rotunditatis cauſa ambigitur. Fuchſius libro 6.epid.part.3.comm.28.(vbi Hippocrates ait: Sputa rotunda delirium portendere) inquit; Sputum globoſum non ab alio, quàm à calore immodico, ac veluti aſſante, effici: ſed fallitur. Quoniam ſi calor aſſans rotunditatis pituitæ eſſet occaſio, vbicũque pituita à vehementi occuparetur calore, rotunda fieret: quod falſum eſſe, nemo eſt, qui neſciat. Quare dicendum, ſputa, à loco in quo detinentur, ac veluti coërcentur, rotunditatem nanciſci.

Glutinoſa ſcreatio quid ſignificet.

Fuchſius reprehẽditur.

ciſci. Nam cùm in bronchijs pulmonis aggregentur, neceſſe eſt vt continentis figuram induant; atque rotunda, quemadmodum ipſa ſunt brõchia, euadant. Fiunt itidem & alia quæuis ſputa in huiuſmodi bronchijs collecta nihilominus rotunda, verum ſemel acceptam figuram, ob id, quod humida, fluidaque ſint, non retinent. Hoc enim humidis omnibus proprium eſſe dixit Ariſtoteles, vt malè circunſcribãtur termino proprio, benè tamẽ alieno. Verùm tamen, ſputa, quæ viſcida ſunt, ob cohærentiam, figuram quam à bronchijs receperunt, amittere nequeunt: ſed eã continuo ſeruant, atque cuſtodiunt. Meritò igitur dicit in præſentia Hippocrates huiuſmodi ſputa inutilia eſſe, eò quòd dolorẽ nõ leniunt: quoniã omnis euacuatio quæ morbum non ſoluit, pro inutili debet reputari. Vega hic contẽdit, vbi habetur inutile, legendum eſſe, pernicioſum, aut, malum: veruntamẽ illius interpretationem Galenus non admittit libro 1. de criſibus, cap. 5. vbi referens præſentem ſentẽtiam ſimul cum ſubſequenti ſic ait: Nam flauum impermiſtum exiſtẽs, pericoloſum. Impermiſtum autem eſt quod ſputo non commiſcetur, candidum, glutinoſum, rotundum, inutile. Deinde paulatim ad difficiliora ſermone progrediens, inquit: Malum etiam eſt viride, & admodum ſpumoſum. Hæc Galenus. Quibus verbis clarè innuit, Hippocratẽ, ſequens ſputum, putà, viride, & ſpumoſum, difficilius iudicare, quàm præſens candidum, glutinoſum, rotundum. Sed ſubſequens vocauit malum: ergo præſens, cùm minùs difficile illo exiſtat, inu-

Lib. 2. de ortu & interitu cap. 2.

Vega interpretatio improbatur.

inutile debet appellare: aliàs enim ſi hoc appellaſſet perniciosum, & id quod ſequitur, malum; non procederet ex minus difficili, quod Galenus ait, ad magis difficile: cùm minorem difficultatem ſignificet, malum, ſimpliciter prolatum, quàm pernicioſum. Nec aliam ob cauſam ſputum hoc deliriú portendere aſſeuerauit Hippocrates, niſi quia immodicum calorem ſignificat, qui (Galeno. 2. de locis affectis cap. 9. teſte) delirij cauſa eſt.

Rotundum ſputū quare deliriū portendat.

PROGNOST. XLVII.

Si verò viridis admodum, & ſpumans eſt, mala eſt.

COMMENTARIVS.

SÆpius, quàm vt numerari poſsit, in hiſce commentarijs enunciatum à Galeno eſt, chloròn, de croceo, & viridi colore dici, quia nulla eſt vniuoca vox apud Græcos, quæ nomini huic, viridi, reſpondeat. Proinde hunc colorem exemplis illuſtrare vbique Galenus ſolet, porraceum, & æruginoſum nominans: quemadmodum ſuprà comm. 39. dum ait: Porracei nunc primùm habuit mētionem, cùm non habeat proprium nomen, ſed vtatur porri appellatione. Et in preſentia ſcribit, chlorum, de croceo, & æruginoſo enunciari ſolitum: nonquòd velit, chlorũ, ſolùm æruginoſum ſignificare, ac non etiam porraceum, rutaceum, herbaceum, & alias omnes, quotquot ſunt viroris ſpecies: ſed quo quaſi per deſcriptionem ſignificet colorem viridem. Proindè quæcumque de porraceo & æruginoſo ab eo dicuntur, de viridi in genere ſunt intelligenda. Verũtamen licet chlorus color, flauum, & viridem colorem denotet, in præſentia

Chlori explicatio.

tia viridem tantùm ſignificat: propterea quod de flauo, nuper prognoſtico præcedenti egit. Pro viridi itidem manifeſtè vſurpatur libro.10. de ſimpl. med.fac.cap.5. cui titulus eſt, περὶ χλωρῶν βατράχων, hoc eſt, de ranis viridibus: tales enim ranæ ſunt, & nó flauæ, de quibus illic Galeno eſt ſermo. Rurſus quando 1.lib.de criſibus capi. 12. de chloro dicit, quod fit in trãſitu ad nigrũ, & eſt veluti procemium nigri, de alio, quam de viridi intelligi nó poteſt: quoniam hic à nigro parum recedit: pallidus verò à nigro longè diſtat, ſepoſitusq; eſt. Quantũ verò mali portendat excrementorum color viridis, ex verbis, quæ.1.de criſibus capit.12. Galenus conſequenter ſcribit, videre licet, vbi ait: Si morbus malignus extiterit, exiſtentibus alui excremétis, & vomitibus viridibus, poſtmodùm nigri ſuperueniunt. Quo ſermone non aliud innuere voluit, quàm virides colores ſemper per malignũ morbum apparere, dummodo tales ex cauſis manifeſtis non eueniant. Ex his etiam clarè intelligitur, colores hoſce perpetuò caloris eſſe ſoboles: nam malignus morbus nequit calidus non eſſe: quin imò hoc perſpicuè colliges ex cõm.39. præcedenti, vbi Galenus ſic ſcribit: At verò gignitur in corpore, quemadmodum crocea bilis per naturam habentibus: ita porracea altera præter naturam: conſtatque vt hæc ſæpenumerò in ventriculo gignatur propter quorundam cruditatem eſculentorum, aut olerum, qualia beta, cepa, braſsicaque ſunt. Atque vt etiam interdũ talibus nequaquam ingeſtis ratione ægrotationis in venis gi-

Color viridis perpetuò caloris eſt ſoboles.

 gnatur,

gnatur ac decumbat, aut in ventrem ſuperiorem aut inferiorem, calorem in corpore indicans præter naturam, atque excrementi proprietatem talis temperamento, qualis prædictorum olerum ſuccus eſt: & in præſenti enarratione inquit, Flauus, inquam, vbi ſeroſus humor ipſe aſſatur, quo permiſto, croceus apparet. Rubiginoſus verò vbi is vehementer aſſatur. Ex quibus liquet, viridem excrementorum colorem, purà, ſputi, vomitionis, ac deiectionis perpetuò ex magno incendio generari, & nunquam ex perfrigeratione oboriri. At

Obiectio. obijciunt aliqui, nigri coloris generationem, calidæ pariter ac frigidæ cauſæ tribui: quare colligũt & viridis generationem vtrique cauſæ eſſe referendam, cùm ſit illius principium, & veluti proœmium.

Solutio. Quibus dicendum, quòd non ſemper per viridem ad nigrum itur, ſed tunc ſolùm, quãdo ex calore, nigri generatio exiſtit: nam ſi ex frigore in nigrum proficiſcatur, non per viridem, ſed per liuidum via eſt. Quod colores ipſi demonſtrãt: nã liuidus opacus cõſpicitur, ac veluti intermortuus viridis ſplendens, quaſi igneo elemento refertus. Quibus etiam indicijs cognoſces, quando niger ipſe color factus à calore ſit, vel à frigore. Nam ſi intermortuus eſt, à frigore ortum habuit: ſin verò ſplendens, vt maris mortui bitumen, cum fulgore ignis veſtigium oſtẽdat, à calore duxit originem; quemadmodum Galenus fuſa enarratione libro 3. de cauſis ſympt. cap. 2. docet. Sed ad penſum redeuntes: dicamus rurſus, viridem ſcreationem tantò peiorẽ eſſe viridi vomitione, & viridi vrina, q̃to

Cur viridis ſcreatio vomitione viridi ſit deterior.

membra,

membra, quæ intercluduntur thorace, præſtantiora ſunt, & cordi propinquiora, quam venter, ac venæ. Malam etiam ſpumantem ſcreationem eſſe Hippocrates dicit. Veruntamen contendet hic aliquis, hanc non eſſe deteriorem candida glutinoſa. Nam cùm ſpumans aëris ingreſſum admittat, denotat humorem non tantam viſcedinem obtinere, quantã glutinoſa cõtinet; quæ adeò tenax cõpactaq; exiſtit, vt omnẽ aditum aëris reſpuat. Porrò ſpumoſam dixit Galenus. 1. criſeon. capit. 5. ſolã cruditatem indicare, nullũ verò aliud inſigne malum portendere: ergo non eſt cur in tanto malitiæ gradu in præſentia ab Hippocrate reponatur. Verũ tamẽ dicendum, ſcreationem; de qua Galenus 1. de criſibus loquitur; ſpumoſam tantum exiſtere: hãc verò, de qua in præſentia ſermo fit, admodum eſſe ſpumoſam: quæ cùm immoderatæ caliditatis corpus colliquantis ſit effectus, mirandum nõ eſt, ſi deterior, quàm cãdida glutinoſa iudicetur. Poterit verò candida glutinoſa ſcreatio tanquàm cauſa peior, quàm ſpumoſa cenſeri; propterea quòd expulſioni magis obſiſtit. Quare non ab re. 6. epidem. part. 3. comm. 28. dictum à Galeno eſt, plurimos ex eis, qui talem ſcreationem obtinuerunt, phtiſi contabuiſſe, dilaniatis vtique atque dilaceratis vehementi tuſsi pulmonibus.

Obiectio.

Obiectio altera.

Solutio.

PROGNOST. XLVIII.

Si autem ita ſyncera fuerit, vt nigra appareat, hæc difficilior, quàm illa eſt. Mala etiam ſcreatio, quæ non expurgatur, nec proijcit ipſam pulmo, ſed ob nimiã plenitudinem feruet in gutture.

creationi oportet. Eſt enim bilis flaua colore intenſior, quàm pallida, & rufa; atque ob id quàm, hæc bilis genera colore ſuo magis inficit, ac tingit, hoc Galenus docuit libro. 1. de criſibus, cap. 12. ſcribens in hunc modum: Siquidem albior, ac turbulentior (de bile loquitur) facta ſit, rufeſcit. Si verò purior, & ſplendens, flaueſcit: Nam quod velut igneum in ipſa ſplendet, illam reddit flauiorem. Omnes hæ bilis ſpecies naturales ſunt, pallidã dico, rufam, & flauam. Et quando medici bilem ſimpliciter, citra coloris adiectionem pronunciant, de qualibet iſtarum intelligunt. Nam reliquas nõ ſimpliciter biles nominant, ſed omnes cum colore ſui nominis explicant, vitellinam, æruginoſam, porraceam, & nigram; ita tradente Galeno libr. 3. de facult. alimen. titu. de melle. & libro de tumoribus præter naturam capit. 9. Porrò flauam Valleriola lib. de conſtitut. art. med. in 21. capi. explicatione perperam exiſtimat ſanguinem eſſe tenuiſsimum, ac calidiſsimum. In quo errore ſimiliter exiſtere videtur Guido Cauliacenſis tract. 2. doct. 1. de apoſt. cap. 3. de eryſipelate, quando inquit; Ex cholera laudabili quam ſubtilem ſanguinem vocant, vnum fieri apoſtema, quòd certum, & exquiſitum eryſipelas dicitur. Citat in ſui fauorem Valleriola Galenum lib. 2. de arte curatiua ad Glauconem cap. 1. dicentem: Si ex ſanguine, & flaua bile calidioribus, quã oporteat, miſta fluxio fuerit, vel ex ſanguine quidem, ſed efferueſcente, & tenuiſsimo ſecũdum ſubſtantiam, eryſipelas paſſio vocatur. Ex hac ſerie colligit ipſe, flauam bilẽ, eandem

Valleriola reprehenditur.

creationi eandem

eandem eſſe cum ſanguine efferueſcente, atque tenuiſsimo: cùm tamen his verbis nil minus voluerit Galenus, quàm id, quod ille contendit. Nam quod Galenus ait, eryſipelas fieri ex fluxione miſta ex ſanguine tenuiſsimo, & calidiſsimo, pariterque & ex flaua bile, vel ſolùm ex ſanguine efferueſcente, tenuiſsimoq́; plane vult eryſipelas duplicem habere ortus ſui cauſam, vnam humorẽ miſtum ex flaua bile, & feruẽtiſsimo tenuiſsimoque ſanguine, alteram ſanguinem ipſum tenuiſsimum, atque feruentiſsimum ſolùm. Hoc enim non eſt, flauam bilem, ſanguinem eſſe tenuiſsimum, & feruentiſsimũ, ſed planè rem ab hoc humore diuerſam. Et lib. 1. de criſibus cap. 12. manifeſtiùs mentem ſuam aperuit, cum ait; ſanguinem, qui apprimè flauus eſt, medium eſſe inter bilẽ, & exquiſitũ ſanguinẽ. Eſt itaq; tenuiſsimus & feruẽtiſsimus ſanguis, humor medius, inter flauã bilem, & exquiſitum ſanguinẽ: nõ tamẽ eſt ipſa bilis flaua, vt Valleriola putauit: ſed de his ſatis. Nunc verò ad inſtitutum redeamus. Animaduertendum rurſus, Galenum libro. 1. de criſibus, cap. 5. preſens prognoſt. dupliciter interpretari. Primò particulã illam, ἰσχυρῶν, quæ idem ſonat, quod, admodum, aut vehementer, ad commiſtum referendo, ita vt ſenſus ſit, vehementer commiſtum videri flauum ſputo. Secundò eandemmet particulam non cũ commiſto; ſed cũ flauo coniungendo, ſic, vt Hippocratis dictio hunc in modũ legatur: Vehementer flauum commiſceatur ſputo: damnat poſteriorem hunc ſenſum, tanquam falſum; quia ait Hippocratis

Flaua bilis à ſanguine differt tenuiſsimo.

pocratis morem eſſe, omnes motus inæquales,& eas, quæ plurimum diſtant complexiones, atque humorem omnem ſyncerum vndecumq; erumpentem vituperare, vt liquet progno. 38. ſuperiùs enarrato. Quo in loco vomitionē ſynceram, tanquam deterrimam explodit: laudat ſenſum priorem, tanquā optimum, & magis artificioſum: quia commiſtio, quæ vehemens eſt, robur oſtendit naturæ concoquentis, ac permiſcentis materias inter ſeſe: indicatq; ſaniem ab inflammatione reſudantem in ſua ſubſtantia craſsitudinem, ac medio critatem quandam à coctione profectam obtinere. Nam liquida, & tenuis; qualis cruda exiſtere ſolet; ſeorſum per ſe cōſiſtet, nec cum ſputo naturali poterit alligari.

Vehemens commiſtio quid oſtendat.

PROGNOST. XLV.

Si enim multo poſt ab initio doloris ſcreatur flaua, aut rufa, aut multam inferens tuſsim, aut non admodum permiſta, deterior eſt.

COMMENTARIVS.

QVàm rectè Galenus proximas duas ſententias enarràuerit, referendo dictionem, citò, ad principia totius morbi: & dictionem, promptè, ad tempus adiunctum functioni: & dictionē, vehementer, ad commiſtum, & non ad flauum; ipſe præſenti prognoſtico probat. Quod ſimiliter fecerat libr. 1. de criſibus, capit. 5. vbi poſtquam ea, quæ hîc ab Hippocrate ſcribuntur, retulerat, ſubdit: Videtur mihi hoc loco Hippocrates, quæcum que ſecundo ſermone dicuntur, ijs opponere, quę primo dicebantur. Verbo quidem celeriter, id ꝙ

multò

multò poſt principium doloris expuitur; verbo, facilè, illa, multam excitãs tuſsim: illis verò permiſtum videri flauum vehementer ſputo: impermiſtum ſimpliciter, ac ſolùm flauum, tum quod ex vtriſque commiſtum eſt, colore ſcilicet ſputi naturalis, & flauo, vel ruſo, non tamen vehementer. Hæc Galenus. Diuerſum tamen in vrina, ac in ſcreatione eſt ſentiendum. Nam in ſcreatione flauum ſputo non commiſceri, ſed ab eo ſeparari, cruditatem indicat, & naturæ imbecillitatem, nequeuntis materias concoquere, & permiſcere. Veruntamen in vrina, craſsi à liquido ſeparatio, bona eſt exiſtimanda: & tantò melior, quantò à mictu celerior apparuerit; quemadmodũ Galenus docet lib. 4. de ſanitat. tuen. cap. 4. Oſtendit enim huiuſmodi ſeparatio ſpiritum omnem flatuoſum abſumptum eſſe, & calorem naturalem iam vigere, cuius efficientia eſt, ea quę diuerſi generis exiſtũt, diſiungere, ac ſeparare. Adde humorem quemlibet coctione incraſſari, & grauitatem nanciſci, vt de optimo pure, & vrinæ ſedimento dictum eſt: ex quo euenit, vt ſedimentum vrinæ deorſum feratur, liquor verò ſuperferatur.

Calor naturalis quid efficiat.

PROGNOST. XLVI.

Screatio enim flaua, ſi ſyncera eſt, cum periculo eſt: candida verò, glutinoſa, ac rotunda, inutilis eſt.

COMMENTARIVS.

Flaua ſcreatio non ſolùm ob id ſyncera dicitur, quia cum naturali ſputo commiſta nõ eſt, ſed etiam quia in ſe aquoſam humiditatem non continet. Nam bilis flaua in ſua natura ſyncera eſt,

& omnis ſeroſæ humiditatis expers, vt Galenus voluit.7.ſect.aphor.comm.23.Namq; humor iſte miſtus cum pituita, aut aquoſo recremento, non amplius flauus manet,ſed protinus rufus, vel pallidus redditur. Efficitur autem hic, aut ille maiori vel minori humiditatis portione accedente; quẽadmodum in comm. de atra bile,capi.2.& lib.2 de criſibus,cap.10.à Galeno ſcriptum eſt hunc in modum: Sputa ſpumoſa, fluxum magis pituitoſum oſtendunt; flaua,bilioſum impermiſtum:ſic & rufa amaram quidem & iſta indicant bilem,non tamen paruam ſeroſam ſuperfluitatem cũ bile commiſceri ſignificant: & multo ampliorem,quando pallidam quis ſpuerit. Verùm additum orationi ab Hippocrate eſt, candida, glutinoſa, rotunda, inutilis.Candida fit ſcreatio ob humorem pituitoſum,qui materialis eius exiſtit cauſa.Verùm antea quàm de glutinoſa excreatione loquamur, libet quid glutinoſum corpus ſit, prius explicemus. Porrò glutinoſum,vt docet Galenus lib.11.meth. cap.13.friabili contrarium exiſtit. Eſt enim friabile,docente Ariſt.lib.4 meteor.cap 8.quod in multas diuidi partes poteſt. Quare glutinoſum id erit dicendum,quod in partibus ſuis tenax eſt, & in ſe ſe cohęrentiam habet,nec partem à parte ſeparari ſinit:idque propter permiſtionem humidi aerei cum ſicco terreo,ita Ariſtotele tradente. Quo fit vt viſcidum omne in genere craſſorum contineatur: quod ex craſsi & tenuis definitione conſtat. Eſt enim tenue,auctore Galeno libr. 4.de ſimplicium medic.facul.cap.2.quod celeriter in tenuia,

& mi-

minima diſſolui pôt:vel cuius ſubſtantia raritate, & laxitate ſua,per locos etiam anguſtos,&per vias arctiſsimas penetrare valet:craſſum, quod nô poteſt,nec in partes minimas diſſolui valet. Eſſe verò huiuſmodi glutinoſû omne, quæ viſcida ſunt, cuncta declarant; velut pituita lenta, & diuerſorû ſeminum mulcilagines, cydoniorum, pſillij, altheæ,tragacantæ,& ſimilium. Quamobrem Galenus lib. de conſt.art.med.capi. 21.viſcidum omne attenuantibus egere prodidit. Nam licet illi incidentia, & detergentia conueniant:quemadmodû idem docet libr.8.&.11.meth.hæc illi debentur ea ratione, qua glutinoſum, viſcidumq; exiſtit, non ea,qua craſſum. Inſcindentibus quidem opus habet, quia in partibus ſuis cohærentiam ſeruat, vt diuidatur,atque ſecetur; detergentibus verò,quia loco,in quo continetur, pertinaciter adhæret, & vehementer impingitur,vt remoueatur, atque ab eo excutiatur. Conueniunt itaque glutinoſo omni incidentia, & detergentia, pariterque & attenuantia:hęc,quia craſſum illud eſt:illa,quia viſcidum atque glutinoſum. Sed quæ iſtorum prius ſint adhibenda,dubium exiſtit. Franciſcus Valleriola lib. de conſtit.art.med.in enarratione, capit. 21.cenſet viſcidum omne prius eſſe attenuandû, deinde incidendum,& detergendum:ſed mihi aliter ſentiendum videtur:nempè antea eſſe incidendum & detergendum,mox attenuandum. Nam viſcidum omne primaria ratione habet vt ſit glutinoſum, & adhærens:ſecundaria, vt ſit craſſum, Ergo illi primùm conuenient incidentia, & deter

Valleriola ſentētia improbatur.

gentia:ſecundò, & poſtremò attenuantia. Adde quòd attenuari quod viſcidũ eſt nequit: niſi prius incidatur:atq; ſecetur:cùm ſit vtiq; inciſio præuia diſpoſitio, & via quaſi quædam ad attenuationẽ. Quo fit, vt attenuatio in viſcido corpore perfici non poſsit, priuſquam deterſum illud, & inciſum ſit. Quæ enim attenuãt, cum viſcidum corpus nõ peruadãt, ſed in extimã tantum ſuperficiem operẽtur,quale illud inuenerunt,tale deinceps cõſeruant, ni prius inciſum, atque deterſum ſit, & ſectione in multas partes diuiſum. Quæ nobis incidentia,& detergentia præſtant:nam hæc per viſcidi corporis ſubſtantiam omnem penetrant, eamque ſecãt,& in multas portiones diuidunt. Verum poſtquam de corpore glutinoſo,quantum ad præſentem locum attinet,abundè diſſeruimus,ſupereſt vt iam de excreatione glutinoſa verba faciamus. Excreatio itaque glutinoſa calorem aſſantẽ ſignificat: nam hic in pituitam agens, ipſam viſcidam,ac glutinoſam reddit,aqueam, & tenuiorem ab ea partem digerẽdo,ac diſsipando. Sed quæ ſit illius rotunditatis cauſa ambigitur. Fuchſius libro 6.epid.part.3.comm.28.(vbi Hippocrates ait: Sputa rotunda delirium portendere) inquit; Sputum globoſum non ab alio, quàm à calore immodico, ac veluti aſſante, effici:ſed fallitur. Quoniam ſi calor aſſans rotunditatis pituitæ eſſet occaſio,vbicũque pituita à vehementi occuparetur calore, rotunda fieret: quod falſum eſſe, nemo eſt, qui neſciat. Quare dicendum,ſputa, à loco in quo detinentur, ac veluti coërcentur, rotunditatem nanciſci.

Glutinoſa ſcreatio quid ſignificet.

Fuchſius reprehẽditur.

ciſci. Nam cùm in bronchijs pulmonis aggregentur, neceſſe eſt vt continentis figuram induant; atque rotunda, quemadmodum ipſa ſunt brõchia, euadant. Fiunt itidem & alia quæuis ſputa in huiuſmodi bronchijs collecta nihilominus rotunda, verum ſemel acceptam figuram, ob id, quod humida, fluidaque ſint, non retinent. Hoc enim humidis omnibus proprium eſſe dixit Ariſtoteles, vt malè circunſcribãtur termino proprio, benè tamẽ alieno. Verùm tamen, ſputa, quæ viſcida ſunt, ob cohærentiam, figuram quam à bronchijs receperunt, amittere nequeunt: ſed eã continuo ſeruant, atque cuſtodiunt. Meritò igitur dicit in præſentia Hippocrates huiuſmodi ſputa inutilia eſſe, eò quòd dolorẽ nõ leniunt: quoniã omnis euacuatio quæ morbum non ſoluit, pro inutili debet reputari. Vega hic contẽdit, vbi habetur inutile, legendum eſſe, pernicioſum, aut, malum: veruntame illius interpretationem Galenus non admittit libro 1. de criſibus, cap. 5. vbi referens præſentem ſentẽtiam ſimul cum ſubſequenti ſic ait: Nam flauum impermiſtum exiſtẽs, periculoſum. Impermiſtum autem eſt quod ſputo non commiſcetur, candidum, glutinoſum, rotundum, inutile. Deinde paulatim ad difficiliora ſermone progrediens, inquit: Malum etiam eſt viride, & admodum ſpumoſum. Hæc Galenus, Quibus verbis clarè innuit, Hippocratẽ, ſequens ſputum, putà, viride, & ſpumoſum, difficilius iudicare, quàm præſens candidum, glutinoſum, rotundum. Sed ſubſequens vocauit malum: ergo præſens, cùm minùs difficile illo exiſtat, inu-

Lib. 1. de ortu & interitu cap. 2.

Vega interpretatio improbatur.

inutile debet appellare: alias enim ſi hoc appellaſſet pernicioſum, & id quod ſequitur, malum; non procederet ex minus difficili, quod Galenus ait, ad magis difficile: cum minorem difficultatem ſignificet, malum, ſimpliciter prolatum, quàm pernicioſum. Nec aliam ob cauſam ſputum hoc deliriũ portendere aſſeuerauit Hippocrates, niſi quia immodicum calorem ſignificat, qui (Galeno. 2. de locis affectis cap. 9. teſte) delirij cauſa eſt.

Rotundum ſputũ quare deliriũ portendat.

PROGNOST. XLVII.

Si verò viridis admodum, & ſpumans eſt, mala eſt.

COMMENTARIVS.

SÆpius, quàm vt numerari poſsit, in hiſce commentarijs enunciatum à Galeno eſt, chlorõn, de croceo, & viridi colore dici, quia nulla eſt vniuoca vox apud Græcos, quæ nomini huic, viridi, reſpondeat. Proinde hunc colorem exemplis illuſtrare vbique Galenus ſolet, porraceum, & æruginoſum nominans: quemadmodum ſuprà comm. 39. dum ait: Porracei nunc primùm habuit métionem, cùm non habeat proprium nomen, ſed vtatur porri appellatione. Et in pręſentia ſcribit, chlorum, de croceo, & æruginoſo enunciari ſolitum: nonquòd velit, chlorũ, ſolùm æruginoſum ſignificare, ac non etiam porraceum, rutaceum, herbaceum, & alias omnes, quotquot ſunt viroris ſpecies: ſed quo quaſi per deſcriptionem ſignificet colorem viridem. Proindè quæcumque de porraceo & æruginoſo ab eo dicuntur, de viridi in genere ſunt intelligenda. Verùtamen licet chlorus color, flauum, & viridem colorem denotet, in præſen-

Chlori explicatio.

tia

tia viridem tantùm ſignificat: propterea quod de flauo, nuper prognoſtico præcedenti egit. Pro viridi itidem manifeſtè vſurpatur libro.10. de ſimpl. med.fac.cap.5. cui titulus eſt, περὶ χλωρῶν βατράχων hoc eſt, de ranis viridibus: tales enim ranæ ſunt, & nõ flauæ, de quibus illic Galeno eſt ſermo. Rurſus quando 1.lib.de criſibus capi. 12. de chloro dicit, quod fit in trãſitu ad nigrũ, & eſt veluti procœmium nigri, de alio, quam de viridi intelligi nõ poteſt: quoniam hic à nigro parum recedit: pallidus verò à nigro longè diſtat, ſepoſituſq; eſt. Quantũ verò mali portendat excrementorum color viridis, ex verbis, quæ.1.de criſibus capit.12. Galenus conſequenter ſcribit, videre licet, vbi ait: Si morbus malignus extiterit, exiſtentibus alui excremẽtis, & vomitibus viridibus, poſtmodùm nigri ſuperueniunt. Quo ſermone non aliud innuere voluit, quàm virides colores ſemper per malignũ morbum apparere, dummodo tales ex cauſis manifeſtis non eueniant. Ex his etiam clarè intelligitur, colores hoſce perpetuò caloris eſſe soboles: nam malignus morbus nequit calidus non eſſe: quin imò hoc perſpicuè colliges ex cõm.39. præcedenti, vbi Galenus ſic ſcribit: At verò gignitur in corpore, quemadmodum crocea bilis per naturam habentibus: ita porracea altera præter naturam: conſtatque vt hæc ſæpenumerò in ventriculo gignatur propter quorundam cruditatem eſculentorum, aut olerum, qualia beta, cepa, braſsicaque ſunt. Atque vt etiam interdũ talibus nequaquam ingeſtis ratione ægrotationis in venis gi-

Color viridis perpetuò caloris eſt ſoboles.

membra, quæ intercluduntur thorace, præſtantiora ſunt, & cordi propinquiora, quam venter, ac venæ. Malam etiam ſpumantem ſcreationem eſſe Hippocrates dicit. Veruntamen contendet hic aliquis, hanc non eſſe deteriorem candida glutinoſa. Nam cùm ſpumans aëris ingreſſum admittat, denotat humorem non tantam viſcedinem obtinere, quantã glutinoſa cõtinet; quæ adeò tenax cõpactaq; exiſtit, vt omnẽ aditum aëris reſpuat. Porrò ſpumoſam dixit Galenus.1.criſeon.capit.5. ſolã cruditatem indicare, nullũ verò aliud inſigne malum portendere: ergo non eſt cur in tanto malitiæ gradu in præſentia ab Hippocrate reponatur. Verũ tamẽ dicendum, ſcreationem; de qua Galenus 1.de criſibus loquitur; ſpumoſam tantum exiſtere: hãc verò, de qua in præſentia ſermo fit, admodum eſſe ſpumoſam: quæ cùm immoderatæ caliditatis corpus colliquantis ſit effectus, mirandum nõ eſt, ſi deterior, quàm cãdida glutinoſa iudicetur. Poterit verò candida glutinoſa ſcreatio tanquàm cauſa peior, quàm ſpumoſa cenſeri; propterea quòd expulſioni magis obſiſtit. Quare non ab re.6. epidem.part.3.comm.28.dictum à Galeno eſt, plurimos ex eis, qui talem ſcreationem obtinuerunt, phtiſi contabuiſſe, dilaniatis vtique atque dilaceratis vehementi tuſsi pulmonibus.

Obiectio.

Obiectio altera.

Solutio.

PROGNOST. XLVIII.

Si autem ita ſyncera fuerit, vt nigra appareat, hæc difficilior, quàm illa eſt. Mala etiam ſcreatio, quæ non expurgatur, nec proijcit ipſam pulmo, ſed ob nimiã plenitudinem feruet in gutture.

COMMENTARIVS.

PRO diſcrimine exuperantium humorum indulgentiores, aut maleficentiores ægrotationes euadere, ſuperiori comm.46, dictum à Galeno eſt. Demonſtratum & nihilominus eſt, ſanguineas, atque pituitoſas, moderatiores haberi: ex flaua, atrave bile cõſtantes, deteriores cenſeri: quod lib.2. de criſibus capit.10. his verbis confirmat, dicẽs: Inter omnia ſputa, ſanguinea mitiſsima ſunt; nigra verò maximè exitialia. Huius ſputi nigri malitiam ipſe explicuit lib.1. de criſibus capi.5. dũ ait: Nigrum ſputum, præter id, quod crudum eſt, etiã mortem protendit. Ratio verò ob quam ſputum hoc non crudum ſolùm, ſed & exitiale eſt, ex cognitione melancholici humoris deſumitur: qui adeò peſsimus exiſtit, vt non ſolùm prauã in corpore indicet diſpoſitionem à flammeo calore profectam, ſed rurſus ipſa per ſe aliam deterrimam affectionem committat, & plurima peſsima ſymptomata moliatur, quemadmodum Galenus libro de conſtitutione artis medicæ, cap.16. teſtatur, vbi de morbo laterali verba faciens, in hunc ſcribit modum: Principio igitur in propoſito exemplo perniciosiſsimus eſt melancholicus humor, prępollens, tum quòd ipſe præditus ſit moribus peſsimis, & maximè erodat, concoquaturque ægrè, nec facilè expurgetur; tum quòd plurimæ ſit caliditatis index, à qua affatus genitus eſt. Ex quibus liquet, rectè in hoc prognoſtico Hippocratem, ſputum nigrum in vltimo malitiæ gradu conſtituiſſe: eſt enim & tanquam ſignum, & tanquam cauſa peſsimum.

Cur nigrum ſputum crudum ſit, & lethale.

Ex craſſo, & fæculento ſanguine rarò morbus lateralis excitatur, quia humor adeò craſſus membranam coſtas ſuccingentem peruadere nequit, niſi extenuetur, aſſetur, & putrefiat. Aſſatus verò malignam naturam nanciſcitur, moroſamque inducet affectionem, quia humor melancholicus, vtpote craſſus, terrenuſq; adeò infarcit membra, quibus conditus eſt, vt difficulter elaboretur, ac excernatur.

PROGNOST. XLIX.

Grauedines autem, & ſternutamenta per omnes morbos qui in pulmone ſint, præuenire, & ſuperuenire, malo eſt. Sed in alijs morbis exitioſis, ſternutamenta vtilia ſunt.

COMMENTARIVS.

NImis moroſus in præſenti comm. exiſtit Galenus, diſquirens, cur Hippocrates hoc in prognoſtico de grauedinibus ſcribens, de defluxionibus verba non fecerit: cùm conſtet has in pulmonia grauedinibus eſſe deteriores, vtpote duabus rationibus, & tanquam ſigna, & tanquam cauſæ nocuæ. Vt ſigna, inquam, quia magnam pulmonis affectionem, ab eaque caput læſum eſſe declarant; vt cauſæ autem, eò quòd malis repleát humoribus pulmonem. Grauedines verò vna duntaxat malæ ſint: quoniam ſolùm ſignificant tam magnam eſſe pulmonis affectionem, vt caput replere potuerit. Veruntamen ipſę ex ſe nihil mali committunt, cum humor in eis ad pulmonem non deſcendat, ſed per naſum foras dilabatur. Quare credit Galenus, Hippocratem hoc ſermone deſtilla-

tiones non prætermiſiſſe, ſed illas ſub grauedinibus comprehendiſſe: aut fortaſſe eum, qui librum inter initia tranſcripſit, ipſas omiſiſſe: quandoquidem innumera talia tunc etiam fieri conſpiciebantur. Veruntamen ego, quantum iudicio aſſequor, puto, defluxiones haſce conſultò Hippocratem omiſiſſe, ſolitũ ea tantùm, quæ abdita, & difficilia ſunt explicare, peruia verò, & vulgò nota omittere. Quapropter cùm omnibus ſit manifeſtum defluxionem in pulmonia, & pleuritide, cæteriſque thoracis morbis noxiam eſſe, eò quòd per eam ad locum affectum aſsiduè humor confluat, qui ægrotationem ipſam continuò fouet, & auget, non erat cur de illa quippiam Hippocrates pronunciaret, ſed de grauedine tãtùm, de qua quiſpiam meritò poſſet ambigere pulmoniæ incommodã eſſe: cũ conſtet nullã per eã thoraci materiã ſuppeditari; ſed humorem vniuerſum per nares foras effluere. At hãc, inquit, per oẽs morbos, qui in pulmone fatigant, præire, & ſubſequi, malã eſſe & vt ſignũ, & vt cauſa. Vt ſignũ, eo modo, quo dictũ eſt: vt cauſa, quia ad illã perpetuò ſternutaméta ſequũtur, quæ thoracẽ cõcutiũt, & pulmonẽ dilaniant. Eſt enim ſternutamentũ vehemens motus, quo, Hippocrate auctore aphor. 49. lib. 5. ſecũda deturbatur, ac procidit: & quo, teſte Ariſtotele proble. 1. & 5. lib. 33. ſingultus finitur, ac ceſſat. Quo fit, vt tam violenta agitatione pulmo dilaceretur, & thorax concutiatur, concuſsioneque non ſolùm dolor exacerbetur, ac creſcat, ſed & ſuccus quiſpiam prauus ex vicinis locis trahatur. Quod fortè

Cur Hippocrates defluxiones prætermiſit

Sternutamentum quid.

forte intuens Hippocrates lib.2.de ratione victus acutorum tex. 5. fomentum lateri dolenti admouendum linteo veſtire præcepit, veritus ne ſi ad laborantis nares halitus feratur, ſuo odore ſternutamenta morbo laterali nocentiſsima moueat. Sed quæ maximè huic morbo ſternutamenta obſunt, nocentiſsimaque exiſtunt,illa ſunt, quæ grauedines ſequuntur,eò quòd reliqua,quæ ob alias fiunt cauſas, pauca eſſe ſolent. Hæc verò adeò multa, atque frequentia, vt partes thoracis phlegmone conflictatas continuò, inceſſanterque afficiant, atque laceſſant: ipſa tamen ex ſe, quatenus ſolam grauedinem comitantur, cùm propria affectionis ſymptomata ſint, nec bona, nec mala iudicantur: ſed ritu reliquorum pathonomicorum ſignorum, tantùm paſsionem præſentē denunciant: niſi fortè crudas materias, in capite exagitando, ac commouendo, noxam parere dicas, cùm quiete indigeant,quę concoquenda ſunt.Hactenus itaque in morbo laterali, atque in pulmonia ſternutamenta nocentiſsima eſſe,eſt demonſtratum:in alijs verò morbis ſi eueniant, vtilia eſſe Hippocrates ait: quanquam tales quo ad alia indicia exitioſiſsimi habeantur. Indicant enim robur facultatis cerebri,quę cùm anteà ignaua,oppreſſaque eſſet,nunc concoquens, & excernens flatuoſa excrementa, excitari, ac inualeſcere incipit, cùm ſit nimirùm ſternutamentum,vehemens,violentuſque naturę motus, quo flatuoſum ex capite ſpiritum propellere nititur:præſertim vbi mordax, & calidum eodem conſtiterit excrementum; ita tradente Gale- *Sternutamenti definitio.*

no lib.7.aphor.comm. 51.quæ cauſa eſt,cur,qui ſolem intuentur,& penna nares ſolicitant(quod etiã Ariſtoteles lib.33.problem.animaduertit,)ſternutare ſoleant:quia Sol caput calfaciens ocyùs ſpiritum ex humore elicit, & penna excitans expultricem cerebri facultatẽ,eam in actum deducit.Hinc facilè eſt intelligere, cur dormientes non ſternutent. Nam cùm per ſomnum facultas hæc ſopita ſit,atque ſubmerſa, mordax excrementum nõ ſentit:ipſa autem niſi irritetur, ſuo fungi officio non ſolet. Adde, quòd dormientibus (vt Ariſtoteles, huius problematis cauſam reddens,ait,) calor intus circum obſiſtit:quo fit, vt interiores dormientium partes calidiores reddantur, ſpirituq; magis abundent,exteriores minus.Sternutamentum autem in partibus exterioribus ſpiritus à calore geniti eruptio eſt. Præcipuus ſternutamentorum vſus eſt,cerebrum iuuare:quippe niſi illa ob deſtillationem euenerint, haud mediocre præſidium afferũt capiti vaporibus repleto. Quandoquidem docente Galeno 6.epid.parte 6. comm. 5.dolores ex flatuoſo ſpiritu ortos, ab eo præcipuè remouere conſpicimus. Tuſſes verò caput nihil iuuant;etſi ſternutamenta remedium ſint humorum in pulmone contentorum.Quod nonnulli,qui infirma virtute erant,intelligentes, (quemadmodum. 2. de cauſis ſympto.cap.5. refert Galenus)ſpuendumque in thorace atque pulmone aliquid haberent,ſternutationem ſibi nares laceſſendo mouerunt, quo ſcilicet quod per tuſſes eijcere non valebãt,huius motus violentia educerent.Hic tamen ſumma aduer-

Cur dormiẽtes non ſternutent.

Quibus affectionibus adhibetur ſternutamentũ.

tendum

tendum diligentia eſt, ne corpore pleno exiſtẽte, aut vitioſis in eo ſuccis abũdãtibus, ſternutationes moueamus. Quippe tantũ abeſt vt caput eo tẽpore tali remedio iuuem⁹, vt ſummopere illud lędamus attracta vtiq; atque euocata ad ſuperas partes vitioſorũ humorũ redũdãtia. Sed cũ excremẽtis corpus vacuũ eſt, tunc ad vacuandã ac diſcutiendã materiã in capite cõtẽtã, tẽpeſtiuè ſternutatorijs vtare *Quãdo ſternutamentis vtendum.*

PROGNOST. L.

Screatio autem flaua non multo permiſta ſanguine in pulmonijs, ſi inter initia excernitur, ſalutaris admodum eſt: ſi ſeptimo die, tardiuſve, minus ſecura eſt.

COMMENTARIVS.

QVis humor ſit in pulmonia, vel pleuritide ſuperás, ex ſputorum forma cognoſcimus. Nam docente Galeno lib.2. de locis affectis, cap.9. & libr. de artis medicæ conſtitut. c.15. & 2. criſeôn cap.10. & ſect.6. aphor. comm.33. ſpumoſa, flaua, rufa, rubida, pallida, & nigra eijciuntur. Ex ijs em̃ quæ ſpumoſa ſunt, fluxũ magis pituitoſum oſtendunt; ſicuti flaua, bilioſum impermiſtum: ſic & rufa amaram quidem & illa indicant bilem, non tamen paucam ſeroſam ſuperfluitatem cum bile commiſceri ſignificant, & multo ampliorem quando pallida quis ſpuerit. Nigra ſunt atræ bilis indicium: ſicuti rubida plurimum quidem ſanguinis, minimum verò flauæ bilis in eo qui inflammationem facit humore contineri ſignificant. Sic quæ flaua ſunt, & rubra, flauæ bilis, & ſanguinis ſimul fluxũ demonſtrant; de quibus Hippocrates modò agit. Veruntamẽ ille hoc prognoſtico nõ vult hos *Sputa humorem ſuperãtem in pulmonia demonſtrant.*

colores

colores laudare, ſed commiſtionem ex ipſis: quoniam colores iſti, crudi ſunt, & nihil, quod crudũ eſt, ſalutare admodum exiſtere poteſt. Eſſe verò flaua, & rubida ſputa, cruda, notius eſt, quàm vt demonſtrari debeat. De flauis nemo ambigit, nõ tantùm cruditatem præ ſe ferre, ſed & maligna eſſe. Quapropter non temerè ab Hippocrate dictum ſuprà eſt, huiuſmodi ſputa ſignificare periculum. Rubida autem, cruda exiſtere, qui coctorum ſputorum naturam intelligit, optimè nouit, quę Galeno auctore lib.1.aphor.comm.12.alba, & læuia, conſiſtentiæque mediocris eſſe debent: non rubra, aut alio infecta colore. Quod itidem Auicenna velle videtur.10.3.tract.4. cap.5. pleuritidis incrementum vocans, quando ſputum incipit remoueri à rubedine verſus albedinem; innuens clariſsimè id, quod purum rubrum eſt, cùm denotet morbum eſſe in principio, nullam coctionem, ſed ſolam cruditatem præſeferre. Nam & ſi verum ſit, ſanguinem, humorem eſſe concoctum, veruntamen protinùs cùm ipſe ex vaſis excidit, & in locũ inflammatum incidit, priſtinam bonitatem amittit, & alium naturæ cultum deſiderat. Quod ſi Galenus lib.2.de criſibus, cap.10.& lib.de artis medicæ conſtitutione, capit.28.inter omnia ſputa, ſanguinea mitiſsima eſſe ſcripſit, ad alia, quæ cruda ſunt, collatione facta, talia eſſe intellexit. Nam reliqui humores, cùm vel per diminutam, vel ſuperfluentem coctionem à mediocritate longè recedant, difficiliùs elaborantur, & cultum à natura recipiũt. Sanguis verò cùm (Galeno.4. de ſanit. tuenda

Rubida & flaua ſputa, cruda ſunt.

Sputa concocta qualia eſſe debeãt.

da capi.4.auctore)in medio illorũ ſit, dulciſsimus exiſtit,& concoctu facillimus. Quod iuuenis ille apud eundem Galenum.6.epidem.part.3.comm. vltimò demonſtrauit,qui morbum lateralem cum ſputis cruentis patiẽs,ſola victus ratione, citra ſanguinis miſsionem fuit ſanatus. Veruntamen licet cruenta ſputa talia exiſtant, non impedit quin eadem cruda ſint,vt explicatum iam eſt. Quare verũ eſt quod diximus, Hippocratem non laudare in præſentia rubrum, aut flauum colorem, ſed ex ex vtroque commiſtionem: quia commiſtio hæc aliquam coctionem, & naturæ opus oſtendit. Signa autem coctionis inter initia, hoc eſt,in primis tribus,aut quatuor diebus cùm apparent,denotãt, morbum non vltra ſeptimum diem eſſe protrahendum: quemadmodum Galenus docet libr.4. aphor.comm.71. Adiecit tamen Hippocrates orationi, indicium hoc ſi ſeptimo die, aut pigrius apparuerit,minus ſecurum eſſe. Ratio ſumitur ex Galeno.1.de criſibus,capi.18.dicente,quòd non eandem vim habẽt dies inter ſe, nec inter indices primi cum poſterioribus, nec primi decretorij cum vltimis. At valentiores quidem primi ſunt, ſed in longum protracta ægritudine imbecilliores redduntur. Oportet igitur procedente morbo, & tũc præcipuè,quando admodũ crudus extiterit, magnam fieri tranſmutationem, vt ſecura criſis ſperetur. Magna autem eſt permutatio cùm perfectè cocta minguntur,atque ſpuuntur. In quorum numero ſcreatio, de qua nũc agitur,eo quòd remiſſam admodum coctionem ſignificet, recenſeri

Morbus lateralis abſque ſanguinis detractione curatus.

haudquaquam debet. Sed quæret hîc meritò aliquis, cùm pulmonia ab omnibus humoribus progignatur, cur Hippocrates de illa tãtùm, quæ à bile, & ſanguine ortum ducit, verba facit. Cui dicendum, ſanguinem, & bilem ob ſui tenuitatem, & calorem, à corporibus, quibus continentur, in principio reſudare, & permiſceri poſſe: cæteros verò humores pituitam, & melancholiam, ſaltem in primis diebus minimè id efficere valere. Nam frigidi adeò, craſsique ſunt, vt à locis, quibus conſiſtunt, in aſperas pulmonis arterias excidere, & inter ſeſe permiſceri nequeant, niſi tractu temporis calfiant, & attenuentur. Adde, huiuſmodi humores naturâ ſuâ diuturnas, & valdè moroſas pleuritides, & peripneumonias committere: quod nó efficerent, ſi inter initia, ſigna coctionis præberent. Addit deinceps in contextu Hippocrates, flauam ſcreationem non debere multo ſanguini permiſceri. Nam cùm exiguus ſanguis eſt, ex vena, vel arteria tranſcolatus; ſiue vt Galenus lib. 5. metho. ca. 2. loquitur, ſudoris modo tranſmiſſus profluit. Quod euenit tunica vaſorum rarefacta, ſanguine verò ipſo tenuato: quemadmodum ſi multus profluxeret ſanguis, peſsima eſſet talis ſcreatio, vtpotè venarum rupturæ, aut anaſtomoſis index. Quàm mala autem ſit hæc affectio, per quã pulmo phlegmone ſimul, & vaſis diuiſione laborat, hinc fit manifeſtum, quod diuiſio curari nequit, priuſquam phlegmone ſanetur, & vas tantum tempus quantùm ad phlegmones ſanationem exigitur, citra vitæ diſpendium apertum, ruptumve eſſe non patitur,

Peſſima pulmonis affectio.

tur,

tur. Accedit eò quòd maturata phlegmone per tuſsim debet expurgari,qua expurgatione vas am plius rumpitur, laceraturque; ex quo itidem ſanandi exoritur difficultas. Et ad hæc ex eo, quòd quæ idonea vlceribus medicamenta ſunt, contingere vas diuiſum, ſicut in ventriculo,non valent: quo fit, vt per medium interuallum ferè vim ſuā amittant. Quapropter prudenter Galenus libr.5. metho.capi.11.præcepit, ruptum in pulmone vas, protinus, antequàm phlegmone excitetur, glutinare.Pro comperto habens,quòd niſi ante phleg mones generationem cohæreat, id poſteà fore inſanabile.

PROGNOST. LI.

Omnes autem ſcreationes,malæ ſunt,quæ non ſedant dolorem:peſsimæ autem nigræ,vt deſcriptum eſt: Quæ verò ſedant dolorem,omnibus meliores ſunt.

COMMENTARIVS.

EOrum, quæ à corpore excernuntur, vtilitatē nullo alio meliori indicio, quàm ab effectu cognoſcimus.Nam ſi euacuatio quæuis ægrotanti confert, ab eaque facilè fertur,vtilis, atque proficua cenſeri debet:ſiue ipſa ſponte,ſiue arte facta fuerit,quemadmodum.1.ſect.aphor. 2.&.3.voluit Hippocrates:ſic omnis excretio mala eſt,quæ nec ad morbi ſublationem confert,nec eam ęgrotans facilè fert.Conferentia euacuationis,denotat illos humores,qui corpus infeſtāt, cōpetenti quātitate euacuari: qm̄ ſi aliorū & nō moleſtantiū excretio fiat, contrarium eueniret. Nec enim humores ita euacuati conferrent:& ad hęc grauiter ab ægroto *Euacuationis conferentia quid denotet.*

Tolerantia euacuationis quid oſtendat. ferrentur. Tolerantia indicat facultatem, quæ corpus gubernat, eſſe potentem: & euacuationem nó ſuperfluere. Quia ſicut ad modicam excretionem ferè ſemper agitatio, & aggrauatio ſequitur, (qua de cauſa illa conferre non poteſt, etiam ſi ex humore nocente efficiatur,) ad eundem modũ, immodicam, virium corporis diſſolutio, & imbecillitas comitatur. Nó ab re igitur in præſenti prognoſtico Hippocrates ait, quòd quæcumque dolorem non ſedat, mala eſt. Nam cùm ſcreatio conueniẽs ſit euacuatio eorum, quæ circa thoracem dolorẽ progignunt; cùm ea dolor non lenitur, indicium eſt aliam ab humore dolorem faciente materiam ſecerni: aut huiuſmodi euacuationem ſymptomaticam eſſe, nec à natura corpus à cauſis morbum committẽtibus repugnãte perfici. Quod indicat qui excernuntur humores coctos non eſſe, nec à bonis ſecretos; tantam tamen interim eorum copiam, vel acrimoniam, naturam laceſſere, vt è vaſis, receptaculiſque ſuis proprio impetu foras exiliant, naturæ aſpernantes imperium. Quod denotat, naturã illos cõtinuò ad excretionem irritare.

Obiectio. ¶ Cęterùm obijciet hic aliquis, fieri non poſſe, vt ſcreatione dolor non ſedetur. Nam ſi per eam humor, qui partem inflammatione obſeſſam diſtendebat, excernitur; conſequens videtur, partẽ vniri, regredique in habitum naturalem, quo quidẽ regreſſu dolorem mitefcere, neceſſarium quidem eſt.

Dilutio. Cui reſpondendum apparet, poſſe ſatis excreari, & dolorem non leniri; vel, quia tanta eſt vicioſorum humorum in córpore redundantia, vt maiori

iori multò mole ad ſedem affectam confluant, quàm ſcreatione euacuentur: vel, quia materia illa quæ in affecto loco relinquitur, licet copia ſit minor, qualitate tamen deterior euadit. Vndè nihil mirum eſt, ſi in ea malitia quantitatem ſuppleat. Vel dicendum tandem, fieri poſſe, vt tumor præter naturam, ad ſuppurationem vertatur: cùm (vt ex prognoſtico ſubſequenti fiet manifeſtum) vnũ ex ſuppurationis indicijs ſit, ſcreatione dolorem non deſinere. Quocirca licet aliqua humoris portio euacuetur, reliqua in parte inflammata manẽs, agitatur, calfit, extenditur, atque maiorem multo, quàm antè occupat locum: vndè vehementior & dolor, & febris exoriuntur: quandoquidem, teſte eodem Hippocrate aphor. 47. ſect. 2. dũ pus conficitur, dolores ac febres magis infeſtant, quàm iam pure confecto.

PROGNOST. LII.

Quicumq; autem dolores ex his ſedibus nõ deſinunt, neque ſcreationum purgationibus, neque ventris ſubductionibus, neque venæ inciſionibus, ac medicamentis, & in victus rationibus, in ſuppurationem verti ſciendum eſt.

COMMENTARIVS.

QVælibet inflammatio duplicem habet exitum: aut enim finitur reſolutione, aut ſuppuratione; ſic enim laterum, pulmonumque inflammationes eiſdem modis finiri ſolent. Reſolutio aut eſt inſenſibilis, aut manifeſta. Sẽſum effugit, quando inflammationes prædictę adhibitis fomentis, aut victus ratione ſoluuntur: quod euenit *Inflammatio omnis duob' terminatur modis.*

cùm inflammatio exigua eſt,nec in corpore toto redundantia ſubeſt. Talis fuit iuuenis illius pleuritis,quæ,vt.6.epid.part.3.comm. vltimo refert Galenus,ſolis fomentis,& victus ratione abſque ſanguinis miſsione,& purgatione fuit perſanata. Cęterùm ſenſilis reſolutio multis fieri modis ſolet, nempè ſcreatione, venæ ſectione, & ventris ſubductione. Harum vacuationum præſtantior eſt, quæ per ſputorum purgationem peragitur, eò quòd ſcreatio eorum excrementorũ, quæ in thorace,& pulmone continentur,conueniens eſt euacuatio; dicente Galeno lib. 4.aphor.comm.2.per tuſsim exinaniri quæcumque in pectore ſunt,atq; pulmone. Et lib.7.meth.in fine aiebat, pulmones, & pectus per aſperam arteriam, & fauces purgari. Quocirca rectiſsimè ſcriptum ab Auicenna eſt, 10.3.tract.5.cap.2.oportere, vt ſit magnifica medici intentio, ad hoc vt ſputum facile fiat. Quando itaq; nec ſcreationis purgatione, nec aliquo alio commemoratorum auxiliorũ pulmonia, aut thoracis inflammatio deſinit,ait Hippocrates, ipſam ſuppurari,aut ad ſuppurationem verti. Terminũ autem purgationis poſuit Hippocrates aphor.8. libri.5.cùm inquit: Quicumque morbo laterali laborantes,in quatuordecim diebus non repurgantur,ad ſuppurationem vertuntur.Per ſuppurationem Galenus in enarratione dicit eſſe intelligendam eam,quæ fit in pus,tranſmutationem:aut eá, quæ fit inter thoracem, & pulmonem puris effuſionem. Nam vtrumque horum ait fieri quando morbo laterali laborantes non expurgantur per ſputa.

Quando inflammatio ad ſuppurationem vertatur.

ſputa. Idem etiam Hippocrates in lib. de morbis, qui extrà; quem Galenus Polybi eſſe putat, ſcribit dicens: Si ſpuat, puſq; de pectore expurget, ſaneſcit: ſin minùs, purulentus fit, morbuſque protrahitur. Simili modo dicebat Hippocrates apho. 15. ſect. 5. quòd quicumque ex morbo laterali ſuppurantur, ſi in quadraginta diebus repurgantur, à die, quo fit ruptio, liberantur: ſi verò non, ad tabẽ tranſeunt. Quam ſententiam enarrans Galenus, inquit: Niſi vt plurimum in quadraginta diebus puris euacuatio fiat per ſpuitiones purgati, neceſſe eſt pulmones exedi, pure proceſſu temporis putreſcente. Morbo igitur laterali diem decimumquartum terminum poſuit purgationis: ſuppuratis autem quadraginta. Vtrunq; enim continget, & pleuriticis ſuppuratio, & ſuppuratis tabes; niſi in prædictis diebus conferta fiat materierum per ſpuitiones expurgatio. Veruntamen quando Hippocrates dicit, pleuriticos ſuppurari, niſi in diebus quatuordecim repurgentur; intelligi debet, facta connumeratione non à primo morbi initio, ſed ab illo die, quo repurgari cœperũt. Nam ſi primo modo fiat ſupputatio, falſa erit Hippocratis ſententia, cùm Anaxion morbum lateralem patiens, non niſi trigeſimoquarto die fuit repurgatus: nec tamen purulentus euaſit. Veruntamen incipiens expurgari vigeſimo die, & deſinens trigeſimoquarto, in diebus quatuordecim repurgatus dicetur. Inter ea etiam, quæ lateris dolorem ceſſare faciunt, ventris ſubductionem recenſet Hippocrates. Intelligit per ſubductionem ventris, alui

Hippocratis aphoriſmus explicatur.

profluuium ſpontinum Nam aliud, quod à purga tione fit, ſub medicamento comprehendit, cùm inquit: Ac medicamentis. Vtrùm verò profluuiū alui pleuritidi conferat, controuerſum apud Apo nenſem eſt, differentia. 192. Veruntamen, vt arbitror, hanc controuerſiam dirimit Auicenna. 10.3. tractat. 4. cap. 4. vbi ait, in principio conferre, ſalu breque auxilium eſſe: in fine, nequaquàm. Siquidem, Hippocrate auctore libro. 6. aphor. ſententia 16. à morbo laterali, vel pulmoniæ correpto alui profluuium ſuperueniens, malum. Cæterùm obijciet hic aliquis, hoc in principio prodeſſe nō poſſe; quādoquidem teſtimonio Galeni. 4. lib. aphor. comm. 22. omnis euacuatio hoc tempore eueniēs, mala eſt: & ſymptomatis rationem habet. Cui dicendum videtur, alui profluuium incipienti pleuritidi tanquam auxilium reuellens conferre, ſalubreque eſſe. Nam in principio natura materierum colluuiem in vijs ductuum exiſtentium per aluū detrudere nititur: ad quarum vacuationem humores, qui ad latus defluunt, vtpote in motu exiſtentes vnà euacuantur, & communium materierum motum ſequuntur: ad quem illi, ob ſuam ipſorum motionem, propenſi erant. Vndè melius eſt vt ad inteſtina auertantur, quàm ad locum affectum decumbant. Quæ itidem cauſa eſt, cur, qui habent ventrem natura humidiorem, minimè morbo laterali, atque alijs morborum generibus corripiantur: quemadmodum Galenus. 6. ſect. aphor. cōm. 33. ex Hippocratis auctoritate affert. Que verba ſcripſit Hippocrates libro de aëre, aquis, & locis,

Obiectio.

Solutio.

in

in principio: & in comm. de vulneribus capitis. Progreſſu tamen morbi, alui profluuium ſi aduenerit, damnandum eſt: quoniam virium imbecillitatem ſignificat: ac prætereà iecur compati; & in ſpiritualibus, & naturalibus inſtrumentis vitium ineſſe. Quod intelligi debet, forti exiſtente affectione, vt Hippocrates aphor. 16. citato, illa voce, correpto, innuere voluit: quæ pro detento, ac vehementer vexato homine à talibus paſsionibus vſurpatur. Quo caſu; vt in illius aphor. enarratione Galenus ſcribit; profluuium alui ſolet aduenire, non potente hepate ad ſe attrahere alimētum, nec conuertere in ſanguinem: & quandoq; ventriculo idem alimentum corrumpente. In mediocri enim morbo laterali, atque pulmonia, ait Galenus, tale profluuium ſuperueniens prodeſſe poſſe ratione euacuationis: & magis cùm ſigna coctionis apparuerint, nec adeſt timor, ſed morbus eſt citra periculū. Tum etiā quia in mediocri morbo laterali hepar nō cōpatitur, ſed in vehementi. Nā; auctore Galeno; cùm partes aliquæ patiuntur, nō ſimpliciter aliæ compatiuntur, ſed cum forti paſſione detinentur. Secundum hoc igitur, & hepate fortiter patiente, ſingultus ſuperuenit compatiente ventriculo.

Quād. partibus patientibus, alia compatiantur.

PROGNOST. LIII.

Quæcumq; autem ſuppurantur, dum ſcreatio biliosa eſt, exitioſa admodum ſunt, ſiue viciſsim bilis, ac pus, ſiue ſimul excernantur.

COMMENTARIVS.

IN ſuccis, qui intra vaſa continentur, quandam portionem coqui; alia cruda remanente, malũ eſt. Deteriùs tamen exiſtit in inflammationibus hanc inueniri diuerſitatem: quoniam humores in venis ab vno in alium locum transfluunt: nec vni parti, ſicuti in inflãmationibus coercentur. Quare in humoribus venarum, & arteriarum non ita mirum eſt, partem quandam coctam, aliam crudam reperiri: veluti in tumoribus præter naturam, in quibus humores omnes cunctim putreſcere, aut concoqui ſolent: vtpotè (vt Galenus ait. 1. de febr. differentia, cap. 7.) ſemper inuicem conuerſantes, atque incluſi in eodem loco. Quod ſi contingat partem, quæ inflammatur, aut tumore præter naturam afficitur, præcipuam eſſe, aut circa ſedem præcipuam, in qua ingens calor habetur, collocari, adhuc maius malum eſt, prædictam reperiri materierũ varietatem. Quia quemadmodum in commen. ſcribit Galenus, indicatur humor quidam ferociſsimus: quandoquidem demonſtrante, atque oſtendente natura quonam pacto præparata ſit ad concoquendum nihil prorſus illi conceſsit.

Cor in tumoribꝰ præter naturã, partẽ quandam coqui, alia cruda remanente, deterius ſit, quàm in humoribus venarum.

PROGNOST. LIIII.

Potiſsimùm verò, quoties ſuppuratio excerni ab eiuſmodi ſcreatione, ſeptima die ægrotationis incepit.

COMMENTARIVS.

BIlioſum ſputum ſimul cum pure miſceri, maleficum ſignum eſt: tale verò ſeptima die apparens, maleficentius efficitur ex diei natura firmitudinem deſumens prauitatis. Quoniam dies decretorij

cretorij bonis iudicationibus bonitatem intendunt: malis verò magnitudinem adaugent malitiæ; quemadmodum. 1.epid.part.2.tex. 25.innuere voluit Hippocrates, cuius ſententiã refert Galenus libro. 3.de diebus decretorijs ſcribẽs in hũc modum: Hippocrates damnat maximè mutationes, quæ in diebus decretorijs ad peiora declinãt: quippè quod lethalis morbi ſymptoma ſint:quẽadmodum, vt arbitror benigni,id eſt, ad ſanitatẽ tendentis contrarium.Et infrà libro.3.commẽ.19. explicans illud prognoſticum: Si verò nec diebus decretorijs deletur rubor. &c. inquit: Illa diebus decretorijs euenire, gratia firmioris fidei dicta ſunt:quod ſanè verùm eſt.Si nanque materia diebus trãſmeat decretorijs in pulmonem, recurratque introrſus,ſacer ignis nequaquàm per halitum digeſtus in exteriore ſuperficie,non ſolùm nõ bonum id eſt, ſed etiam malum maximum, propterea quòd ex diei natura firmiorem aſſumat prauitatem.Itaque criſes qualeſcumque fuerint, ſiue bonæ,ſiue malæ,in diebus factæ decretorijs, maiorẽ habent iudicationis certitudinem, quàm in cæteris alijs diebus,vel indicibus, vel intercidentibus. Sic aëris mutationes firmiores ſunt,quæ in aſpectu ſextili, aut quartili, aut oppoſitionis Lunæ cũ Sole efficiunt̃,quã quæ intermedijs diebus cõtingunt. Quòdſi Hippo.in præſentia ſeptimi diei ſignatim mentionẽ fecit,ob id eſt,quia; Galeno auctore primo de diebus decretorijs, ca.4.hic inter omnes iudicatorios dies primus exiſtit, nõ numero ſolũ,& ordine,ſed & dignitate,& poteſtate; eò quòd

Mutationes in diebus decretorijs factæ firmæ ſunt, & certa.

quòd omnes decretoriorum notas occupat: ſiquidem plurimos indicat, & abſolutè, ac cum manifeſta excretione, aut abſceſſu. Quocirca malum ſignum, quod in eo apparet, adhuc firmius habetur ad futuram mortem prænunciandam, quàm in reliquis decretorijs diebus, qui poſt illum exiſtunt.

PROGNOST. LV.

Screantem verò talia, mori quartodecimo die ſperari poteſt, niſi bonum aliquod illi acciderit.

COMMENTARIVS.

QVo die moriturus ſit ille, qui ſcreationẽ biliofam, ac purulentã reijcit, hoc in prognoſtico docet Hippocrates, dicens, eum qui ſeptimo ægrotatiõis die incepit talia ſcreare, decimoquarto eſſe moriturum: modò reliqua alia indicia non magis bonum, quàm malũ præoſtendant: ſed medio modo ſe habeãt. Nam accedentibus pluribus malis, mors non expectabit decimumquartum, ſed in nono, vel vndecimo anteuertet: quemadmodum ſi bona multa aduenerint, ad decimumſeptimum, vel vigeſimum differetur. Et hoc eſt, ꝙ in contextu innuit Hippocrates, cùm inquit; Moriturum eum eſſe decimoquarto die, niſi bonum aliquod indicium ei ſuperuenerit. Quibus verbis non vult ſuperueniente aliquo bono liberari ęgrotantem, (nam; quemadmodũ in ſubſequenti commen. dicet Galenus; ad hoc vt æger à tali ſcreatione vindicetur, omnia bona indicia exiguntur,) ſed id ſolùm, quod quando bona aliqua ſuperuenerint, morbus in decimoquarto non poterit occidere; ſed in tempore longiori, neutris tamen ſignis

gnis apparentibus, aut accedentibus paucis bonis, cum ea quæ dicta eſt ſcreatione, decimoquarto die æger abolebitur. Ratio eſt, quia quádo in morbis nullum adeſt irritamentum, aut cauſa, quæ iudicationem remoretur, æquale tempus eſt à prima morbi aggreſsione, vſque ad coctionem manifeſtam, aut ad ſigna admodúm exitialia, cum eo, quod habetur ab his, vſque ad omnimodam ſolutionem, vel mortem. Quod verum eſſe Hippocratis teſtimonio liquet. 4. lib. aphor. comm. 71. dicentis: Quibus ſeptima die criſis fit, ijs nubecula rubra quarto die in vrinis apparet: & alia ex ratione. Quibus verbis perſpicuum fit, tantùm intereſſe tempus à primo morbi inſultu, vſque ad nubeculæ apparitionem, quantum ab hac, vſque ad integram morbi iudicationem. Eſt enim nubecula rubra, Galeno auctore lib. 1. de criſibus cap. 17. ſignũ coctionis manifeſtæ; & quartus dies communis eſt primo, & ſeptimo; & medius inter vtrumque. Rurſus in eiuſdem aphoriſmi comm. Galenus de eadem nubecula ſermonẽ inſtituens, inquit: Cui verò in ſeptima apparuerit, hic quartodecimo fuit iudicatus. Quia tamen poteſt interdum aliter euenire; aut quia plurimæ conſtitutiones illegitimæ ſunt; aut ob aliquam aliam cauſam; ideò ſubdit: Cui verò decimoquarto, hic in vigeſimo. Apparuit autem cuidam alteri in vndecimo, qui decimoſeptimo iudicatus eſt. Et cuidã alij in eodẽ vndecimo, qui vigeſimo die fuit iudicatus, licet hic poſtremus legitimam conſtitutionem ſeruauerit. Nam & ſi ex dierum numero vigeſimoſecundo debe-

debebat iudicari, quia tamen hic decretorius non eſt, nec vigeſimus primus æquam decernēdi vim habeat, ac vigeſimus, ideò rationi conſonum extitit die vigeſimo factam iudicationem fuiſſe. Verū hæc, quæ dicta ſunt de æquabilitate temporis, ꝙ eſt à primo morbi initio, vſque ad ſigna coctionis manifeſtæ, cum eo, quod ad hoc progreditur, vſq; ad integram morbi ablationem, veritatem obtinent in ijs morbis, qui legitimum ſeruāt motum. Nam cæteri, qui illegitimè mouentur, cùm multi ſint, & numero propè infiniti, nequeunt arte comprehendi. Motum legitimum ſeruant morbi illi, quot quot citra irritamentum aliquod, aut remorantem cauſam, ſuum fatalem peragunt curſum. In quibus proportio hæc ſeruatur, vt totius morbi principium par ſit ſequentibus duobus temporibus. Atque idem principium duas æquales obtinet partes ſeparatas die, in qua ſigna coctionis obſcuræ primum ſe produnt: quemadmodum. 1. de criſibus, ca. 20. Galenus his innuere verbis voluit: Nam ſi ad hoc reſpexeris, nihil erit amplius difficilè inuenire, ſi tot primis diebus ab his, quæ primo die apparuerint, tot iā abſceſſerint, quot erāt reliqua tranſigenda vſque ad manifeſtam coctionem. Indè autem aſcenſus incipit. Quo ſermone manifeſtè vult, à prima inuaſione morbi vſque ad diem, quo primū ſigna coctionis obſcuræ videntur, tantum interponi ſpatium, quantum ab illa, vſque ad ſigna coctionis manifeſtæ, quæ, teſte Galeno in fine. 17. capitis primi lib. de criſibus, terminant illud morbi principium, quod eſt pars totius morbi,

Morbi legitimum motum ſeruantes quā habeant conſtitutionem.

morbi. Veruntamen hæc omnia de morbis ſalubribus magis eſſe intelligenda videtur. Sed quòd in lethalibus eadem ſeruetur proportio, ex præſenti prognoſtico liquidò fit omnibus, in quo Hippocrates vult admodum exitioſum ſignum, quod in ſeptimo die apparet, mortem decimoquarto die futuram præoſtendere. Similiter nubecula nigra quarto die viſa, ſeptimo moriturum eſſe ægrotum denunciat, vt Galen voluit lib.3.de criſibus.c.10.

PROGNOST. LVI.

Bona verò hæc ſunt, facilè morbum ferre: benè ſpirare: dolore vindicatum eſſe: ſputum facilè extuſsire: corpus æqualiter calidum videri, ac molle: ſiti non detineri: vrinas, deiectiones, ſomnos, ſudores, ſingula intelligere bona, vti perſcriptũ eſt, ſuccedere. Ita enim omnibus his euenientibus, homo haud ſanè morietur. Quòd ſi ex his alia ſuperuenerint, alia non, vtique nõ vltra quartumdecimum diem viuens ægrotus peribit. At horum contraria, difficulter tolerare morbũ: Spirationem magnam eſſe ac crebram: dolorem non ſedari: ſputum vix extuſsire: ſiti admodum conflictari: corpus ab igne inæqualiter haberi: ventrem, & coſtas calidas valdè eſſe, frontem autẽ & manus, ac pedes algidos: vrinas, deiectiones, ſomnos, ſudores, mala ſic, vti deſcriptum eſt, noſſe ſingula. Nam ſi horum quodpiam ſputo ſuperueniat, priùs ſanè, quam diem quartumdecimum attigerit homo, decedet, vel nono, vel vndecimo. Ita nimirùm coniectari oportet, vtpote hoc ſputo facilè exitium portendente, nec in quartumdecimum diem deducente. Porrò euenientia bona ac mala expendentem, ex his prædicere, antefariq́;

oportet

haudquaquam debet. Sed quæret hîc meritò aliquis, cùm pulmonia ab omnibus humoribus progignatur, cur Hippocrates de illa tãtùm, quæ à bile, & ſanguine ortum ducit, verba facit. Cui dicendum, ſanguinem, & bilem ob ſui tenuitatem, & calorem, à corporibus, quibus continentur, in principio reſudare, & permiſceri poſſe: cæteros verò humores pituitam, & melancholiam, ſaltem in primis diebus minimè id efficere valere. Nam frigidi adeò, craſsique ſunt, vt à locis, quibus conſiſtunt, in aſperas pulmonis arterias excidere, & inter ſeſe permiſceri nequeant, niſi tractu temporis calfiant, & attenuentur. Adde, huiuſmodi humores naturâ ſuâ diuturnas, & valdè moroſas pleuritides, & peripneumonias committere: quod nõ efficerent, ſi inter initia, ſigna coctionis præberent. Addit deinceps in contextu Hippocrates, flauam ſcreationem non debere multo ſanguini permiſceri. Nam cùm exiguus ſanguis eſt, ex vena, vel arteria tranſcolatus; ſiue vt Galenus lib. 5. metho. ca. 2. loquitur, ſudoris modo tranſmiſſus profluit. Quod euenit tunica vaſorum rarefacta, ſanguine verò ipſo tenuato: quemadmodum ſi multus profſueret ſanguis, peſsima eſſet talis ſcreatio, vtpotè venarum rupturæ, aut anaſtomoſis index. Quàm mala autem ſit hæc affectio, per quã pulmo phlegmone ſimul, & vaſis diuiſione laborat, hinc fit manifeſtum, quod diuiſio curari nequit, priuſquam phlegmone ſanetur, & vas tantum tempus quantùm ad phlegmones ſanationem exigitur, citra vitæ diſpendium apertum, ruptumve eſſe non patitur,

Peſſima pulmonis affectio.

tur,

tur. Accedit eò quòd maturata phlegmone per tuſsim debet expurgari,qua expurgatione vas amplius rumpitur, laceraturq́ue; ex quo itidem ſanandi exoritur difficultas. Et ad hæc ex eo, quòd quæ idonea vlceribus medicamenta ſunt, contingere vas diuiſum, ſicut in ventriculo,non valent: quo fit, vt per medium interuallum ferè vim ſuã amittant. Quapropter prudenter Galenus libr.5. metho.capi.11.præcepit, ruptum in pulmone vas, protinus, antequàm phlegmone excitetur, glutinare.Pro comperto habens,quòd niſi ante phlegmones generationem cohæreat, id poſteà fore inſanabile.

PROGNOST. LI.

Omnes autem ſcreationes,malæ ſunt,quæ non ſedant dolorem:peſsimæ autem nigræ,vt deſcriptum eſt: Quæ verò ſedant dolorem,omnibus meliores ſunt.

COMMENTARIVS.

EOrum, quæ à corpore excernuntur, vtilitatẽ nullo alio meliori indicio, quàm ab effectu cognoſcimus.Nam ſi euacuatio quæuis ægrotanti confert, ab eaq́ue facilè fertur,vtilis, atque proficua cenſeri debet:ſiue ipſa ſponte,ſiue arte facta fuerit,quemadmodum.1.ſect.aphor. 2.&.3.voluit Hippocrates:ſic omnis excretio mala eſt,quæ nec ad morbi ſublationem confert,nec eam ægrotans facilè fert.Conferentia euacuationis,denotat illos humores,qui corpus infeſtãt, cõpetenti quãtitate euacuari: quòd ſi aliorũ & nõ moleſtantiũ excretio fiat, contrarium eueniret. Nec enim humores ita euacuati conferrent:& ad hæc grauiter ab ægroto *Euacuationis conferentia quid denotet.*

Tolerantia euacuationis quid oſtendat. ferrentur. Tolerantia indicat facultatem, quæ corpus gubernat, eſſe potentem: & euacuationem nõ ſuperfluere. Quia ſicut ad modicam excretionem ferè ſemper agitatio, & aggrauatio ſequitur, (qua de cauſa illa conferre non poteſt, etiam ſi ex humore nocente efficiatur,) ad eundem modũ, immodicam, virium corporis diſſolutio, & imbecillitas comitatur. Nõ ab re igitur in præſenti prognoſtico Hippocrates ait, quòd quæcumque dolorem non ſedat, mala eſt. Nam cùm ſcreatio conueniẽs ſit euacuatio eorum, quæ circa thoracem dolorẽ progignunt; cùm ea dolor non lenitur, indicium eſt aliam ab humore dolorem faciente materiam ſecerni: aut huiuſmodi euacuationem ſymptomaticam eſſe, nec à natura corpus à cauſis morbum committẽtibus repugnãte perfici. Quod indicat qui excernuntur humores coctos non eſſe, nec à bonis ſecretos; tantam tamen interim eorum copiam, vel acrimoniam, naturam laceſſere, vt è vaſis, receptaculiſque ſuis proprio impetu foras exiliant, naturæ aſpernantes imperium. Quod denotat, naturã illos cõtinuò ad excretionem irritare.

Obiectio. ¶ Cęterùm obijciet hic aliquis, fieri non poſſe, vt ſcreatione dolor non ſedetur. Nam ſi per eam humor, qui partem inflammatione obſeſſam diſtẽdebat, excernitur; conſequens videtur, partẽ vniri, regredique in habitum naturalem, quo quidẽ regreſſu dolorem miteſcere, neceſſarium quidem eſt.

Dilutio. Cui reſpondendum apparet, poſſe ſatis excreari, & dolorem non leniri; vel, quia tanta eſt vitioſorum humorum in corpore redundantia, vt maiori

iori multò mole ad ſedem affectam confluant, quàm ſcreatione euacuentur: vel, quia materia illa quæ in affecto loco relinquitur, licet copia ſit minor, qualitate tamen deterior euadit. Vndè nihil mirum eſt, ſi in ea malitia quantitatem ſuppleat. Vel dicendum tandem, fieri poſſe, vt tumor præter naturam, ad ſuppurationem vertatur: cùm (vt ex prognoſtico ſubſequenti fiet manifeſtum) vnũ ex ſuppurationis indicijs ſit, ſcreatione dolorem non deſinere. Quocirca licet aliqua humoris portio euacuetur, reliqua in parte inflammata manẽs, agitatur, calfit, extenditur, atque maiorem multo, quàm antè occupat locum: vndè vehementior & dolor, & febris exoriuntur: quandoquidem, teſte eodem Hippocrate aphor. 47. ſect. 2. dũ pus conficitur, dolores ac febres magis infeſtant, quàm iam pure confecto.

PROGNOST. LII.

Quicumq; autem dolores ex his ſedibus nõ deſinunt, neque ſcreationum purgationibus, neque ventris ſubductionibus, neque venæ inciſionibus, ac medicamentis, & in victus rationibus, in ſuppurationem verti ſciendum eſt.

COMMENTARIVS.

QVælibet inflammatio duplicem habet exitum: aut enim finitur reſolutione, aut ſuppuratione; ſic enim laterum, pulmonumque inflammationes eiſdem modis finiri ſolent. Reſolutio aut eſt inſenſibilis, aut manifeſta. Sẽſum effugit, quando inflammationes prædictę adhibitis fomentis, aut victus ratione ſoluuntur: quod euenit *Inflammatio omnis duob' terminatur modis.*

cùm inflammatio exigua eſt, nec in corpore toto rédundantia ſubeſt. Talis fuit iuuenis illius pleuritis, quæ, vt. 6. epid. part. 3. comm. vltimo refert Galenus, ſolis fomentis, & victus ratione abſque ſanguinis miſsione, & purgatione fuit perſanata. Cęterùm ſenſilis reſolutio multis fieri modis ſolet, nempè ſcreatione, venæ ſectione, & ventris ſubductione. Harum vacuationum præſtantior eſt, quæ per ſputorum purgationem peragitur, eò quòd ſcreatio eorum excrementorũ, quæ in thorace, & pulmone continentur, conueniens eſt euacuatio; dicente Galeno lib. 4. aphor. comm. 2. per tuſsim exinaniri quæcumque in pectore ſunt, atq; pulmone. Et lib. 7. meth. in fine aiebat, pulmones, & pectus per aſperam arteriam, & fauces purgari. Quocirca rectiſsimè ſcriptum ab Auicenna eſt, 10. 3. tract. 5. cap. 2. oportere, vt ſit magnifica medici intentio, ad hoc vt ſputum facile fiat. Quando itaq; nec ſcreationis purgatione, nec aliquo alio commemoratorum auxiliorũ pulmonia, aut thoracis inflammatio deſinit, ait Hippocrates, ipſam ſuppurari, aut ad ſuppurationem verti. Terminũ autem purgationis poſuit Hippocrates aphor. 8. libri. 5. cùm inquit: Quicumque morbo laterali laborantes, in quatuordecim diebus non repurgantur, ad ſuppurationem vertuntur. Per ſuppurationem Galenus in enarratione dicit eſſe intelligendam eam, quæ fit in pus, tranſmutationem: aut eã, quæ fit inter thoracem, & pulmonem puris effuſionem. Nam vtrumque horum ait fieri quando morbo laterali laborantes non expurgantur per ſputa.

Quando inflammatio ad ſuppurationem vertatur.

ſputa. Idem etiam Hippocrates in lib. de morbis, qui extrà; quem Galenus Polybi eſſe putat, ſcribit dicens: Si ſpuat, puſq; de pectore expurget, ſaneſcit: ſin minùs, purulentus fit, morbuſque protrahitur. Simili modo dicebat Hippocrates apho. 15. ſect. 5. quòd quicumque ex morbo laterali ſuppurantur, ſi in quadraginta diebus repurgantur, à die, quo fit ruptio, liberantur: ſi verò non, ad tabē tranſeunt. Quam ſententiam enarrans Galenus, inquit: Niſi vt plurimum in quadraginta diebus puris euacuatio fiat per ſpuitiones purgati, neceſſe eſt pulmones exedi, pure proceſſu temporis putreſcente. Morbo igitur laterali diem decimumquartum terminum poſuit purgationis: ſuppuratis autem quadraginta. Vtrunq; enim continget, & pleuriticis ſuppuratio, & ſuppuratis tabes; niſi in prædictis diebus conferta fiat materierum per ſpuitiones expurgatio. Veruntamen quando Hippocrates dicit, pleuriticos ſuppurari, niſi in diebus quatuordecim repurgentur; intelligi debet, facta connumeratione non à primo morbi initio, ſed ab illo die, quo repurgari cœperūt. Nam ſi primo modo fiat ſupputatio, falſa erit Hippocratis ſententia, cùm Anaxion morbum lateralem patiens, non niſi trigeſimoquarto die fuit repurgatus: nec tamen purulentus euaſit. Veruntamen incipiens expurgari vigeſimo die, & deſinens trigeſimoquarto, in diebus quatuordecim repurgatus dicetur. Inter ea etiam, quæ lateris dolorem ceſſare faciunt, ventris ſubductionem recenſet Hippocrates. Intelligit per ſubductionem ventris, alui pro-

Hippocratis aphoriſmus explicatur.

in principio: & in comm. de vulneribus capitis. Progreſſu tamen morbi, alui profluuium ſi aduenerit, damnandum eſt: quoniam virium imbecillitatem ſignificat: ac prætereà iecur compati; & in ſpiritualibus, & naturalibus inſtrumentis vitium ineſſe. Quod intelligi debet, forti exiſtente affectione, vt Hippocrates aphor. 16. citato, illa voce, correpto, innuere voluit: quæ pro detento, ac vehementer vexato homine à talibus paſsionibus vſurpatur. Quo caſu; vt in illius aphor. enarratione Galenus ſcribit; profluuium alui ſolet aduenire, non potente hepate ad ſe attrahere alimẽtum, nec conuertere in ſanguinem: & quandoque ventriculo idem alimentum corrumpente. In mediocri enim morbo laterali, atque pulmonia, ait Galenus, tale profluuium ſuperueniens prodeſſe poſſe ratione euacuationis: & magis cùm ſigna coctionis apparuerint, nec adeſt timor, ſed morbus eſt citra periculũ. Tum etiã quia in mediocri morbo laterali hepar nõ cõpatitur, ſed in vehementi. Nã; auctore Galeno; cùm partes aliquæ patiuntur, nõ ſimpliciter aliæ compatiuntur, ſed cum forti paſſione detinentur. Secundum hoc igitur, & hepate fortiter patiente, ſingultus ſuperuenit compatiente ventriculo. *Quãdo partibus patientibus, aliæ compatiantur.*

PROGNOST. LIII.

Quæcumq; autem ſuppurantur, dum ſcreatio bilioſa eſt, exitioſa admodum ſunt, ſiue viciſsim bilis, ac pus, ſiue ſimul excernantur.

COMMENTARIVS.

IN ſuccis, qui intra vaſa continentur, quandam portionem coqui;alia cruda remanente, malũ eſt. Deteriùs tamen exiſtit in inflammationibus hanc inueniri diuerſitatem;quoniam humores in venis ab vno in alium locum transfluunt: nec vni parti,ſicuti in inflãmationibus coercentur.Quare in humoribus venarum,& arteriarum non ita mirum eſt, partem quandam coctam,aliam crudam reperiri: veluti in tumoribus præter naturam, in quibus humores omnes cunctim putreſcere, aut concoqui ſolent:vtpotè(vt Galenus ait. 1.de febr. differentia,cap.7.) ſemper inuicem conuerſantes, atque incluſi in eodem loco. Quod ſi contingat partem, quæ inflammatur, aut tumore præter naturam afficitur, præcipuam eſſe, aut circa ſedem præcipuam, in qua ingens calor habetur, collocari,adhuc maius malum eſt,prædictam reperiri materierũ varietatem. Quia quemadmodum in commen.ſcribit Galenus, indicatur humor quidam ferociſsimus: quandoquidem demonſtrante,atque oſtendente natura quonam pacto præparata ſit ad concoquendum nihil prorſus illi conceſsit.

Cur in tumorib' præter naturã, partẽ quandam coqui, alia cruda remanente, deterius ſit, quàm in humoribus venarum.

PROGNOST. LIIII.

Potiſsimùm verò,quoties ſuppuratio excerni ab eiuſmodi ſcreatione,ſeptima die ægrotationis incepit.

COMMENTARIVS.

BIliosum ſpũtum ſimul cum pure miſceri,maleficum ſignum eſt: tale verò ſeptima die apparens,maleficentius efficitur ex diei natura firmitudinem deſumens prauitatis.Quoniam dies decretorij

cretorij bonis iudicationibus bonitatem intendunt: malis verò magnitudinem adaugent malitiæ; quemadmodum. 1.epid.part.2.tex. 25.innuere voluit Hippocrates, cuius ſententiã refert Galenus libro. 3.de diebus decretorijs ſcribẽs in hũc modum: Hippocrates damnat maximè mutationes, quæ in diebus decretorijs ad peiora declinãt: quippè quod lethalis morbi ſymptoma ſint:quẽadmodum, vt arbitror benigni,id eſt, ad ſanitatẽ tendentis contrarium. Et infrà libro.3.commẽ.19. explicans illud prognoſticum: Si verò nec diebus decretorijs deletur rubor. &c. inquit: Illa diebus decretorijs euenire, gratia firmioris fidei dicta ſunt:quod ſanè verùm eſt. Si nanque materia diebus trãſmeat decretorijs in pulmonem, recurratque introrſus, ſacer ignis nequaquàm per halitum digeſtus in exteriore ſuperficie, non ſolùm nõ bonum id eſt, ſed etiam malum maximum, propterea quòd ex diei natura firmiorem aſſumat prauitatem. Itaque criſes qualeſcumque fuerint, ſiue bonæ, ſiue malæ, in diebus factæ decretorijs, maiorẽ habent iudicationis certitudinem, quàm in cæteris alijs diebus, vel indicibus, vel intercidentibus. Sic aëris mutationes firmiores ſunt, quæ in aſpectu ſextili, aut quartili, aut oppoſitionis Lunæ cũ Sole efficiunẽ, quã quæ intermedijs diebus cõtingunt. Quòd ſi Hippo. in præſentia ſeptimi diei ſignatim mentionẽ fecit, ob id eſt, quia; Galeno auctore primo de diebus decretorijs, ca.4. hic inter omnes iudicatorios dies primus exiſtit, nõ numero ſolũ, & ordine, ſed & dignitate, & poteſtate; eò

Mutationes in diebus decretorijs factæ firmæ ſunt, & certæ.

quòd

quòd omnes decretoriorum notas occupat: ſiquidem plurimos indicat, & abſolutè, ac cum manifeſta excretione, aut abſceſſu. Quocirca malum ſignum, quod in eo apparet, adhuc firmius habetur ad futuram mortem prænunciandam, quàm in reliquis decretorijs diebus, qui poſt illum exiſtunt.

PROGNOST. LV.

Screantem verò talia, mori quartodecimo die ſperari poteſt, niſi bonum aliquod illi acciderit.

COMMENTARIVS.

QVo die moriturus ſit ille, qui ſcreationẽ bilioſam, ac purulentã reijcit, hoc in prognoſtico docet Hippocrates, dicens, eum qui ſeptimo ægrotatiõis die incepit talia ſcreare, decimoquarto eſſe moriturum: modò reliqua alia indicia non magis bonum, quàm malũ præoſtendant: ſed medio modo ſe habeãt. Nam accedentibus pluribus malis, mors non expectabit decimumquartum, ſed in nono, vel vndecimo anteuertet: quemadmodum ſi bona multa aduenerint, ad decimumſeptimum, vel vigeſimum differetur. Et hoc eſt, ꝙ in contextu innuit Hippocrates, cùm inquit; Moriturum eum eſſe decimoquarto die, niſi bonum aliquod indicium ei ſuperuenerit. Quibus verbis non vult ſuperueniente aliquo bono liberari ęgrotantem, (nam; quemadmodũ in ſubſequenti commen. dicet Galenus; ad hoc vt æger à tali ſcreatione vindicetur, omnia bona indicia exiguntur,) ſed id ſolùm, quod quando bona aliqua ſuperuenerint, morbus in decimoquarto non poterit occidere; ſed in tempore longiori, neutris tamen ſignis

gnis apparentibus, aut accedentibus paucis bonis, cum ea quæ dicta eſt ſcreatione, decimoquarto die æger abolebitur. Ratio eſt, quia quādo in morbis nullum adeſt irritamentum, aut cauſa, quæ iudicationem remoretur, æquale tempus eſt à prima morbi aggreſsione, vſque ad coctionem manifeſtam, aut ad ſigna admodūm exitialia, cum eo, quod habetur ab his, vſque ad omnimodam ſolutionem, vel mortem. Quod verum eſſe Hippocratis teſtimonio liquet. 4. lib. aphor. comm. 71. dicentis: Quibus ſeptima die criſis fit, ijs nubecula rubra quarto die in vrinis apparet: & alia ex ratione. Quibus verbis perſpicuum fit, tantùm intereſſe tempus à primo morbi inſultu, vſque ad nubeculæ apparitionem, quantum ab hac, vſque ad integram morbi iudicationem. Eſt enim nubecula rubra, Galeno auctore lib. 1. de criſibus cap. 17. ſignū coctionis manifeſtæ; & quartus dies communis eſt primò, & ſeptimo; & medius inter vtrumque. Rurſus in eiuſdem aphoriſmi comm. Galenus de eadem nubecula ſermonē inſtituens, inquit: Cui verò in ſeptima apparuerit, hic quartodecimo fuit iudicatus. Quia tamen poteſt interdum aliter euenire; aut quia plurimæ conſtitutiones illegitimæ ſunt; aut ob aliquam aliam cauſam; ideò ſubdit: Cui verò decimoquarto, hic in vigeſimo. Apparuit autem cuidam alteri in vndecimo, qui decimoſeptimo iudicatus eſt. Et cuidā alij in eodē vndecimo, qui vigeſimo die fuit iudicatus, licet hic poſtremus legitimam conſtitutionem ſeruauerit. Nam & ſi ex dierum numero vigeſimòſecundo

debe-

debebat iudicari,quia tamen hic decretorius non eſt, nec vigeſimus primus æquam decernẽdi vim habeat,ac vigeſimus,ideò rationi conſonum extitit die vigeſimo factam iudicationem fuiſſe. Verũ hæc, quæ dicta ſunt de æquabilitate temporis, ꝙ eſt à primo morbi initio, vſque ad ſigna coctionis manifeſtæ,cum eo,quod ad hoc progreditur,vſq; ad integram morbi ablationem, veritatem obtinent in ijs morbis, qui legitimum ſeruãt motum. Nam cæteri, qui illegitimè mouentur, cùm multi ſint,& numero propè infiniti,nequeunt arte comprehendi. Motum legitimum ſeruant morbi illi, quot quot citra irritamentum aliquod, aut remorantem cauſam, ſuum fatalem peragunt curſum. In quibus proportio hæc ſeruatur, vt totius morbi principium par ſit ſequentibus duobus temporibus. Atque idem principium duas æquales obtinet partes ſeparatas die,in qua ſigna coctionis obſcuræ primum ſe produnt: quemadmodum. 1.de criſibus, ca.20.Galenus his innuere verbis voluit: Nam ſi ad hoc reſpexeris, nihil erit amplius difficilè inuenire, ſi tot primis diebus ab his, quæ primo die apparuerint,tot iã abſceſſerint, quot erãt reliqua tranſigenda vſque ad manifeſtam coctionem. Indè autem aſcenſus incipit. Quo ſermone manifeſtè vult, à prima inuaſione morbi vſque ad diem, quo primũ ſigna coctionis obſcuræ videntur,tantum interponi ſpatium, quantum ab illa, vſque ad ſigna coctionis manifeſtæ, quæ,teſte Galeno in fine.17.capitis primi lib. de criſibus, terminant illud morbi principium,quod eſt pars totius morbi,

Morbi legitimum motum ſeruantes quã habeant conſtitutionem.

morbi,

morbi. Veruntamen hæc omnia de morbis ſalubribus magis eſſe intelligenda vidétur. Sed quòd in lethalibus eadem ſeruetur proportio, ex pręſenti prognoſtico liquidò fit omnibus, in quo Hippocrates vult admodum exitioſum ſignum, quod in ſeptimo die apparet, mortem decimoquarto die futuram præoſtendere. Similiter nubecula nigra quarto die viſa, ſeptimo moriturum eſſe ægrotum denunciat, vt Galen voluit lib.3. de criſibus.c.10.

PROGNOST. LVI.

Bona verò hæc ſunt, facilè morbum ferre: benè ſpirare: dolore vindicatum eſſe: ſputum facilè extuſsire: corpus æqualiter calidum videri, ac molle: ſiti non detineri: vrinas, deiectiones, ſomnos, ſudores, ſingula intelligere bona, vti perſcriptũ eſt, ſuccedere. Ita enim omnibus his euenientibus, homo haud ſanè morietur. Quòd ſi ex his alia ſuperuenerint, alia non, vtique nõ vltra quartumdecimum diem viuens ægrotus peribit. At horum contraria, difficulter tolerare morbũ: Spirationem magnam eſſe ac crebram: dolorem non ſedari: ſputum vix extuſsire: ſiti admodum conflictari: corpus ab igne inæqualiter haberi: ventrem, & coſtas calidas valdè eſſe, frontem autẽ & manus, ac pedes algidos: vrinas, deiectiones, ſomnos, ſudores, mala ſic, vti deſcriptum eſt, noſſe ſingula. Nam ſi horum quodpiam ſputo ſuperueniat, priùs ſanè, quam diem quartumdecimum attigerit homo, decedet, vel nono, vel vndecimo. Ita nimirùm coniectari oportet, vt ponte hoc ſputo facilè exitium portendente, nec in quartumdecimum diem deducente. Porrò euenientia bona, ac mala expendentem, ex his prædicere, antefariq;

oportet

oportet. Ita enim fiet, vt veritatem quis maximè conſequatur.

COMMENTARIVS.

OCcaſione illius, quod in fine prognoſtici pręcedentis dictum eſt, videlicet, niſi bonū aliquod indicium ei acciderit: Hippocrates nunc recenſet tam bona, quàm mala indicia. Sunt autem hæc non morbo laterali, aut pulmoniæ propria, ſed omnibus febricitantibus communia, vt Galenus docet. 1. de criſibus, capit. 5. vbi præſens refert prognoſticū; in quo Hippocrates tria docet. Primum, ad conualeſcendum ex propoſito morbo omnia bona indicia adeſſe neceſſarium quidē fore: propterea quod eſt tam maleficum ſignum in pleuritide bilioſum ſputum ſimul cū pure miſceri; aut, vt Hippocrates ait; modò hoc, modò illo colore infectum reijci, vt niſi ſimul cum eo omnia adſint bona, vinci non poſsit. Ex quo alterum infertur, nimirum, ad moriendum, vnum ſolùm malum adeſſe, ſufficere. Horum vtrumque Hippocratem velle, præſentem contextum legenti fiet manifeſtum. Nam poſtquàm bona indicia connumerauit, conſequenter ait: Ita enim omnibus his euenientibus homo haud ſanè morietur. Et cùm recenſuit mala, ſubdit: Nam ſi quidpiam horum ſputo ſuperueniat, prius ſanè quàm diem decimumquartum attingat homo, decedet. Quàm Hippocratis ſententiam in comm. confirmat Galenus, cùm inquit: Si cui conualeſcendum eſt (intellige, ab hac, quæ dicta eſt, ægritudine) omnia bona indicia adſint neceſſe eſt: ſi moriendum, vel vnum

adſit malum ſufficiet.Nec mirandum, tantã malitiæ vim prędictum ſputum obtinere,vt ſolùm per ſe, niſi à bonis omnibus infringatur, mortem afferre ſufficiat; cùm vniuerſis peſsimis ſignis, quæ in vltimo prauitatis ordine conſtituuntur,hoc inſit:quippè quæ,niſi ab omnibus bonis ſimul aduenientibus,remitti non poſſunt: vt vrina liuida, & deiectio ſimilis, retorta palpebra, frigidi ſudores circa caput, & ceruicem tantùm, vomitus variegatus, nec noctu,nec interdiu poſſe dormire, atque alia huiuſcemodi. Quare non temerè à Galeno dictum eſt.1.de criſibus, capi.13.ſæpè vnum ſignum forte, multis debilibus fidelius exiſtere ad futurã mortem, vel ſanitatem præindicandam. Tertium oſtendit Hippocrates pro varia bonorum, ac malorum miſtione anticipari, aut cunctari diẽ mortis ægrotantis. Verùm quia hoc proximo comm. enarratum abundè fuit,non eſt, cur in eo ampliùs explicando plus temporis conteramus.

Sæpè vnum ſignum forte multa debilia vincit

PROGNOST. LVII.

Aliæ verò ſuppurationes rumpuntur,plurimæ vigeſimo die,aliæ trigeſimo,aliæ quadrageſimo,aliæ ad ſexageſimum diem deueniunt.

COMMENTARIVS.

CVm libro. 1. de ſuppurationibus inflammationum hypochondria obſidentium mentionem fecerit,poſſet aliquis ſuſpicari,haſce nunc ipſum ſignificare velle,cùm inquit: Aliæ ſuppurationes rumpuntur,plurimæ vigeſimo die &c. Veruntamen tractationis ſequela,atque continuitas, magis ſuadent, vt non has intelligamus, ſed illas

 potius,

potius, quæ in prædictis reſpirationis opificijs in-feſtant, de quibus hactenus Hippocrates egit: & poſtmodum nihilominus diſputabit, ſic, vt ſenſus ſit; alię prædictorum reſpirationi ſeruientium inſtrumentorum ſuppurationes, quæ bilem non habent admiſtam, nec adeò calidæ ſunt, vt pręcedẽs, rumpũtur, plurimæ vigeſimo die, aliæ trigeſimo, aliæ quadrageſimo, & aliæ ad ſexageſimum perueniunt. Cuius diſcriminis, & varietatis cauſa ex loci temperie, & ex ſubſtantia, & temperamento humoris eſt deſumenda. Nam inflammatio quò magis in calidiori affligit ſede, & à calidiori, tenuiorique dependet humore, ocyùs & ſuppuratur, ac ſuppurata rumpitur: licet vehementiorem calorẽ ſit paſſa, & à tenuiori humore oriatur illa quæ ſuppurationem non ſenſit, ſed per ſenſum effugientẽ vacuationem amouetur. Cui conferens Auicenna illam, quæ ſuppuratur. 3.4. comm. 20. ait: Et nõ cõtingit, vt maturetur exitura, & cõuertatur quod eſt in ea in pus niſi propter paruitatem caloris innati in membro, aut propter craſsitiem ſubſtantiæ materiæ. Porrò ex illis, quæ in ſuppurationem deueniunt, quò ſunt frigidiores, tepidiorique ſede fatigant, tardiùs ſuppurantur, atque rũpuntur. Quo fit, vt calidę in partibus calidioribus vigeſimo rũpantur die: & frigidæ in partibus frigidioribus in ſexageſimo & medio modo ſe habeãt quę in quadrageſimo ruptionem ſuſcipiunt. Hæ ſunt frigidæ, quæ in calidis locis, aut calidæ, quæ in locis frigidioribus accendũtur. His accedunt, quę ab ætate, & natura differẽtiæ ſumũtur, quas extrinſecùs

du-

ductas Gale.in cõm.vocat:propterea ꝙ ſunt extra humoré,affectamque ſedé. Quæ duo ocyoris,aut tardioris ſuppurationis, & ruptionis cauſæ cõtinẽtes exiſtunt, & proximiores magis eſſe putantur. *Extrinſecæ ductæ differentiæ quæ vocentur.*

PROGNOST. LVIII.

Conſiderari autem oportet, ſuppurationis initium fore, colligentes à die, quo primùm homo febricitauit, aut quo rigor eum prehẽdit: & ſi dixerit pro dolore ſibi ineſſe põdus in loco, quo dolore afficiebatur: hæc enim fiunt inter initia ſuppurationum. Ex hoc igitur tempo*re expectare ſuppurationum fore eruptionem ad prædicta tempora oportet.*

COMMENTARIVS.

QVibus indicijs incipiens ſuppuratio ſit cognoſcẽda, hoc in prognoſtico docet Hippocrates, dicẽs: Initium ſuppurationis fore eo die, quo febris maior, quàm antea, & rigor, ac ponderis ſenſus eueniũt. Quòd ſi aliquis roget, quid medici interſit hoc ſuppurationis principium intelligere: dicendum, huiuſmodi cognitionem ob multa à medico exigi. Primùm (quod ſolùm in præſentia expreſsit Hippocrates) vt intelligat à quo die ſupputatio dierum fieri conueniat, ad futuram vomicæ rupturam præſagiendam. Nam cum dixit aliquas ſuppurationes rumpi vigeſimo die, alias trigeſimo: dies iſti à primo morbi inſultu numerari non debent, ſed à ſuppurationis principio. Rurſum ob id ſuppurationem medicum cognoſcere eſt neceſſarium, vt viſo eius initio ab auxilijs deſiſtat reſolutionem molliẽtibus. Nam cùm iam nullus ſit digeſtioni locus, fruſtra deinceps talia præſi

dia tentabit:vnde Auicenna 10.3.tract.5.cap.2.inquit; Cùm phlebotamas,& euacuas,& non ſedantur accidentia, tunc ſcias, quòd prohibitio collectionis, quam quæris,eſt difficilis. Non ergo iteres phlebotomiam,vt non cõgeletur materia,quę habitura eſt collectionem. Ex quibus Auicennæ verbis intelligere licet eligendã potiùs eſſe ſuppurationẽ,quàm concretionẽ,ſeu materiæ indurationẽ. Proderit etiã maximè, auctore Auicenna.10.3. tract.4.capi.7 præfati ſuppurationis principij cognitio, vt medicus à ſymptomatis ſuperuenientibus non perterreatur, aut expaueſcat,exiſtimans talia mortis occaſione euenire:cùm nõ huius, ſed incipientis ſuppurationis ratione appareant. Quæ licet deterior ſit materiæ reſolutione, magis tamẽ eiuſdem concretione eſt expetenda:Nam humoris concretio,ſeu cõuerſio phlegmones in ſcirrhũ in membrana ſuccingente, aut pulmone, perpetuò caueri debet: quia huiuſmodi diſpoſitio vehementia expoſcit medicamenta : hæc autem ad locum affectum peruenire non queunt. Quapropter inſanabilis affectus relinquetur, aut longiſsimo ſpatio ægrèq; ſanabitur. Cũ tñ empiema non aliundè curationis habeat difficultatem, quàm ex puris expurgatione cui ſuppuratorum vires, vtpotè magna ex parte languidæ exiſtentes, ſufficere non valent. Quocirca ſi ſuppuratis vires roborentur,ac reficiantur, & materia ſcreanda incidatur,atque extenuetur,poterit empiema ſanari. Itaque Hippocrates tria recenſet, quæ incipientem ſuppurationem comitantur. Hæc autem ſunt; febris,

Suppuratio quàm concretio eligẽda potiùs.

bris,rigor,& in parte laborante pondus pro dolore.Febris,puris generatiõis ſymptoma eſt,vt Hippocrates eſt auctor lib.2.aphor.comm.47.Rigor fit,dum adiuncta corpora à puris generati acrimonia mordentur,atque eroduntur. Nam cùm præcordia,& ſedes omnes, quæ circum hæc ſunt, mẽbranis ſepiantur,neruoſque ſuſcipiant à ſexta cerebri coniugatione,eximio tangendi ſenſu ſunt prẹditæ. Quo fit,vt commorſæ,rigorẽ efficiant:quia magna ſocietate cum externis corporis partibus ſunt connexæ; iiſque adeò conſentiunt,vt affectę mox vniuerſum corpus in conſenſum trahant; ſic rigeſcunt quibus calidum, mordaxque excrementum, ventriculum, præcordiaque ferit, non ſecùs ac illi, quibus nudam cutem, aut vlcus medicamentum acrius compungit. Cæterùm & ponderis perceptio pro dolore adeſt; nam humor, qui antè diſperſus erat, in parte inflammata accumulatus in vacuitatibus,ponderis ſenſum inuehit, Sic Auicenna.10.3.tract.4.cap.7.ait:Quando completur collectio,quieſcit dolor,& febris, & augmẽtatur grauitas. Atque hæc ſunt ſuppurationis incipientis ſymptomata; quam itidem pulſus conſequitur in profundo inflammatæ partis moleſtus, Liquet hoc ex Galeno libro.13,meth.cap.1.vbi de phlegmones ſignis agens, inquit; Nec dolor illi deeſt maior, minorve, cum quo & nonnunquam pulſationis eſt ſenſus: cum,ſcilicet,malũ ampliùs increuit,ac potiſsimùm cùm ſuppurat, Quod clariùs docuerat libro.2.de locis affectis, cap.3.dicẽs, ob hanc quoque cauſam cùm vehemens fuerit

Febris generationis puris symptoma.

Cur Hippocrates in præſentia pulſum in profundo moleſtum non recenſuerit.

pulſatio, ſuppuratur inflammata particula conſequente ſuppuratione ingentes duntaxat inflammationes. Quòd ſi aliquis quærat, cur Hippocrates in præſentia huius ſigni mentionem non fecerit: Dicendum cum Galeno libro. 2. de locis affectis citató, pulſationem hanc per affectus inflammatorios fieri in corporibus ſenſibilibus proprio, ac primario affectu exiſtente in arterijs, aut ſaltem per conſenſum laborantibus, eò quòd vicinorum contactu premantur: & ob anguſtiã vicinas partes premant, ac cum attolluntur (modò pars affecta ſentire nata ſit) veluti percutiant. Verùm ſuccingentem coſtas tunicam, & ſi ſenſu ſit prædita, haudquaquàm arteriæ attingunt, quæ preſſæ, pulſatorium dolorem efficiant. Quò fit, vt ea inflammatione obſeſſa, pulſationis ſit expers. Quod ſimiliter velle viſus eſt Auicenna. 10. 3. tract. 4. cap. 2. vbi de pleuritide verba facies, inquit: Et cũ ea quidem, quæ pura eſt, non eſt pulſatio: quoniam pars priuata eſt multitudine arteriarum. Purã vocat, exquiſitam, quam Galenus. 5. de locis affect. cap. 3. ſuccingente coſtas membrana primario affectu laborante fieri pronunciauit: Sed nec membrana hac inflammata per contactum, illæ arteriæ premi poſſunt, quæ in intercoſtalibus muſculis reperiuntur. Nam, vt Galenus ait, vbi coſtis vicina eſt, neceſſariò ea ab ipſis comprimitur. Arteriæ verò quæ per intercoſtalia vocata ſpatia, & per craſſas, laxaſque laterum partes extendũtur, ac in profundo magis deliteſcunt, premi ab inflammata membrana haud quaquam poſſunt. Hæc de inflãma-

matione ſuccingentis membranæ dicta ſint. Nam inflammatis intercoſtalibus muſculis, non negat Galenus arteriarum eleuationem dolorem inferre pulſatiuum, ac proinde ſubdit: laborantem illũ facilè percipere, atque pro inflammationis magnitudine ſentire in parte inflammata pulſationem. Veruntamẽ obijciet aliquis; Si ſuccingens mẽbrana arterias, quæ premi, aut tẽdi poſſunt, nõ continet, cur pleuritidẽ perpetuò durus pulſus comitatᷣ, cũ hic auctore Galeno lib. 4. de cauſis pulſuũ. c. 7. arteriarum tenſionẽ in inflammata parte exiſtentium ſequatur: cui reſpondendum, omnes arterias vnam ex ſuis tunicis, nempè, exteriorem, accipere à membrana coſtas ſuccingente. A qua etiam partes omnes quæ thorace intercluduntur indumentum accipiunt: quemadmodum Galenus eſt auctor libro. 7. de anatomicis adminiſtrationibus. c. 2. & libro. 6. de vſu part. capit. 3. Ex quo fit, vt cùm membrana hęc inflammatione laborat, tendatur, atque conſenſus ratione arterias etiam tendat, & pulſum durum efficiat, peruadente arterias inflãmatæ membranæ tenſione.

Obiectio. Solutio.

PROGNOST. LIX.

Si verò ſuppuratio in altero latere tantummodò fuerit, vertere, atque ediſcere conuenit in his, vtrùm in altero habeat latere dolorem, & vtrùm calidius, quàm alterum, ſit. Atque eo in incolume latus cubante requirere oportet, num aliquod deſuper onus illi pendere videatur. Si enim id fuerit, ſuppuratio in altero latere eſt, vtrouis onus exiſtat.

COMMENTARIVS.

PRognoſtico præcedenti ſigna tradidit, quibus ſuppurationis affectus innoteſcit: nunc indicia edocet ad affectam ſedem cognoſcendam: dicens, ſuppuratum latus deprehendi dolore, calore, atque ponderis ſenſu accubitu ſuper latus ſanũ percepto. Pro quorum explicatione animaduertendum teſtimonio Galeni libro.7. de anatom. ad miniſtrat. cap. 2. naturam thoraci valentes quaſdã membranas fuiſſe largitam, vt illum ſecundũ longitudinem ſupernè deorſum interſepirent. Infigũtur hæc validiſsimè parte poſteriore, ſpinæ vertebris: anteriore verò, oſsi medio pectoris, ꝙ anatomici ſternon appellant. Eſt autem harum membranarum vtilitas, eodem Galeno auctore libr. 6. de vſu partium, capit. 3. prima quidem, & maxima, vt ventres duos thoracis efficiant, vt ſi fortè magno vulnere in alterutram eius partem accepto reſpirationis munus eius perierit, reliquus venter incolumis dimidium ſaltẽ actionis retineat. Quocirca magnis vulneribus intrò in alterutrãm thoracis partem penetrantibus repentè animans, parte dimidia tum vocis tum reſpirationis priuatur: voce autem, atque reſpiratione planè deſtituitur, ſi venter vterque fuerit confoſſus. Ex his clarè intelligitur quæ dextram duntaxat thoracis partem ſuppurationes infeſtãt: ſiniſtram nullo modo offendere, & è conuerſo. Quoniam materia ab vno in aliud latus permeare non poteſt, interſepiente membrana, tanquam natiuo quodam muro tranſitum impediente: ſecùs contingit in pulmone, ac

Membranarum thoracem interſepientium vſus quis.

in partibus, quæ intra peritoneum continentur. Quoniam in his per omnes ſedes circũfluit pus, aut quiuis alius humor in abdominis cauitate cõtentus, vt in aſcite laborantibus videre eſt, pariter etiam in pulmonia ſuppurata, ac rupta, in vtramq; partẽ, dextram, ac ſiniſtram pus decumbit. Quoniam (vt.6.de vſu partium ca.3.Galenus ait) totus pulmo, membrana interſepiente tegitur, ac vndique obuoluitur. Sed cur peripneumonici ſiniſtræ venæ internæ ſectione magis, quàm dextræ iuuentur: & cur phthiſici in ſiniſtrũ cubantes latus plus affligantur, & vehementiore tuſsi infeſtentur, quàm ſi decumbant in dextrum, cauſam plerique reddere neſciunt. Quam ego hanc eſſe crediderim, quòd pulmonis pars læua pluſquàm dextra, caloris ventilationi inſeruit, & ex vſu magis eſt. Quapropter in peripneumonia hæc magis, quàm altera ſubleuari, ac deopprimi ſanguine detracto exoptat. Quod quidem melius efficitur miſſo illo ex cubito ſiniſtro, quàm ex reliquo: rurſum eadẽ accubitu ſiniſtro oppreſſa minus muneri ſuo ſufficit ipſa alioquin ex morbo laceſsita, ac iam languida reddita. Sed ad Hippocratem redeamus, qui partem ſuppuratione obſeſſam tribus ſignis deprehendere docet. Hæc autem ſunt, dolor, calor, & pondus accubitu in incolume latus conſpicuũ. Dolor partem affectam, veluti digito oſtendit, quemadmodum & calor. Nam, vt inquit Hippocrates aphor.39.4 ſect. qua parte corporis calor continetur, ibi morbus exiſtit. Prouenit calor iſte puris occaſione, quoniam ſi, teſte Galeno libro.4.

Dubium.

Dubij ſolutio.

Signa partẽ ſuppuratiõe obſeſſam oſtendentia.

meth.cap.5.pus cum aliqua ſit putreſcētia, neceſſe eſt partem, quæ pus continet, calfieri. Siquidem eodem tradente Galeno libro de cauſis morborum, capit.2. per putredinem cūcta corpora calfiunt, & quæ vicina ſunt, calfaciunt. Tertium itaq; ſignum habetur, vbi ægro cubante ſuper latus incolume perſentit molem quampiam deſuper pendere. Fit pondus hoc inſidēte purè prædictæ mēbranæ interſepienti, & thoracis parteis in duas cauitates diuidenti. Barbari hanc, mediaſtinum vocant: cuius inflammatio admodum lethalem pleuritidem conſtituit: eò quòd nulla patet expurgationi via, & peſsima inducit ſymptomata. Cuius ſigna tradidit Auicenna.10.3.tract.4.cap.1. dicens eſſe in ea delirium, ac dolorē ad oſſa pectoris perreptantem, fieriq́ue accidētia propria intenſoria, & humore putrefacto febrē vehementer augeri.

Quæſtio. ¶ Cuius tamen lateris ſuppuratio, aut inflammatio ſit vehementior, aut periculoſior, in dubium medici vertere ſolent. Nam Hippocrates libr.3. de morbis cap. de pleuritide ex dorſo, manifeſtè vult dextram ſiniſtrâ eſſe vehementiorem, dum ait: Quanto robuſtiores ſunt partes dextræ ſiniſtris, tanto etiā fortiores morbos in ipſis euenire, quod Galenus etiam videtur confirmare libro.2. de præſagitione ex pulſibus, capit.4. dicens: Qui habitu ſunt valente, & admodum diu in morbos non inciderunt, periclitantur ſi incidāt. Veruntamē Auicenna.10.3.tract.4.capi.1. quæſtioni reſpondens, contrariam videtur ſententiam aſſerere, his verbis: Veritas tamen eſt, quòd propinqua parti ſini-

Auicenna quæſtioni reſpondet.

ſtræ,eſt deterior; ſed eſt conuenientior ad hoc, vt maturetur, & reſolutionem accipiat, dummodo ſit de genere eius,quæ diſcuti,aut cócoqui poſsit. Illa tamen quæ remotior eſt à parte ſiniſtra eſt ſalubrior: verùm ipſa eſt ex parte reſolutionis,&maturationis magis inobediens.Hæc Auicenna.Nos verò quæſtionem hanc paucis abſoluere volétes, cupienteſque Auicennam cum Hippocrate componere, dicimus dextram pleuritidé ſiniſtra eſſe vehementiorem:quia morbus, qui robuſtioré partem adoritur,maior eſt,quàm qui imbecilliorem. Cùm igitur partes dextræ ſiniſtris ſint robuſtiores,vt(præter Hippoc.)Ariſtote.etiá docuit,lib.3. de partib:animaliú.c.9.& lib.4.eiuſdé operis,c.8. rationi conſonum eſt,mala in ipſis euenientia, effectricis cauſæ magnitudinem indicare, & ex conſequenti eſſe vehementia magis:ea tamen pleuritis,quæ partem ſiniſtrá infeſtat,malignior, & prauior cenſeri debet, quàm illa, quæ dextrum obſidet latus.Nam licet verum ſit,cor medium thoracis locum occupare,vt Galenus probat libro.6.de vſu partium cap.2.& lib.7.de anatomicis adminiſtrationibus in principio,arteriamque aortá, mox vt ſiniſtrum ventriculú egreditur ad dorſum contorqueri,ibiq; hinc inde propagines æquales magnitudine,& numero pares dimittere: negari tamen non debet,ventrem cordis ſiniſtrum, in quo vita continetur,& vitales ſpiritus includuntur, leui parti eſſe commiſſum: eandemque arteriá magná per dorſum perreptantem, ad ſiniſtrá magis vergere,ratione venæ cauæ,medium ſpinæ locum

occupantis. Quo fit vt putridi vapores à ſiniſtræ partis ſuppuratione aut inflammatione elati, faciliùs, ac promptius ſiniſtrum ventriculum petant, illumque magis infeſtent. Vnde euenit febris intenſio maior, anguſtia, & oppreſsio vehementior, & ſyncope frequentior; ex quibus omnibus redditur pleuritis prauior, atque malignior. Rurſus eadem eſt ratio de inflammatione pulmonis, ac de pleuritide: ſed ſiniſtri lobi pulmonis inflammatio, deterior eſt multo, quam dextri, vt ex ſuperioribus fit manifeſtum: ergo & ſiniſtræ laterum partis ſuppuratio, aut inflammatio ſimiliter erit deterior atque malignior quã dextræ. Non igitur Auicenna dicens, ſiniſtram pleuritidẽ dextra eſſe deteriorem, Hippocrati reluctatur dicenti, dextram eſſe fortiorem. Stat enim morbum vnum eſſe fortem, & ſalubrem; & alium eſſe malignum, & minimè vehementem, vt Galenus eſt auctor libro. 3. de criſibus cap. 4. quo loco probat, fortitudinem, ſeu vehementiam à malignitate ſeiungi. Quod tamen deinceps Auicenna ſubdit, pleuritidem ſiniſtram aptiorem eſſe ad hoc, vt citiùs concoquatur, & diſcuſsionem accipiat, id euenire credendum eſt amplioris caloris occaſione, qui in ſiniſtra laterum parte propter ſpirituum officinã magis viget, vehementiorque eſt. Adde locum nobilẽ non diu mala ſuſtinere poſſe, quin ipſa citò concoquantur, atque ſaneſcant, vel inuicta permanentia interimant. Vnde etiam patet reſponſio ad auctorem libri. 2. de morbis, (ſiue is Hippocrates fuerit, ſiue quiuis alius) dicentem: Tu autem hu-

Auicenna Hippocrati non reluctatur.

Hippocrati reſpõdetur.

merum

merum concubito (de ſuppuratione loquitur) vt audias in vtrum latus ſtrepitum edat; optandum autem eſſet in ſiniſtrum. Nam id non minoris periculi cauſa dictum eſt. Sed quia ſic citius concoqueretur,& exitum velociorem obtineret. Adde, quod ſi ſuppuratio ſectione curanda eſt,maiori cum periculo in latere dextro, propter iecoris ſitum, curari quàm in ſiniſtro,cuius ſectionem nihil eſt quod prohibere, aut impedire poſsit. Atq; hæc eſt(ni fallor) vera huius quæſtionis explicatio,quam ſi noſtri temporis medici animaduerterent voluiſſent, non ita temerè Auicennam reprehendiſſent.

PROGNOST. LX.

Omnes autem purulentos agnoſci his indicijs conuenit. Principio ſi febris non dimittit, ſed interdiu tenuior, noctu vehementior eſt. Si ſudores multi ſuperueniũt, ac tuſsiendi cupiditas eſt, nec tamen quidquam dignũ commentatione expuunt. Si oculi caui redduntur, maxillæ verò ruborem trahunt, & vngues manuum curuantur,digiti verò potiſsimùm ſummi caleſcũt,atque in pedibus tumores fiunt, neque cibum appetunt, ac puſtulæ circa corpus erumpunt.

COMMENTARIVS.

QVòd affectuum dignotio ad curationem valdè neceſſaria ſit,probare opus nõ eſt. Nã vt. 1. de victu acutorum comm. 3. ſcribit Galenus inprimis, quis nam ſit morbus, dignoſcere oportet,deindè curationem ipſius aggredi. Vndè Trallianus libro. 4 cap. 1. dixit: Cùm in omni recta curatione internotionem præcedere oporteat, conuenit

uenit tum ſubſtantiam ipſam affectus, tum cauſas eius, tum differentias, tũ notas vniuſcuiuſque cognoſcere. Quod animaduertens Hippocrates in præſentia, indicia omnia, quibus ſuppurati cognoſci poſſunt, recenſet, ſine quorum adeptione ſuppurationem curari eſt impoſsibile. Veruntamen

Obiectio. obijciet aliquis, Hippocrati hoc in loco ſcopum non eſſe de parte artis diagnoſtica, nec de curatiua verba facere, ſed tantùm de prognoſtica. Quare extra rei, de qua agitur, propoſitũ videtur ipſe

Reſponſio. de ſuppuratorum indicijs tractare. Cui reſpondẽdum eſt, dignotionem, & curationem modò ad prænotionem ordinari: quia niſi hi citò curentur, in tabem, malum omnino inſanabile, incidũt. Curari autem niſi prius dignoſcantur non poſsũt. Atque ob hanc quidem cauſam medicum prouidentia vti neceſſarium eſt; dicente in comm. Galeno, quòd niſi pus, quod inter thoracem, pulmonemq; continetur, citò excreetur, tabidi intereũt

Tabes quid ſit. ęgrotantes. Eſt enim tabes eodem auctore. 7. ſect. aphor. comm. 16. totius corporis extenuatio vehemens cum febre parua, pulmonis vlcera inſanabilia conſequens. Vndè autem vlcera hæc ſanationis amittant ſpem, libro. 5. meth. ca 8. ipſe nos docuit, ſic ſcribens. Non igitur propterea quòd in perpetuo propter reſpirationem motu viſcus id eſt, deſperata curatio eſt, velut qui ante nos fuêre,

Vnde eueniat pulmonis vlcus eſſe inſanabile. ſenſerũt, ſed propter ſaniei, & puris vacuationem. Nam cum hæc citra tuſsim vacuari non poſsint, neceſſe eſt tali vacuatione pulmonem aſsiduo lacerari, & ſemel exulceratum vniri non poſſe, cùm

quiete

quiete indigeant, quæ conſolidari debent. Hoc Hippocrates in libro de vlceribus nos docuit, ita ſcribens: Stare, vlceribus minimè conducit, præſertim ſi crura infeſtent, ſed nec ſedere, nec obambulare, ſed quieſcere, & ocio vacare confert. Itaq; ſuppurati in tabidam incidunt affectionem, niſi citò curentur: curari autem niſi cognoſcantur non queunt. Atque hac ratione Hippocrates in prętentia, ſigna, quibus dignoſci poſsint connumerat, inter quæ febris, quæ non intermittit, ſed ab ingeſto cibo exacuitur, primum obtinet locum. Eſt hæc febris hectica nomine, quæ, teſte Paulo lib. 3. cap. 32. ſuppuratos perpetuò comitatur, quamuis nondum phthiſin patiátur. Quoniam huiuſmodi febris, ſi Galeno creditur. 1. de differentia febrium cap. 9. viſcerum collectionibus non rectè curatis ſuccedere ſolet: quæ cùm in præſenti affectione accidẽs ſit ſuppurationis, curari ſuppuratione nõ ſanata nequit. Quapropter vniuerſa curationis indicatio, non à febre, ſed à ſuppuratione ſumi debet: dandaque opera eſt, vt neglecta febre, vires, quoad maximè fieri poſsit, roborentur, vt putriũ humorum vacuationi ſufficiant: quod Auicenna 10. 3. tract. 5. capi. 4. innuere voluit, ita ſcribens: Et in huiuſmodi quidem hora neceſſaria eſt virtutis confortatio cum carnibus, & cibo temperato. Et non conſideres febrem; & non dimittas dare carnes timore febris. Nam ipſa febris nõ ſanatur, niſi pus mundificetur: & defecta virtute, impoſsibilis eſt mundificatio. Hæc Auicenna. Reliqua ſuppuratorum indicia ſunt, ſudores multi: oculorum ca-

uitas: maxillarum rubor: vngues incuruati: ſummi tatum digitorum calor: pedum tumores: ciborum deiecta appetentia: phlyctenæ, ſeu puſtulæ circa corpus erumpentes. Quorum omnium cauſas cũ in comm. abundè Galenus tradiderit, nõ opus eſt in illorum explicatione amplius immorari.

PROGNOST. LXI.

Quæcumque ergo ſuppurationes diutius immorantur, hæc habent ſigna, quibus admodum credere conuenit. Quæcumque verò breuiores ſunt, aliquo ex his indicantur ſignis; qualia inter initia exiſtunt, & item, ſi æger difficilius ſpiret.

COMMENTARIVS.

DVas eſſe ſuppurationes, recentem, & diutinã, hoc in prognoſtico docet Hippocrates. Recens ſuppuratio eſt, quæ exiguo temporis ſpatio hominem obſedit, & hecticam febrem coniunctã non habet. Diutina dicitur, quæ diutiùs in corpore immoratur, & tempore prolixiori ægrum infeſtauit. Intelligimus per ſuppurationem hic, & ſententia præcedenti non vomicam, aut puris collectionem ad vnum locum, quemadmodum prognoſtico. 58. ſed effuſionem puris, quæ rupta vomica, fit in cauitatem thoracis. Hæc itaq; quò fuerit recentior, eò difficiliùs cognoſcitur: quo vetuſtior, faciliùs: quod cæteris morbis euenire compertum eſt. Nam illi; authore Galeno lib. 14. metho. cap. 9. incipientes ſæpè medicorum vulgus latent, non ſecùs ac ſtirpes, quæ è terra exeunt, quãdo hę quoq; peritis tantùm agricolis agnoſcũtur. Qui verò ſunt diuturniores, quoniam multa, &

Morbi incipientes difficilè cognoſcuntur.

certa

certa indicia obtinent, facilè ab omnibus percipi poſſunt. Et hoc eſt quod in præſentia ſcribit Hippoc. cũ dicit: Ex ſuppurationibus, quę diutiùs prorogant, talia habẽt ſigna, quib' admodũ credẽdũ eſt; propterea quòd valida ſunt in ſignificãdo, & nullãdc ſe relinquũt ambiguitatẽ. Breuiorẽ verò ſuppurationem cognoſcendã eſſe ait, indicijs ſuppurationem incipientem oſtendentibus: hæc autem ſunt: rigor, febris, pro dolore pondus, de quibus prognoſtico. 58. actũ eſt. Internoſcitur item ſi æger difficiliùs ſpiret, quę reſpirationis difficultas oboritur ob id, quod thoracis capacitas ab influente pure breuior, & anguſtior redditur.

PROGNOST. LXII.

Quæ verò citiùs, ac tardius rumpuntur, talibus cognoſcantur ſignis, oportet. Si dolor inter initia fiat, & item difficultas ſpirandi, nec non tuſſedo, atque etiam ſputatio habens perſeueret. Vigeſimo die expectari, aut etiam antea ruptionem oportet. Si verò ſedatior fuerit dolor, & alia omnia fuerint ex ratione, his poſterius expectari oportet eruptionem. Sed accedere neceſſe eſt, & dolorem, & ſpirandi difficultatem, & ſputationem antequam pus excernatur.

COMMENTARIVS.

DIxerat quaſdam ſuppurationes rumpi vigeſimo die; alias trigeſimo, alias quadrageſimo, atque nonnullas ad ſexageſimum prorogari. Nunc indicia tradit, velociorem, aut tardiorẽ ruptionem indicantia. Hæc autem ſunt, dolor, reſpirandi difficultas, tuſsis, & ſcreatio. Quæ ſi continenter, atque vehementer infeſtent, celerem ru-

ptionem fore ſignificant, hoc eſt, vigeſimo die, vel antè, nimirũ decimoſeptimo, vel decimoquarto venturam. Quoniam (vt Galenus teſtatur lib. 5. aphor. in enarratione illius ſententiæ: Quicumq; tetano corripiuntur, in quatuor diebus pereunt: Si verò hos effugerint, ſani fiunt) natura morbi vehementiã diù ſuſtinere non poteſt. Quòd ſi prædicta ſymptomata non continenter afflixerint, nec ægrum vehementer exercuerint, tardiorem fore ſuppurationem demonſtrant, puta, quadrageſimo, vel ſexageſimo. Hoc Auicẽna etiam nos docuit. 10. 3. tractatu. 4. cap. 7. hiſce verbis: Et quanto fiunt accidentia collectionis vehementiora, erit ruptio velocior: & quãto fuerint lenta magis, erit ruptio tardior. Sed obijciet aliquis, qualiter

Obiectio. excreatione perſeuerante nó ſaneſcit æger, & à ſuppuratione non præſeruatur? dicente Galeno ſuprà comm. 60. quòd ſi iſti excreaſſent, nequaquam purulenti euaſiſſent. Cui reſpondendum eſt, ſcreatio

[...]tio. nem de qua modò Hippocrates loquitur, inutilẽ eſſe, quandoquidem nec dolorem lenit, nec ægrũ à ſuppuratione liberat. Quod euenit, vel quia cruda exiſtit, vel quia exiguę eſt quantitatis. Nã ſi prædicti multum, & concoctum expuiſſent, nedum à ſuppuratione, ſed dolore vindicarentur: quemadmodum ſi magnitudine ſymptomatum premente nihil prorſus excreaſſent, detento intra thoracẽ ſputo ne in ſuppurationem quidem deueniſſent, ſed multo antè præfocati morerentur.

PROGNOST. LXIII.

Hi verò potiſsimum ſuperſunt, quos febris eodem dimiſerit

ſerit die poſt eruptionem: ac cibum citiùs appetunt: & ſiti liberati ſunt: & venter exigua, & conſiſtentia de ijcit: & pus album, læue, concolorq́; eſt, ac vacans pituita, & abſque labore, ac valida tuſsi expurgatur. Itaque optimè quidē ſic, ac celerrimè vindicantur: Sin minus, qui ad hæc proximè accedunt. Moriuntur verò ij, quos febris non deſerit; aut, cùm videatur deſerere, denuò recaleſcens, innoteſcit, & ſitiunt, nec cibū appetunt, aluus humida eſt, pus viride, liuidumq́; ſpuunt, vel pituitoſum, ſpumoſumq́;. Pereunt, ſi hæc adſint omnia. At quibus alia adueniunt, alia non, horum quidam intereunt, quidam in multo tempore incolumes euadunt. Verùm ex indicijs omnibus, quæ in his exiſtunt, de cæteris quoque vniuerſis coniectandum.

COMMENTARIVS.

EX ſuppuratis quidam intereunt, alij vitæ ſuperſtites manent. Moriuntur, quos febris nō deſerit, ſiti conflictantur, cibos faſtidiunt, aluum habent lubricam, & pus viride, vel liuidum, aut pituitoſum, ſpumoſumq́; ſpuunt. Superſunt, qui febre vacant, atque ad ea, quæ offerūtur, benè ſe habent, non ſitiunt, venter exigua, atque conſtantia deijcit, pus album, læue, ac vnius caloris, pituitaq́; vacans excreant, idq́ue abſque labore, & valida tuſsi expurgant. Itaque qui omnia hæc ſalutaria ſigna poſsident, celerrimè liberantur: qui nō omnia, non niſi ſpatio longiuſculo conualeſcunt. Pari modo qui aſsidua febre detinētur, & cuncta alia quæ dicta ſunt, peſsima indicia obtinent, celerrimè moriuntur. Qui verò non cuncta, partim abolentur, partim longo tempore, & poſt multa tæ-

dia incolumes euadunt. Quòd autem iſti quidem moriatur, illi verò liberentur, optima ratione contingit. Quoniam tunc ægri moriuntur, quãdo langueſcẽtibus viribus, morbus inualeſcit; tunc liberantur, quando debilitato morbo, vires vegetiores perſiſtunt. Sed bona indicia, quæ ab Hippocrate hic traduntur, hoc oſtendunt: mala verò illud. Igitur bonis ſuperuenientibus, liberãtur: accedentibus verò malis intereunt. Minorem ſyllogiſmi partem veram eſſe, vniuſcuiuſque ſigni conſiderata natura demonſtrari facilè poteſt. Nam febre vacare, cibum appetere, à ſiti liberari, ſputum abſq; dolore, & valida tuſsi expurgari, morbi paruitatẽ oſtendunt. Ventrem verò exigua, atque conſtantia deijcere, & pus album, læue, cõcolorque, ac vacans pituita excreare, naturæ robur ſignificant. Contrà verò febre conflictari: vehementer ſitire: cibum faſtidire: pus liuidum, virideq; ſpuere, morbum præualere indicant: quemadmodum aluum humidam eſſe, & pus pituitoſum apparere, naturę languorem demonſtrant. Pituita namque auctore Galeno libr. 2. de naturalibus facultatibus iuxta calcem; & libro. 8. de placitis, capi. 6. à debili calore non integrè coquente gignitur. Veruntamen

Obiectio. obijciet quiſpiam, minus benè ab Hippocrate dici febrem deſinere: quoniam ſuppuratos nunquã febris dèſerit, ſed eos perpetuò comitatur: quoniã cor à putri vapore ſemper obſidetur, donec tota puris colluuies funditùs ſit abolita. Quod conceptis verbis innuere voluit Auicenna. 10. 3. tract. 5. cap. 4. dum ſuppuratis, & ſi febricitent carnes offerre

ferre non dubitat: quia, eo auctore, vna illorum ſalus in puris expurgatione conſiſtit, quæ, deficiẽte virtute, fieri non poteſt. Huic argumento ſatiſfaciemus, ſi dixerimus, Hippocratẽ non velle ſuppuratis, qui ſeruari debent, facta eruptione febrẽ omninò dimittere: ſed mitiorem reddi, adeò vt ſi præcedentis febris vehementiæ conferatur, quaſi ceſſare ſit viſa. Quod cùm ſit, bonum eſt indiciũ; quia denotat humorem ſuppuratum, quantitate eſſe exiguum, & qualitate benignum, nullamque cum eo permiſceri incocti, aut inuicti, maligniue humoris portionem, quæ præcedentis febris magnitudinem ſuſtinere, aut conſeruare queat. Cęterùm dixit Hippocrates, febrem dimittere, non dũ eruptio fit; ſed eodem die, poſtquã eſt facta: quia eo tempore, quo eruptio efficitur, à puris commotione febris exacerbatur, & vehementiam haud exiguam recipit, non parua tunc vaporum copia à pure commoto, atque agitato, ad cor aſcendente. Hoc Auicenna voluit 2. 1. doct. 3. cap. 10. quo in loco de abſceſſu (apoſtema ipſe vocat) verba faciens, inquit; Cum aperitur, apparet febris maior propter exitum materiæ. *Reſponſio.*

PROGNOST. LXIIII.

Quibus autem abſceſſus fiunt ex pulmonijs, aut circa aures, ac ſuppurantur; aut ad inferas ſedes, ac fiſtulantur, ij ſuperſunt. *Gl marginal: … cretionis … pulmoniis?*

COMMENTARIVS.

PRotritum quidem apud Galenum eſt, cũ aliàs, tum 1. de diebus decret. in principio, ſubitas morborum ſolutiones duobus modis euenire; ex

cretione nempè, & abſceſſu. Nam qui morbi, citrà hæc quieſcunt, atq; finiuntur, in ijs recidiua timẽda eſt. Sic pulmonia eiſdem iudicari modis ſolet, excretione, quæ per ſputa multa fit, aut abſceſſu ad ſuperiores partes, retro, videlicet, aures erumpente, aut deſcendente ad inferiores. Cæterũ abſceſſus, qui retro aures fit, ſuppurari debet: quemadmodum qui ad inferas erumpit ſedes in fiſtulã tranſire, ſi ſecura criſis futura eſt. Quoniam niſi materia abſceſſum committens, foras propellatur ac exeat, periculum eſt, ne in eandem ſedem à qua diſceſſit retrocedat: aut in aliquam aliam ex partibus præcipuis dilabatur: cũ affecta pars vniuerſum non poſsit vitioſum humorem excipere, nec eundẽ exactè cõtinere. Quocirca neceſſe eſt, vt humor abſceſſum committens in parte ſuppuretur, ſuppuratuſque per conſpicuum foramẽ excernatur. Quoniam vt Galenus ait. 4. ſect. aphor. comm. 47. pus ex abſceſſu dirupto benè expurgat partem patientem. Porrò decet talem abſceſſum in die fieri decretoria. Nam in alijs diebus ſi eueniat, morbum non ſoluit, nec prodeſſe poteſt. In die tamen iudicatoria, Galeno auctore libro. 4. aphor. comm. 36, non tantùm abſceſſus, ſed & alui excrementa, vrinæ, atque ſudores optimè apparent, & emolumentum ægrotanti haud contemnendum afferunt. Prætermiſit in præſentia hanc notam Hippocrates: propterea quòd illius ſæpè in præcedentibus mentionem fecit, & in ſequentibus nihilominus faciet.

Dierum decretoriorũ vis atque facultas.

PROGNOST. LXV.

Conſideranda verò & talia ſunt in hunc modum. Si febris detinet, & dolor non deſijt, & ſcreatio non excernitur ex ratione, neque bilioſæ fuerint alui deiectiones, neque ſolutiores, ac ſynceriores fiant; nec vrina admodum multa, & craſſa, ac multum obtinens ſedimentum. Promittitur verò ſalutaris ab omnibus alijs ſignis ſalutaribus: his tales fore abſceſſus ſperandum eſt.

COMMENTARIVS.

SCripſerat præcedenti ſententia peripneumoniam per abſceſſus iudicari ad ſupernas, vel infernas ſedes erũpentes: nunc quomodo huiuſmodi abſceſſus prænoſci debeat, edocet, in duas partes diuidẽs orationem. In prima promiſcuè ſigna ſcribit futuros abſceſſus indicantia: in ſecunda ad quam partem, ſupernam ne, an infernam venturi ſint, demonſtrat. De hac aget prognoſtico ſubſequenti, de illa, præſenti. Cuius ſumma eſt, intelligere, abſceſſus futuros ſperari per morbum ſalubrem, & coctu difficilem, dummodò humor noxius, qui abſceſſus debet eſſe materia, per aliam vacuationem non deriuetur, aut à corpore extrahatur, ſed totus intrà maneat, ac recludatur. Quę omnia ſigna ab Hippocrate tradita oſtendunt, vt ſingulas contextus partes conſideranti fiet manifeſtum. Nam quod ait: Promittitur ab omnibus alijs ſignis ſalutaris; morbum ſalubrem fore denotat; quoniam per lethalem, abſceſſus, qui boni ſunt, non apparebunt. Signa verò ſalutaria ea ſunt, quæ ſuprà prognoſtico. 56. recenſuit: & ad hæc, quæ ſu-

muntur ex bono accubitu, ſomno, ſitis priuatione, mentis conſtantia, pulſu optimo, appetētia ad alimenta, atque ex alijs ſimilibus; non tamen inter hæc ſunt connumeranda, quæ in bona reſpiratione, & hypochondriorũ ſalubritate cõſiderãtur: qm̃ ſæpe reſpiratio difficicilis, & hypochõdriorũ inflãmatio abſceſs⁹ futuros præcniãt; illa ad partes ſuperiores; hęc, ad inferiores, vt ſubſequẽti cõtextu videbit. Cũ verò deinceps ſcribit: Screatio non excernit ex ratione, nec bilioſæ fuerint alui deiectiones: innuit, morbũ coctu difficilè eſſe oportere. Nam ſi deiectiones bilioſæ eſſent, & ſcreatio ex ratione procederet, morbus non multo negocio coqueretur, & ex conſequenti abſceſſus non fierent: quoniam hi non à calida, & tenui, coctuque facili materia; ſed à craſſa, atque pituitoſa progignuntur; dummodo imbecillitas facultatis nõ adſit. Nam hac apparente, etiam ſi humores fuerint bilioſi, atque tenues, exitus morbi per abſceſſus eſt ſperandus: vt infrà libro.3.comm. 26. dicet Galenus. Quod verò deinceps ſubdit: Nec ſolutiores, nec ſynceriores, nec vrina multa plenius obtinens ſedimentum; vult, humorem, abſceſſum cõmiſſurum, per vrinam, aut per aluum ſenſim profluere nõ debere. Quoniam ſi per huiuſmodi excretiones paulatim quotidiè euacuetur, nulla ſupereſſe poterit materia, quæ abſceſſus committat: quemadmodum ſi dolor, ac febris deſierint, nihil relinquetur, quod abſceſſu iudicari debeat. Auicenna, 10.3, tract.4. capit.7. præſentem ſententiam enarrans, ſcribit in hunc modum; Et quando vi-

des

des ægritudinẽ iam ſedatã parũper, & occultatam, & non eſt illic ſputũ, tunc fortaſſè minuitur materia cũ vrina, aut egeſtione, aut apparitione ſolutionis vẽtris cholericæ ſubtilis, aut apparitione vrinę craſſæ. Si autẽ nihil horũ fuerit, tunc exitura fiet.

PROGNOST. LXVI.

Abſceſſus autem fiunt, hi quidem ad infernas regiones, quibus aliquid phlegmatis circa hypochondria adſit: illi verò ad ſupernas, quibus hypochondrion quidem flaccidum, ac doloris expers perſiſtit. Difficultas autem ſpirandi aliquo temporẽ facta; deſierit ſine occaſione alia.

COMMENTARIVS.

CVm in præfato prognoſtico Hippocrates docuerit indicia futuros abſceſſus oſtendentia, nunc qua in parte, ſuperna ne, an inferna erumpere debeant, edocet: dicens, fieri abſceſſus in partibus inferioribus, his, quibus phlegma circa hypochondria conſiſtit, illis verò in ſuperioribus innaſci, quibus hypochondria ſine tumore, ac dolore perſeuerant, & reſpirandi difficultas appàret; quæ poſtmodum ſine manifeſta occaſione ceſſat. Per phlegma in præſentia non intelligit humorem pituitoſum, crudum, frigidum, atque humidum, à verbo, phlegmeno; quod idem eſt, quod; tumeo; deductum: ſed, phlegoſin, hoc eſt inflammationem, aut ardorem, à verbo, phlego, quod, vro, aut, incendo, ſignificat, deriuatum. Inflammatio hæc, tumor præter naturam non eſt; cuiuſmodi phlegmone, ac eryſipelas eſſe cenſent, quia à ratione alienum eſt exiſtimare, Hippocratem velle

Quid per phlegma Hippocrates intelligat.

in præſentia, fieri phlegmonem, aut eryſipelas in hypochondrijs illorum, quibus ad crura abſceſſus futurus ſperatur: quemadmodum Vega in huius prognoſtici enarratiõe ſentire viſus eſt: nã iſta nec confeſtim fierent, nec citò deſinerent. Quocirca per inflammationem, incendium, aut ardorem citra inflammatorium tumorem conſiſtentem intelligere debemus. Fit ardor iſte à calida fluxione, quæ è ſupernis partibus ad crura abſceſſum facturа deſcendit: qua per ventrem tranſeunte, hypochondria tument, & flammido exardeſcunt calore. Non tamen hæc in hypochondrijs perſeuerãt; ſed protinùs ceſſant, ſecedente ab illis calido humore, atque ad crura, in quibus conſtitit, perueniẽte. Nec ab his diuerſum ſenſit Galenus in commen. cùm ait: Multò meliùs eſt, intelligere de calore præter naturam flammido proditũ eſſe phlegma. Is euenit ob ignem ſacrum, aut inflammationem propriè nominatam. Nam his verbis nõ vult eryſipelas, aut inflammationem conſiſtere in hypochõdrio per huiuſmodi diſpoſitiões: ſed potius per phlegma Hippocratẽ nõ intelligere humorẽ pituitoſum, ſed flammidum calorem, qualis ille eſſe ſolet, qui eryſipelas, vel phlegmonem comitatur. Vult itaque eryſipelatis, aut inflammationis ardorem apparere in hypochõdrijs illorum, quibus ad ſedes infernas abſceſſus futurus ſperatur; non ipſam inflammationem, aut eryſipelas. Quòd ſi nullo tumore, aut ardore circa hypochondria apparente, difficultas reſpirationis hominem apprehenderit, quæ ſubitò fiat, & citra occaſionem euidentem

Vega ſententia conuellitur.

dentem ceſſet, hoc eſt ſine ſcreatione, aut bechico medicamento, indicium eſt humorum impetum verſus partes fieri ſuperiores: in eiſdemq; abſceſſum fieri debere. Libr. 3. prorrheticorũ aphor. 76. Hippocrates alia à prædictis ſigna docuit; cũ ait: In capitis dolore coma, & ſurditas abſceſſum aliquem poſt aures eructat. Quæ omnia tam hæc, quàm alia, quæ dicta ſunt in fine. 3. lib. de criſibus, his verbis explicauit Galenus: Propria verò morbi non futuri valdè diuturni ſigna ſunt, difficultas anhelitus ſubito ſuperueniens, moxque quieſcẽs, quàm grauitas capitis, & dolor ſubſequitur, & grauis ſomnus, & ſurditas. In his enim in glãdoſis carnibus poſt aures neceſſe eſt abſceſſus fieri. Si verò morbus iamdiũ durauerit, nec vllum ex his ſignis adfuerit: ſed in ægroto ex locis inferioribus vel grauitas, vel tenſio, vel inflãmatio, vel dolor; huic abſceſſus ad partes inferiores eſt expectandus. Exemplum verò vtriuſque abſceſſus ex vno morbo aſſumens Hippocrates in prognoſt. qui poſſunt eius verba diligenter inſpicere edocuit: & quo pacto oporteat de omnibus abſceſsibus in vniuerſum ratiocinari. Hęc Gale. Morbus iſte, pulmonia eſt: nã de hac in hoc prognoſtico, & ſequẽti Hipp. loquitur. Dubitabit hic aliquis, ſi morbus pulmonia exiſtit, & hæc reſpirandi difficultatem neceſſariò habet coniunctam, quo modo Hippocrates inquit: Si æger difficiliùs ſpiret, & ſine aliqua alia occaſione deſinat. Et Galenus ait hanc difficultatem reſpirandi ſubitò ſuperuenire. Nam videntur innuere ambo, huiuſmodi reſpirationis difficultatẽ *Dubium.*

antea

antea non adfuiſſe: quod falſum eſſe, nemini non cognitum exiſtit. Cui reſpondendum eſt, Galenũ ſimul, ac Hippocratem non abſolutè de qualibet reſpirandi difficultate; ſed de maiori, quàm anteà eſſe intelligendos. Itaque ſi morbus qui iudicatur per abſceſſum in ſuperioribus eruinpentem ſedibus, pulmonia eſt, cui neceſſariò reſpirandi difficultas ineſt, abſceſſu imminente difficultas reſpirandi creſcet, & maior quàm anteà apparebit. Si verò fuerit alius à pulmonia morbus, in quo huiuſmodi reſpirationis difficultas non adeſt, tunc illa aderit: & primùm apparebit, quando morbus per prædictum abſceſſum incipit iudicari. Hoc tamen conſideratione dignum videtur, quòd Galenus in præfato ſermone prognoſticum citat, ſed prorrheticam refert ſententiam. Nam ait capitis dolorem ſomnum, & ſurditatem, abſceſſum retrò aures futurum ſignificare. Quorum verborum in prognoſtico nulla fit mentio; ſed tantùm ſcribit reſpirationis difficultatem cum hypochondriorum indolentia in ſuperioribus abſceſſum eſſe futurum monſtrare. Veruntamen Galenus in ſententia præhabita, & Hippocrates in prorrhetico peculiariter glandularum retrò aures exiſtentium meminerunt: quoniam vt plurimum abſceſſus iudicatorij, qui ſupra thoracem eueniunt in his ſedibus propter locorum laxitatem, ac vacuitatem efficiuntur; quos abſceſſus prædicta ſigna, nempè ſurditas, ſomnus, & capitis dolor præcedunt.

Dubij ſolutio.

PROGNOST. LXVII.

Abſceſſus autẽ, qui ad crura fiunt in pulmonijs vehementibus,

tibus,ac periculoſis, omnes vtiles ſunt. Optimi verò, qui, vbi ſcreatio iam in mutatione eſt,fiunt. Si enim oedema,ac dolor fiat, & ſcreatio pro flaua,purulenta exiſtat,ac foras excernatur, ita ſecurißimè,& homo ſuperſtit, & item abſceſſus ocyſsimè citra dolorē deſiſtet. At,ſi ſcreatio non rectè excernatur, nec vrina videatur bonum habere ſedimentum, periculum clauditatis in articulo,vel multi negocij imminet.

COMMENTARIVS.

CVm Hippocrates prognoſtico præcedenti duos cõſignauerit abſceſſus;vnum in ſupernis ſedibus euenientem:alterum verò erumpentē in infernis, quibus ægri à morbis quamplurimis liberantur; videri alicui poſſet,perperā nūc ipſum, eum qui fit ad loca inferiora,laudare:alterum verò, qui ad ſuperiora contingit ſilentio præterire: cùm ille ab humore frigidiore , atq; craſsiore euenire ſoleat:hic verò à calidiori, & tenuiori qui celeriùs coquitur, & diſcutitur, & pulmoniæ vehementis,ac periculoſæ,de qua in præſentia Hippocrates loquitur,ſit cauſa. Veruntamen non ita ſentiendum eſt,imò potius dicendum,naturam;cùm robuſta eſt, & optimè valet; humores etiam calidos, ac tenues contra natiuam eorum propenſionem,ad loca inferiora detrudere,longiſsimè quātum fieri poſsit illos à locis nobilioribus ſecernēdo: vnde abſceſſus in partibus fieri ſuperioribus languor,& naturæ imbecillitas indicatur non potentis humoris impetum coercere:ſed ſinentis illum nutu ſuo ad partes principes,vel iuxta ipſas irruere. Efficiuntur abſceſſus & præcipuè in inferioribus

Obiectio. *Solutio.*

Cur abſceſſus præcipuè circa articulos fiant.

rioribus locis euenientes circa articulos ob id, ꝙ (vt in enarratione, & ſectione.4.aphor. comm.31. teſtatur Galenus,) articuli hi ampliſsimi ſunt ad fluxionem decumbentem ſuſcipiendam,& combibendam:ac aſsiduè mouentur, & motu cótinuo calfiunt. Ad partem autem commotam, atque calfactam humores faciliùs permeare, adeò eſt manifeſtum, vt probatione non egeat. Adde, articulos, & præſertim infernos, loca eſſe ignobilia, & languida, vtpotè à fonte caloris longiùs ſepoſita: atque hac de cauſa ad admittendam humorum colluuiem prona; quod Auicenna.22.3.tract.2.cap.5. his verbis voluit, dicens: Et non quidem multiplicantur dolores in iuncturis, niſi quoniá ipſæ ſunt magis vacuæ, quàm reliqua mēbra,& plurimi motus,& debilioris, ac frigidioris complexionis:& ſitus earum in extremitatibus eſt longinquus à rectore primo. Ob has enim cauſas,& quia inferni articuli decliues ſunt: inter articulorum dolores, podagrici frequentiùs infeſtant; arthritideq́; corripi ſoliti podagra in primis corripiuntur, vt eodē loco prodidit Auicenna. Itaque cóſiſtente in cruribus abſceſſu homo aliàs peripneumonia correptus, à pulmonia vindicatur: tranſlato vtique humore à locis magis momentaneis ad loca minus momentanea. Sed in hoc non exiguum diſcrimē reperitur; quoniá ſi defluens ad articulos humor crudus extiterit, licet à pulmonia æger liberetur, articulus tamen, in quem fluxio decumbit, ab indomito humore offenſus claudicare periclitabitur, aut mali alterius periculum imminebit, videlicet,

Ex articulorum doloribus podagrici frequentius infeſtant.

cet, articulorum doloris, vel laſsitudinis, vel luxationis, aut alterius cuiuſpiam moleſtiæ ab accumulata in articulis fluxione euenientis, quam fluxionem nec languida articulorum facultas, nec exterius admota medicamenta ſuperare queunt. Veruntamen ſi humor, qui illabitur, concoctus iam fuerit, & à natura ſuperatus, nō ſolùm liberabitur à pulmonia æger, verùm abſceſſus ipſe citiſsimè ceſſabit, breuem, exiguumque dolorem inferens. Et hoc eſt, quod Hippocrates in contextu ait: Si tumor, ac dolor infeſtet, & excreatio, pro flaua, purulenta exiſtat, ac foras excernatur, ita ſecuriſsimè homo ſupererit: & item abſceſſus ocyſsimè citra dolorem deſiſtet. Dixit; foras excernatur: quia, auctore Galeno in comm. vnum ex eis, quæ ſputi concoctionem oſtendunt, ſcreatio eſt innocua, atque abundans, hoc eſt, facilis, & propenſa: id em̄ totum per foras excernatur venit intelligendum. Adde etiam, Hippocratem, ſputi euacuationē addidiſſe; non contentū ſola concoctione, innuens, quòd quando criſis fit per abſceſſum, non ſufficit ad ægrum à morbo vindicandum, materiam eſſe concoctam, ſed oportere illā ſenſibilī aliqua euacuatione eſſe immunitam: eo quòd articulus, in quo abſceſſus fit, ob loci exiguitatem, & breuitatem, non valet vniuerſum humorem peccantem excipere, niſi euacuatione quapiam antea ſit imminutus. Ex quibus clarè intelligit, licere in ſimilibus iudicijs; quando non ſufficiens pręceſsit euacuatio; vel humores qui abſceſſum efficiunt, pigriùs mouentur ad partem, ſanguinem mittere. *Quæ integrè non iudicatur ad [illegible]*

vel purgans medicamentum exhibere; quod tem pore collectionis in apoſtematibus glandularum faciendum eſſe conſuluit Auicenna.3.4.tract.1.ca pit.19.Millies ego, incipientibus parotidibus iudi catorijs,ex humeraria vena non ſemel tantùm,ſed bis, & ter ſanguinem detraxi cum maxima ægrotantium vtilitate; quæ certè nō ſucceſsiſſet,ſi ſanguis detractus non fuiſſet. Veruntamen vbi naturæ euacuatio ſufficiens præceſsit, huiuſmodi ſanguinis miſsione opus non eſt.Nulla tamen harum præcedente,nec ea,quę à natura ſpectatur; nec ea, quæ ab arte fit,criſis,quæ per abſceſſum efficitur, ſecura eſſe nō poteſt. Hoc Galenus in comm.nos docuit dicens: Screari tantummodo,& concoqui tantummodo,neutrum idoneũ exiſtere: eo quòd ſæpenumero ſatis excreatur, licet morbus adhuc incoctus ſit:& item quandoque concoquitur mor bus; excreatio verò non ſatis excernitur,interdũ præ debilitate mouentis thoracem facultatis; interdum propter craſsitudinem,& lẽtitudinem excreationis; quandoque propter amborum cõcurſum, tum virium debilitatis,tum qualitatis puris. Itaque neceſſe eſt concoctum eſſe morbum,& excerni rectè excreationem per affectionem,quæ in ſanitatem itura ſit.Hæc Galenus; & deinceps com parat affectionem,per quam materia coquitur,nō tamen expuitur,ſed intra thoracem detinetur, alteri,per quam ſatis excreatione excernitur,ſed indicia adſunt cruditatis:vultque modeſtiorem eſſe morbum, per quem concoctus humor non excreatur; altero per quem humor excreatur quidem,

dem, non tamen concoquitur, ſed crudus perſiſtit; quod ſolummodo in caſu præſenti intelligendum arbitror; facta nempè iudicatione per abſceſſum. Nam vitioſus humor concoctus, & ſi per excreationem non expellatur, poterit ad crura peruenire, &per abſceſſum expurgari. Qui ſi nec excreetur, nec ad crura deſcendat, ſed in pulmone contineatur, & ſi coctus ſit, mala affectio eſt exiſtimanda; & peior altera, per quam, crudo exiſtenti morbo, abundè excreant, atque copioſè perpurgantur. Ratio eſt, quoniam illi, qui detenta in pulmone materia obeunt, præfocatione moriuntur: hi verò, qui cruditatis præualentibus notis, multùm excreant, reſolutione intereunt. Conſtat autem ob præfocationē celeriùs homines mori, quàm ob reſolutionē. Velociores, prauioreſq; mortes eſſe præfocatione euenientes, quàm illæ, quæ eueniunt ob reſolutionem. His conſimiles mortes contingunt illis, quibus materia in thorace detenta, nec in artus abſceſſum factura decumbit: nec ſcreatione educitur, ſed tota in pulmone cohæret, ſpiritus canales obſeruans. Non ſcreatur, (vt in comm. ſcribit Galenus) interdum propter craſsitudinem, & lentitudinem ſcreationis: interdum præ debilitate mouentis thoracem facultatis: quādoque propter amborum cōcurſum, tum viriū debilitatis, tum qualitatis puris. Ex quibus verbis colligit Manardus libro. 12. epiſt. prima epiſto. ſputum craſſum, dum concoquitur, non neceſſariò deperdere eam craſsitudinem; quam antea habebat, dicente Galeno in enarratione præ-

Ob præfocationem celeriùs moriuntur homines quam ob reſolutionem.

Cur cōcocta in pulmonia materia nō ſcreetur.

ſenti, ſputum concoctum quandoq; ob craſsitudinem, & tenuitatem non ſpui. Porrò eſt & alius modus, quo à pulmonia euadunt ægrotantes, iudicato nempè morbo per vrinam; quem modum nouit Galenus libro.6.de locis affectis, cap.4.vbi ait: Quantum puris,læuis pulmonis arteria ſuſcepit,id in ſiniſtrum cordis ventriculum deferri: ꝙ deinde in magnam ipſius arteriam incidens per renes tranſire ad veſicam. Sed quo pacto hoc fieri poſsit,qui ſcire deſiderat,Matthiolum adeat,libro primo epiſt.in principio.

Pulmonis vomica per vrinam iudicata.

PROGNOST. LXVIII.

Si autem abſceßus euaneſcunt,ac retrocedunt, nequaquã egrediente ſcreatione,ac febre detinente,difficilis morbus eſt.Periculum enim delirij,mortiſq; imminet.

COMMENTARIVS.

DIxerat proximo contextu, homines liberari à pulmonia ſi in cruribus abſceſſus eruperit: nunc ne quiſpiam exiſtimet,hoc vtcumque & ſimpliciter verum eſſe, limitationem quandam ſcribit, ſine qua id, quod docuerat,intelligi non debet,dicens, præfatam ſententiam de iudicatione pulmoniæ per abſceſſum, veram eſſe, perſiſtente, ac perſeuerante in cruribus abſceſſu. Nam ſi euanuerit, ac retroceſſerit, tantum abeſt, vt bona ſit iudicatio,quod delirium,aut mortem futurã prænunciet. Qm̃ abſceſſum euaneſcere,ac retrocedere ſignificat vniuerſos contriſtantes humores ad partem abſceſſu obſeſſam excretos nõ fuiſſe, ſed bonam illorum partem intus remãſiſſe, & eos,qui truſi iam fuerant, remeaſſe: vel in eandem ſedem,

vnde

vndè digreſsi ſunt, aut in aliquam aliam partem ex præcipuis in profundo corporis deliteſcẽtibus, quorum vtrumque malum eſt. Quoniam primũ quaſi quendam naturę impetum declarat, quę cũ properaret excernere, quæ contriſtabant, nequiuit tamen id, ꝙ propſouerat, perficere. Secundum verò delirij, aut mortis occaſionem præbet. Nam remeantibus humoribus in pulmonem, cerebrũ offenditur, conſortij lege, vndè delirium oritur: ꝙ in pleuritide, & peripneumonia frequentiſsimum eſt: dicente Galeno libro. 4. de cauſis pul. cap. 8. rarò in huiuſmodi malis fieri vt caput non lædatur, quod humorum putrium in inflãmationibus exiſtentium excipiat fuliginem. Veruntamen addit Galenus; putrido humore bilioſo exiſtente, vaporem ab eo fundi in modum fuliginis acrem, qui mordicat, & erodit, irritatque cerebrum: atq; ſic tãdem ad delirium perducit. Sin pituitoſus ſit humor, non fumum acrem attolli, ſed caliginem craſſam, ac turbulentam, in ſimilitudinem nubis, quæ humectat, grauatque crebrum, cogitque in grauem ſomnum deferri, ac ſopiri hominem. Atque ob hanc quidem cauſam in peripneumonia delirium efficitur: interdũ verò ſopor, pro humoris morbum cõmitantis ratione. Rurſus permeantibus in pulmonem humoribus à quo paulo antè deceſſerant ſui copia, & corpulentia, ſpiritus vias occludunt, & hominem ſtrangulant: quo fit, vt ſubitariam mortem inducant. Anteà enim quàm ad crura ſecederent, & ſi pulmonem imbuebant, nihil tamen horum moliebantur, quia pulmo robu-

Cur in pleuritide, & peripneumonia crebro caput lædatur.

ſtior erat, & humores ipſi ſenſim influebant, ac conſuetudine quadam parti ipſi ſimiles quodam modo erant redditi. Nunc verò cum vniuerſi affatim in pulmonem iam ſatis ex morbo languidum effectum irruant, nihil mirum eſt, ſi prædictã ſtragem, hoc eſt, ſyncopen, ſuffocationem, & deliriũ committant. Eadem mala inferre poſſunt, ſi in cerebrum, aut in ventriculum dilabantur. In cor verò irruentes ſubitariam inferunt mortem: præſertim ſi humores, qui retrocedũt venenoſi ſint, aut veneno participent. Hinc non temerè Auicenna 1.4.tract.4.capit.10. variolis, & morbillis detentos tantoperè cauet ne aëri frigido exponãtur. Quod ſimiliter in febre peſtilente, apparentibus exanthematis perpetuò eſt obſeruandum, ne ſcilicet maligni humores, qui iã ſemel ad cutim peruenerunt, ad viſcera remeantes, repentinæ mortis ſint occaſio. Nec ſolùm deliteſcente in cruribus abſceſſu, delirij, ac mortis imminet periculum, verum etiã ſi in pleuritide dolor delituerit, eadem mala ſequentur. Quod Hippocrates libro. 3. prorrhetici aphor.5. voluit, dicens: Lateris dolor ex ſputis biliosis, ſi abſque ratione euanuerit, in furorem agũtur. Nam ſine ratione euaneſcente in latere dolore, indicium eſt, bilioſum humorem, qui inflammationem committebat, ſurſum ad cerebrum rapi, & lateris dolorem in delirium cõmutari. Quod cùm fit, in ancipiti rem eſſe, ſic, vt ſecundo, vel tertio die homo ſit deceſſurus, Auicenna eſt auctor, 10.3.tractat.4.capit.7. iuxta finem. In hac diſpoſitione ſi aliqua ſalutis ſpes eſt, humor, qui in cere-

Variolis & morbillis detenti aëri frigido exponendi non ſunt.

brum

brum ruit,ad coſtas eſt reuocandus. Ego ſæpè in huiuſmodi affectibus lateri patienti cucurbitulas affigere iuſsi, vt attractu vehementi vniuerſam humorum colluuiem ſurſum repentem, ad ſe alliceret, ac euocaret. Nec hoc alienum eſt à Galeni præceptis libro.7.methodi cap.7.ſuperuacaneorũ tranſlationẽ ex locis minus momentaneis,ad magis momentanea factam, ad illa rurſus, vndè digreſſa eſt, reuellere præcipientis: ſed de his ſatis. Animaduertendum tamen in præſentia eſt,Hippocratem in prognoſtico ſimul protuliſſe; euaneſcere,ac retrocedere:quoniam ſimpliciter euaneſcere,infidum ſignum non eſt: ſiquidem, teſte in comm. Galeno id accidere poteſt propter humoris tenuitatem,& partis laxitatem, & circumuenientis nos aëris calorem, atque adhibiti medicamenti facultatem, & ægri virium firmitudinem. Verumtamen quando cauſa iſtorũ abſceſſus euaneſcit,non inſuper febris detinet,& item facilè excreatio procedit. Cùm verò ſimul euaneſcit,ac retrocedit,abſceſſus,ex ratione diſcuſſus non eſt cuius habetur indicium, quod nec febris ceſſat, nec ægri ipſi facilè ſpuunt.

Quid ſ'plenitude deliteſcente dolore agendum ſit.

Ob quas cauſas abſceſſus euaneſcat.

PROGNOST. LXIX.

At purulentorum, qui ex pulmonijs ſunt,ſeniores potiùs intereunt: per alias verò ſuppurationes,iuniores potiùs moriuntur.

COMMENTARIVS.

COnfert inflammationem pulmonis aurium inflammationi,& ait;ab illa maiores natu;ab hac verò minores ocyùs aboleri.Interim verò Ga

lenus in comm. aduertit, per, natu maiores, nõ ſimpliciter eſſe intelligendos ſenes, ſed eos ſanè, qui maius ſuæ ætatis tempus decurrerunt; quique in primo ſenio, vel in cruda, viridique ſenecta conſiſtere dicuntur. Nam alij, qui per ætatem nimiùm iam proceſſerũt, ex nullo morbo magis, quàm natu minores, conualeſcunt. Pariter quoque per minores natu eos intelligere conuenit, non qui ſimpliciter pueruli exiſtunt, ſed eos, qui breuius ætatis ſuæ tempus pertranſierunt. Nam qui in limine vitæ conſtituuntur, vel ſeptimum ætatis annum non ſunt prætergreſsi, cùm animali facultate parũ valeant, ex pleuritide, aut peripneumonia minùs, quàm qui vigorem ætatis exceſſerunt, releuãtur.

Cur natu maiores minus à pulmonia liberentur.

Cauſa verò cur natu maiores minus à pulmonia liberentur, in imbecillitate virium conſiſtit. Nam; auctore Galeno. 10. meth. cap. 5. iuxta calcem; vna ſalus pleuriticis peripneumonicis ſynanchicis, id eſt, qui angina laborant, virium robur exiſtit. Exigitur hoc virium robur tum ad alia multa, tum vel maximè ad expectorandam materiam morbum committentẽ: quæ ſanè ſine vehementi tuſsis moleſtia ex thorace excerni non poteſt. Quã cũ maiores natu minus præſtare poſsint, humore intra thoracem relicto, morbo ſuccumbunt, atque moriuntur. Hoc Auicenna docet 10. 3. tract. 4. capit. 1. paulò ante finem, vbi de pleuritide verba faciens, inquit: Et minoratur in ſenibus: nam ſi accidat, interficit propter debilitatem virtutum ipſorum, in ſpuendo, & mundificando. Ratio eſt, quia, vt. 5. de locis affect. cap. 2. in fine ſcribit Galenus, niſi vehe-

menter

menter admodùm thorax pulmonē ex omni parte cōprimat, humor in aſperarum arteriarum ora recipi non poterit. Quam ob rem natura, quò robuſtior fieret expreſsio, tuſsi vocata, donauit animalia; quæ cùm naturale ſit accidēs, ſternutamentum, nauſeam, & ſingultum ſimilitudine quadam imitatur. Et conſequenter ait: Verùm quia viribus opus eſt, quibus huiuſmodi accidens naturale excitetur: ideò creberrimè contingit per ſuppuratos affectus mori laborātes, vtpotè proſtratis anteà viribus, quippè à validiſsima thoracis contractione, eademque celerrima, tuſsis excitetur. At vires imbecilles nec celeriter, nec validè agere poſſunt. Hactenus cauſam, cur ab inflammatione pulmonis maiores natu citiùs moriantur, explicuimus: ſupereſt, vt, cur ab aurium inflammationibus natu minores magis intereant, explicemus. Porrò hanc Galenus ad ſymptomatum vehementiam refert, videlicet, ad delirium, & doloris, & febris magnitudinem. Quæ omnia magis, atque vehementiùs iuuenes excruciant, quàm ſenes. Delirium quidē, ac febris, propter biliosum ætatis temperamētum: dolor verò ob tactum molliorē. Senibus etenim non ſimiliter delirium, aut acutæ febres fiunt: frigidum enim illorum corpus eſt, vt Hippocrates dixit aphor. 14, ſectionis. 1. Similiter non ita doloribus crucientur, ac ij, qui natu ſunt minores, propter neruorum duriciem, & ſenſus hebetudinem.

Cur ab aurium inflammationibus natu minores magis intereant.

PROGNOST. LXX.

Dolores, qui cum febre fiunt circa lumbos, & inferas ſedes, ſi præcordia attigerint, inferas relinquentes ſe-

des, exitiales admodum ſunt. Itaque conſideranda alia ſigna ſunt. Nam ſi quod & horum prauum extiterit, deſperandus æger eſt. Si verò aſcendente in præcordia morbo, alia ſigna non praua extiterint, talem fore purulentum admodum expectabit.

COMMENTARIVS.

DOlorificas affectiones ex partibus momentaneis, ad eas, quæ minoris ſunt momenti, trãsferri bonum eſt. Sic enim & illud ab Hippocrate. 3. prorrhetici ſententia. 22. dictum eſt; dolores, ſi ad infernas dilabuntur partes, his toleratu faciles: malum verò ſi è cõuerſo tranſlatio fiat, quẽadmodum in pręſentia, ſi ex lumbis, & ſedibus infernis, in ſeptum tranſuerſum, atque thoracem. Quia ſi ad hæc loca morbus aſcendat, è duobus alterum protenditur, aut de repentè interiturum eſſe ægrum: aut (quemadmodum Galenus in commen. ait) ſi ſecum optimè agatur, prorſus fore purulentum. Diſtinguetur autem hoc alijs indicijs: nam ſi hæc nõ praua ſint, purulentus euadet. Nõ enim digeretur, aut diſcutietur materia: quoniam natura ex priori morbo defatigata, ac laceſſita, minimè digeſtionem, aut difflationem moliri valebit. Quòd ſi alia ſigna praua adfuerint, vt mentis commotio, aut reſpiratio admodum difficilis, aut ſpinæ conuulſio, prorſus morietur æger: eo quòd natura iam diu preſſa morbo dolorifico, & interno, denuò aliò diaphragmatis aut pulmonis morbo malis ſymptomatis coniuncto opprimitur. Eſt enim adeò pẽſsimum ſignum, morbum ex hypochondrijs ad thoracem aſcendere, vt ſimul cum

Morbũ ex hypochondrijs ad thoracem aſcẽdere, valdè malum eſt.

eo

eo pauca mala ſufficiant ad mortem præoſtenden dam. Non temerè autem ab Hippocrate; dolores, qui cum febre affligunt; ſcriptum eſt, quoniam ſi abſque febre afflixerint, cùm à ſpiritu fiāt flatuoſo vel à frigida intemperie, febre ſuperueniente tolluntur, flatu vtique extenuato, atque diſſoluto, & parte excalfacta, & ad temperiem perducta. De his doloribus loquens Hippocrates aphor. 40. ſectio. 6. inquit: Quibus dolores circa hypochondria fiunt, abſque inflammatione, ijs febris ſuperueniens morbum ſoluit.

PROGNOST. LXXI.

Veſicæ duræ, ac dolentes, difficiles omninò, & exitiales ſunt. Exitioſiſſimæ *verò ſunt, quæcunq; cū febre continua fiunt. Qui enim ex ipſis veſicis fatigant dolores, interimere hominem ſufficiunt: & alui in talibus nihil, niſi durum, ac ad neceſſitatem excernunt.*

COMMENTARIVS.

PRotulerat ſententia ante dicta dolores cum febre affligentes circa lumbos, & inferas ſedes, ſi præcordia attigerint, inferas relinquendo ſedes, exitiales admodùm eſſe: ne autem quiſpiam exiſtimet, nō attingentes præcordia exitio carere; ſubdit modò, quod ſi veſica dura exiſtit, ac doloroſa, mala eſt, & exitioſa. Exitioſiſsima verò quoties vna cum dolore, ac duritie, febris adeſt continua: quoniam hæc veſicæ affectio, phlegmonoſa eſt: quæ quadruplici ſymptomatum genere lethalis habetur, nempè aſsidua febre, dolore diro, atque immani, & vrinæ, atque alui ſuppreſsione. Febris omnis naturæ aduerſa eſt contrarietate vitæ oppoſita.

Affectio veſica phlegmonoſa, quadruplici ſymptomatū genere lethalis.

poſita. Vndè ephemera in decrepito, lethalis cenſetur: quia febris quælibet, nedum aſsidua, maximè vniuerſalis eſt morbus, omnes vtique functiones offendens, non naturales tantùm, ſed vitales, & animales, cùm eius partis exiſtat affectio, quę ad omnium conſeruationem, vſumque eſt neceſſaria. Hinc nō temerè à Galeno lib. 8. meth. c. 9. iuxta finē, dictū eſt, ꝙ febris, quà febris eſt, plus cæteris omnibus nos ſolicitos habere debet: & ſi præterquā ꝙ febris eſt, lōgè à natura recedit, oēs alias indicatiōes inducere, atq; obumbrare. Quippè duplex tunc magnitudo illi accedit, & quæ ex febris genere prouenit, quæ omnibus eſt communis, & quæ propria, ſuaque ipſius eſt. Dolor, ſi immodicus eſt, breui hominem vita priuat, quemadmodū 12. meth. cap. primo habetur. Eſt enim immodicus qui ex veſicæ inflammatione prouenit: quoniam veſica vrinaria acerrimi ſenſus eſt, eo quòd ei (vt Galenus ait libr. 5. de vſu partium. 8. capi. in initio nerui quidam non parui implantantur ab oſſe ſacro originem ducentes, cauſa quorum illa acutiſsimum obtinet ſenſum. Hinc eſt, quod cùm inflammatione laborat, vehementiſsimum dolorē perſentiſcat: adeò vt non immeritò in præſentia dicat Hippocrates: Qui enim ex ipſa veſica fatigat dolor, interimere hominem ſufficit. Aluus aſtringitur facta compreſsione in recto inteſtino ab inflammationis mole: quemadmodum in huius inteſtini inflammationibus compreſſo veſicæ collo vrinam ſupprimi videmus: quod Auicenna docuit. 19. 3. tract. 2. capi. 6. Adde, quòd à calore inflāmationis

Cur in veſica inflammatione aluus aſtringatur.

mationis ſtercus torretur,& areſit, obſtruenſque inteſtinum,in quo continetur,commodè excerni non poteſt. Vndè ilei,ſeu voluuli oriuntur,auctore Galeno libro.6.de locis affect.capi.2.Sed quod præcipuè in veſicæ inflammatione ægrotantes infeſtat, vrinæ ſuppreſsio eſt. Tacuit hoc ſymptoma Hippocrates in præſentia,non quòd illius fuerit oblitus; (ſiquidem eius meminit infrà progno ſtico penultimo;) ſed quod affectionem ipſam neceſſariò ſequatur. Nam ſi vrinæ excretio actio veſicæ eſt, neceſſe eſt, vt vitiato hoc inſtrumento, actio quoque eius vitietur. Atque hæc quidem ſunt inflammationis veſicæ ſymptomata. Quo affectu raró veſica corripitur,dicente Auicenna.18. 3.tract.1.cap.8.Non plurimùm accidere apoſtema calidum in veſica ex materia ſanguinea,&biliosa; ſed multò minus fiet in illa tumor ex atra bile,aut pituita:quoniam humores, & præſertim frigidi,atque craſsi,raró peruadunt denſum,ac durum corpus,quale membranoſum,& coreaceum eſt, iuxta id quod Galenus docet libro.6.aphor. comm.33.

PROGNOST. LXXII.

Soluit autem vrina purulenta micta, candidum, ac leue obtinens ſedimentum.

COMMENTARIVS.

VEſicæ inflammatio,quemadmodum & cæterarum partium, duplicē habet ſanationem, diſcuſſo nempè,aut ſuppurato humore,inflammationem committente.Prioris non meminit Hippocrates, propterea quòd rariſsimè contingit: quoniam non admodum fit,vt veſicæ inflammatio in ſenſi-

ſenſibiliter terminetur per eam,quæ à medicis, oc culta diſſlatio,nominatur. Nó quod vrina ipſa huiuſmodi difflationem impediat. Nam ſi,(teſte Ga leno libro.3.de temperamen.cap.5.&.1.ſimpl.cap. 4.)calidæ aquæ perfuſio phlegmonem ſanat,calidam fluxionem occultè digerendo, (qua de cauſa ex accidenti refrigerat,)multò magis vrina ſanare poterit; quæ præter quàm quòd actu calida exiſtit, bilioſæ ſubſtantiæ nonnihil ſecum defert admiſtum,cuius eſt facultas attenuans,&diſcuſſoria. Sed veſicæ inflammatio ob id non inſenſibiliter diſſolui poteſt,quia nequit natura corporis membranoſi, atque exanguis tantum humorem attenuare, quantum valet calidæ & robuſtæ partis facultas. Atque idcircò frequentiùs euenit,vt veſicę inflammatio ſuppuretur, &, ſuppuratione rupta, pus exeat atque vna cum vrina perueniat, vrinam ipſam purulentá efficiens. Dicuntur quidé vrinæ purulentæ à Galeno,lib.6.de locis affect.ca. 4.vbi pus cum vrina emittitur:vel; vt idem.3.prorrheti, comm. 20.docet; quando pus vrinis permiſtum exiſtit. Quòd ſi contingat, candidum eſſe pus, ac læue, veſicæ perfectam ſanitatem oſtendet. Quia eodem auctore libro. 1. de differentjs febrium, cap.6.tale fit natura omninò vincente,ac ſuperante.Quare nihil relinquitur,niſi vt vlceris expurgationi, & conſolidationi conſulatur:quod nó multo negocio fiet,immiſsis per ſyringam, aut catheterem medicamentis detergentibus, & conſolidantibus: quorum materiam recenſere,præſentis inſtituti non eſt.

Cur veſicæ inflãmatio non inſenſibiliter diſſoluatur.

PROGN.

PROGNOST. LXXIII.

Si verò neque concedat vrina, neque veſica molleſcat, ac febris continua ſit, primis circuitionibus morbi interire eum, qui dolore afficitur, expectandum eſt.

COMMENTARIVS.

DIſcant hîc medici loquendi Hippocratis modum. Nam cùm inquit, aliquod ſignum eſſe exitioſiſsimum, non vult ilicò deſperandum ægrú eſſe, aut illum neceſſariò moriturum: ſed tantùm id verú eſſe perſeuerante illo ſigno, vel alijs bonis nõ ſuperuenientibus: quoniã ſi ſuperuenerint bona, aut peſsimũ illud aboleatur, remittaturve eius malitia, ægrũ nõ moriturũ dicem⁹: ꝙ in præſentia ſit manifeſtũ. Nã veſica ſi dura eſt, atq; cum continua febre ac dolore afficitur, exitioſiſsima cenſeri debet, dummodò vrina non excernatur, ſed ſuppreſſa maneat, ac febris, & durities perſeuerent. Quoniam ſi vrina purulenta mingatur cum candido, ac læui ſedimento, haud dubiè morbus ſoluetur, excreta vtique per vrinam, concocta, ac ſuperata cauſa morbum committente. Ad cuius excretionem ſymptomata omnia affectum ſequentia, putà, vrinæ ſuppreſsio, durities, dolor ac febris continuò ſubmouentur, & euaneſcunt. Sed multo magis ægrum moriturum ſperabis, ſi cum cohibita vrina, febre, atque dolore, ſitis aderit ingens, aut extremorum frigiditas, aut bilioſus vomitus, aut reſpiratio difficilis, aut delirium, aliquodve aliud ſignum, quod internas inflammationes exitioſas ſolet comitari.

PROGN.

PROGNOST. LXXIIII.

Hæc formula potiſsimum attingit pueros à ſeptimo ad quartumdecimum annum.

COMMENTARIVS.

QVibus ætatibus præcipuè veſicæ inflammationes eueniant, obiter hoc vltimo prognoſtico oſtendit Hippocrates; inquiens; hunc modum generationis inflammationis veſicæ potiſsimùm pueris accidere à ſeptimo donec quartũ decimum annum peregerint. Cui etiam ætati talis affectio minùs periculoſa exiſtet, ſi modo vera ſunt ea, quæ ipſe aphor.34.ſect.2.nos docuit, vbi ait: In morbis minus periclitari ægrotantes, quorum natura ætati, aut conſuetudini, aut anni tempori magis congruit morbus, quàm vbi nulli iſtorum congruit. Porrò non tantùm veſicæ inflammationi pueruli obnoxij ſunt, verùm etiam veſicę calculo magis quàm cæteri infeſtantur. Cuius rei grauiſsimus teſtis eſt Hippocrates libro. 6.epide. part.3.aphoriſm. 15.vbi ait: Poſt mictum concretio puerulis magis: & Galenus in comment. dicit: Pueris in veſica; iam declinanti verò ætate hominibus, in renibus lapillos prouenire. Itaque ſi humorum colluuies in pueris per vreteras perueniat ad veſicam, in lapidem concreſcet, quando diutiùs immorata cogitur, ac incraſſatur. Si verò per venulas veſicam alentes in ipſius veſicæ corpus deferatur, inflammationẽ committet, vbi prædicta humorũ defluxio fuerit natura calida. Cęterũ in illis, qui iã progreſſa ætate ſunt, Galeno cõm. citato teſte, meatuum per renes anguſtia gignendis

Pueri veſicæ, ſeniores verò renum calculo magis laborãt.

dis

dis lapillis cauſa non eſt, ſed actionum infirmitas, & craſſorum ſuccorum cruditas; quandoquidem in pueris omnes naturales actiones validæ cùm ſint, humorum craſsitudo funditur, atque diſſoluitur: in declinantis autẽ ætatis hominibus compacta eſt. Quin etiam in exterioribus, quæcunque natura craſſa per aliqua anguſta foramina transfundere volumus, quæ calore eliquata ſunt, facilè peruadere:quæ non fuſa, nec eliquata ſunt,tranſire non poſſe cernimus. Huius materiæ exempla ſunt, pix, reſina, ſeuum, cera, & mel. In pueris itaque cùm multus ſit inſitus calor,& actiones robuſtæ, materiæ craſsitudo attenuata in renes fertur,atque ideò facilè in veſicam percolatur haud parum & actionum vi ad egreſſus celeritatẽ conducente.Veruntamen licet hæc pręcipua cauſa ſit, vniuerſa tamen non eſt, cùm negari haud poſsit,meatuum anguſtiam non parùm ad lapidis in renibus generationem conferre: quemadmodum eorundem amplitudinem ad illius qui in veſica concreſcit. Nec enim aliam ob cauſam Auicenna.18.3.tract.2.cap.16.extenuatos homines, & graciles, frequentiùs in veſicæ lapidem incurrere dixit: pingues verò, & obeſos in lapidem renum. Niſi quòd in his, meatus anguſti, in illis verò ampli ſint; ſic & in pueris venulæ, cùm ob mollitiem,& humiditatẽ influentibus aliundè humoribus facilè cedant, leui negocio amplitudinem comparant.

IOANNIS BRAVI PETRAFITANI, DOCTORIS MEDICI, ET SCHOLAE MEDICAE Salmanticenſis publici profeſſoris, in tertium Prognoſtici Hippocratis librum Commentaria.

PRAEFATIO.

LIBRO primo dictum à nobis eſt, in hoc volumine Hippocratis fuiſſe inſtitutum, eam medicinæ partem, quam medici prognoſticam nominant, ad amuſsim explicare: atque ita quidem medicorum æſtimationi plurimùm conſulere, ne quam calumniam ſubeant vel curãdo, vel præſagiendo. Id quod celeberrimis medicis in præſagijs huiuſmodi minus exercitatis ſæpius contingere ſolet: ſine quorum cognitione vt omnem medici operam perditam iudico, ita prudentẽ ſe præſtare poterit prognoſticis inſtructus: nec ſe ab internecionis crimine ſolùm vindicare, ſed ægrotantes etiam obtemperantes

rãtes reddere, ſummam fiduciam ſibi apud illos conciliando, & plurimis ſanitatem reuocando. Nam, ut in præfatione ſcriptum ab eo eſt, medicus futura præſentiendo malis de lõginquo obuiam it: & deploratis manum non admouet, ſed morbum conclamatum prognoſticis relinquit. Quæ commoda ut aſſequatur, omnia, quæ per corpus uniuerſum apparent, ſigna; quæq; ab Hippocrate hic tradũtur, perdiſcere tenetur, unde præſentire poßit, quid de languente ipſo ſit ſperandum. Oportet autem hic Hippocratis induſtriam, & ſedulitatem admirari: atque in his pertractandis eius artificiũ, ordinemq; ſummum collaudare. Nam primo lib. uultum exitioſum cum ſuis partibus depinxit, lumina uidelicet recenſendo, palpebras, nares, labia, dentes, frontem, tempora, atque adeò aures: ex quibus medicus certò præſcire poßit, quæ habenda de laborante ſpes eſt. Docuit deinceps quæ

Quid libro primo actũ ſit.

per vniuerſi corporis habitum inſpici ſoleant: decubitum deſcripſit; ceruicem, brachia, manus, ventrem, crura, pedes eſt contemplatus: vt ex horum animaduerſione præſagire medico liceat diram ægritudinis ſæuitiam. Poſt verò ad ea quæ ſuperueniunt, tranſiuit. Nam, vt vidimus, ſpiritus rationem, ſudorem, præcordiorum habitudinem, anguſtiam, deliria, abſceſſus, tumores, fluxus ſanguinis, ſuppuramenta, puris bonitatem, & malitiam, conſideranda expoſuit, quæ omnia, niſi exactè, & ad ſeuerum vſque vnguẽ medicus teneat, ſæpè in præſagiendo hallucinabitur, ſibiq́, ac vniuerſæ arti dedecus pariet. Atque hæc quidem libro. 1. ſunt pertractata. In. 2. verò his multò plura fuerunt comprehenſa, quorũ quædam nonnullorum morborum, vt hydropis, ſuppurationis, veſicæ inflammationis exitum oſtenderunt: alia circa animalem facultatem ſecundum locum mouentem vnguiũ,

Quid in ſecundo libro ſit peractũ.

&

& digitorum colorem, lethale frigus, ſomnos, & vigilias verſabantur. His Hippocrates adiecit deiectionis, vrinæ, vomitus, ſputi præſagia: non veritus, ſuæ illius ſublimitatis oblitus, ad hæc ſordida ſpeculãda deſcendere. Nihil eorum ſordium exiſtimans, quod ad hominum vitam, atque cõſeruationem plurimum momenti habere iudicaret. Poſt hæc, vomicas, abſceſſus inſpiciẽda propoſuit, vt quæ inde præſciri queant, medicus intelligat. Nunc iam tertium aggreditur librum, in quo longè difficilimam dierum criſimorum obſeruationem enarrat: & quæ in ſingulis febrium generibus, & earum periodis proſpici debeant, præſcribit. Tandem quo pacto vomitus futuri, & venturi fluxus ſanguinis ex naribus ſint prædicendi docet. Ac demum in libri calce, ne quis ea, quæ docuerat, tanquam vana explodere præſumat, adiecit in Libya, Europa, atque Aſia, & omni anno, omniq;

Quid libro tertio ſit peragendũ

tempore prædicta ſigna vera eſſe. Verùm vt hæc omnia medicus aſſequatur; atque ex hac arte fructum, & emolumentum accipiat, protinùs cùm ad viſendum ægrum acceſſerit, languentis habitũ, corporis conſtitutionem, ætatem, animum, conſuetudinem, mores, morbum, vires, vitamq́ transactam, & valetudinem ſuperioris temporis conſiderare, & cuncta ab ipſo, & familiaribus ſciſcitari debet: atque poſtmodũ præſagia fari cum huiuſmodi præfatione, hoc, aut illud euenturum, dicendo; dummodò omnia circa ægrotum rectè adminiſtrentur: erroreſq́ commiſſos, morbi ſolutionem remorari, vel necem accelerare. Qua præfatione Galenum lib. 1. de dieb. decret. capit. 11. ſemper vſum fuiſſe legimus.

PROGNOSTICVM PRIMVM.

Febres autem iudicantur iiſdem numero diebus, & ex quibus ſuperſunt homines, & ex quibus intereunt.

COMMENTARIVS.

LONGVS eſſem, ſi criſis rationem omnẽ, & dierum criſimorum naturam, atque numerum, præſenti commentario enarrare aggrederer. Verùm cum hoc à Galeno, proprio de diebus decretorijs opere, ad amuſsim explicatum habeatur, & à doctiſsimo Vega in præſentia optimè in epilogum exiſtat redactum: illud verò à me in cõmentarijs ſuper libros Galeni de criſibus (quos protinùs, cùm hoc opus abſoluero, in lucem edere mihi in animo eſt,) abundè ſit pertractatum: idcircò breuior multò, quàm decreuerã, ero. Quia ſuperfluum, & ab optimo expoſitore alienum videtur, eadem ſæpè ſcribere, aut repetere: præſertim quando ab alijs optimè ſunt tradita. Nunc verò tantùm dicam, criſis, ſeu iudicij nomen de præcipiti in morbis mutatione ad ſalutẽ, vel ad mortem dictum eſſe, tranſlatumq́ue fuiſſe; vt hoc in loco, & lib. 3. de criſib. cap. 2. Galenus ſcribit; à iudiciali foro ad morbos. Nam, vt in illo, inter eum qui accuſat, & alterum, qui accuſatur, atrociſsima exiſtit pugna: vnuſq́ue tandem vincit, alter verò

Criſis vox de quo dicatur.

 vinci-

vincitur, ſic etiam in criſi, morbus, & natura acerrime inter ſe certant, vt ægro nihil aliud, quàm illis, qui in iudicio de morte, aut vita audiunt ſententiam, ſit expectandum. Eſt enim maxima analogia fori litigâtium, ad morborum iudicium. Nā vt in illo quinque reperiuntur, qui litem complēt; Actor, videlicet, Reus, Iudex, Teſtes, atque Apparitor, qui contendentes citat ad iudicium: ad eundem modum in criſi actor & reus ſunt morbus, & natura: qui inuicem inter ſe contendunt. Teſtes omnia ea ſigna dicuntur, quæ in toto morbi progreſſu conſpiciuntur, atque apparēt. Medicus vicem gerit iudicis, qui ex eis, quæ ſigna oſtenderunt, & renunciarunt, vitam, aut necem prænunciat ęgrotantis. Apparitor, eſt dies index. Nam hic in ſequenti decretorio futurum iudicium prænunciat. Vndè mirum nō eſt, ſi quiſpiam vulgaris, qui anteà omnia hæc conſideraſſet, cum criſi adeſſet, ipſa re cogente pronunciauerit, tunc iudicium de vita agi laborantis. Nam vt Galenus. 3. de criſibus, cap. 1. ait, nullus medicorū id nomen inuenit. Sed omninò neceſſarium fuit, vt qui præſens ægrotanti adeſſet, ſymptomatum vehementia deterritus conturbaretur, atque ideò exclamaret, & criſim, id eſt, iudicium, rem ipſam nominaret. Decet autem medicum generoſum inſtante iudicatione, nec conturbari, nec futurum euentum ignorare. Porrò iudicatio hæc; auctore in comm. Galeno; cum quadam euidenti fit euacuatione, aut abſceſſu, & præſertim quando liberat ægrotantem. Nam altera, quæ de repente hominem interimit, ſine ta-

Analogia fori litigantiū ad morborum iudicium.

Criſis cum quadā euidēti fit euacuatiōe, aut abſceſſu.

libus

libus accidere poteſt. Et hoc eſt, quod Galenus.3. de criſibus, cap.9. vult, quando inquit, eſſe quartũ modum mortis, qui nulli ſalutarium aſsimilatur: ſiquidẽ nemo ſubitò morbũ euaſit ſine criſi: multi verò ſine hac ſubitò intereũt, plurimiq; in acceſsionũ principijs; illi præſertim, qui propter materiæ multitudinẽ, aut craſsitiẽ, aut inflãmationis magnitudinẽ exitialiter laborãt. Euenit interdũ ſine talibus factis vacuationibus, aut abſceſsibus, ſubitò liberari ægrotantẽ. Verũ hoc raro admodũ cõtingit, & in puerulis tantũmodò: qui; vt refert in cõm. Gale. aliquãdo per ſomnũ altiorẽ, ac longiorẽ, celeres in melius fecerunt mutationes: quas nonnulli volunt etiam nominari criſes. Quod ſimiliter confirmat libro. 2. prorrhet. comm. 29. dicens: Vidimus in ægris quibuſdam, qui tribus, vel quatuor deinceps diebus vigiles permanſerunt, difficilem excitatu ſomnum ſuperuenientem, qui prorſus noctu, dieque perſeuerans, magnum attulit auxilium. Sæpiùs quoque & in infantibus ſomnum eiuſmodi ſuperuenientem, non vno die ſolùm, verùm quoque & duobus ex ordine diebus, magno ipſis fuiſſe commodo, conſpexi. Fiunt huiuſmodi celeres in melius mutationes per ſomnũ in pueris, crudis humoribus, quibus puerilis ætas abundat, aliquo modo digeſtis, maiori tamen ex parte concoctis, atque in ſolidorum ſubſtantiam conuerſis: non tamen vniuerſis digeſtis, aut ſenſum effugiente euacuatione diſsipatis. Nã ita melius multo, atque expeditius per vigiliam liberarentur, eo quòd copioſius procedit hęc euacuatio

 per

Franciſcus Valleſius taxatur.

per vigiliam, quàm per ſomnum. Franciſcus Valleſius libro 10.contro.cap.11.inter criſes,quæ fiunt motis humoribus ab internis ad externa, eam recenſet,quæ per occultam diſflationem peragitur, quàm copioſiorem fieri per ſomnum, quàm per vigiliam contendit. Sed aberrat ſanè duobus modis:primò,quia exiſtimat per inſenſilem vacuatio nem fieri criſim poſſe: cùm tamen conſtet,criſim per ſubitam mutationem vbique à Galeno defini ri: eandemque, eodem teſtante Galeno. 3.criſeô lib.capit.2.fieri ſubitis quibuſdam excretionibus, aut effatu dignis abſceſsibus. Aberrat ſecundò cũ ait,huiuſmodi occultam euacuationẽ magis procedere per ſomnum,quàm per vigiliam: quia docente Galeno libro.12.metho.cap.5. Vberior ſomnus ijs qui crudis humoribus redundant, ſalutaris non eſt, ob id quod craſſos ſuccos digeri non ſinat,& viſcera grauiora reddat. Nec aliam ob cauſam ambo hæc prædictis cõuenire dixit, niſi quia ambobus his opus habent, nempè diſcuſsione, & digeſtione, quæ per vigiliam fit, & concoctione, quæ efficitur per ſomnum. Nam, vt ipſe ait,ſomnus concoquit, vigiliæ digerunt. Hoc itidem ſignificare voluit Hippocrates libro. 6.epid. part.4.aphor.14.cum inquit: Vigilantem, circa exteriora manifeſtè eſſe calidiorem: circa verò interiora frigidiorem:dormientè cõtrà. Quod ſimiliter infrà aphor.20.eiuſdẽ partis confirmat, qñ vigiliam edacẽ vocat, Quippe immodicam vigiliã, ciborum appetentiam facere,omnibus eſt in confeſſo.Siquidem calor vigiliæ tempore,à profundo

Digeſtio per vigiliã quã per ſomnũ procedit magis.

corporis

corporis ad extimas eiuſdem partes reuocatus, co pioſam in his faciens diſcuſsionem, cauſa eſt, vt eædem à vicinis partibus nutrimentum ad ſe alliciant, vt impleatur id, quod ab ipſis deperditum, & euacuatum eſt: Atque illę rurſus ab alijs attrahunt, & motus iſte non ceſſat, donec ad meſeraicas venas ſit peruentum, quæ ventriculum ſugentes, ac illius ſubſtantiam vellicantes, appetentiam excitant; quemadmodum copioſius apud Galenum videre eſt libro. 1. de cauſis ſympto. capit. 7. Sed ad inſtitutũ reuertentes. In præſenti ſententia, quæ veluti procemium quoddam eſt eorum, quæ in tertio hoc libro dicenda ſunt, docet Hippocrates, diem in quo iudicium futurum eſt, vnicum eſſe, modò moriturus, modò ſaluandus ſit æger. Nam ſiue morbus ad ſalutem finiendus ſit, ſiue ad mortem, vnum habet limitem. Quod con textu ſequenti declarat, cum ait: ſimpliciſsimè em̃ febres, ac ſignis firmatæ ſecuriſsimis, quarto die, vel citiùs deſinunt: deterrimæ verò, atque ſignis affligentes difficillimis, quarto die, vel citiùs interimunt. Febri igitur exactè peracutæ, quartus dies terminus eſt, ſiue qui ea laborat liberari, ſiue aboleri debeat. Obijciunt aliqui aduerſus hæc, Galenum libro 7. aphor. comm. 31. quo in loco enarrãs *Obiectio.* Hippocratis aphoriſmum, (qui habet: Quibuſcũque febricitantibus, in vrinis fiunt ſedimina, veluti farina craſsior, longam ægritudinem fore ſignificant:) inquit: Et hic ſermo, adhibita diſtinctiõe, fit verus, experientia comprobante; quia tales vrinæ exitiales ſunt, ſicuti etiam in prognoſtico di-

ctum eſt: & plurimi morte præripiuntur, anteà, quàm ægritudo diutiùs protrahatur: & quicũque ex ipſis ſunt liberati, ijs omnibus in longum producta eſt ægritudo: cùm diſpoſitio multam requirat coctionem, in qua talis vrina mingitur. Ex quibus verbis elicitur, morituros, breuiter mori: ſaluãdos verò non niſi longo tempore liberari. Veruntamen ad hæc dicendum videtur, ea, quæ ab Hippocrate hoc loco traduntur, vera eſſe, dummodo virtus tanta ſit, vt ad iudicium vſque poſsit perdurare. Nam ſi adeò languida exiſtit, vt certamen non expectet, ſed ante iudiciũ morbo ſuccumbat; neceſſe non eſt, lethalem morbum, eundem obtinere terminum cum morbo ſalubri ſuæ ſpeciei. Et Hippocratis præſens ſententia, quæ habet; febres iudicari eiſdem diebus numero, ex quibus ſuperſunt homines, & ex quibus intereunt: intelligenda eſt, dummodo in vtriſque febribus criſis fiat. Nam non dixit febri lethali, & ſalubri terminum eſſe eundem; ſed vtriuſque iudicationes fieri pari tempore, quæ in omnibus morbis tam acutis, quàm diutinis vera eſſe eſt exiſtimandum. Atque hanc expoſitionem, iudicio meo Vega in præſenti commentario non eſt aſſequutus. Quod tamen deinceps in fine contextus Hippocrates adiecit: Et ex quibus ſuperſunt homines, & ex quibus intereunt, verbũ: Ex quibus: ad dies, & iudicationes poteſt referri. Sed Galeno magis placet, vt de iudicationibus dicatur: quoniã dies non liberant, aut interficiunt ægrotantes, niſi medijs iudicationibus; licet negandum non ſit, iudicationem

Obiectionis ſolutio.

Vega notatur.

cationem ipſam plurimum bonitatis, aut malitiæ à diei natura deſumere.

PROGNOST. II.

Simpliciſsimæ enim febres, ac ſignis firmatæ ſecuriſsimis quarto die, aut citiùs deſinunt: maleficentiſsimæ verò, ac ſignis affligentes difficillimis, quarto die, aut citiùs interimunt.

COMMENTARIVS.

FEbrium ſimplicium, ac peſsimarum exemplo, probat, verum eſſe id, quod pręcedēti ſermone docuerat, dicens, illas quarto die, aut citiùs deſinere: has verò quarto die, aut citiùs occidere. Per ſimplices, non fatuas, intelligens, (in quo ſignificato voce hac vti ſolemus, cùm aliquem, amētem, ineptumve, ſeu deceptu facilem, vocamus ſimplicem:) ſed potius placidas, mites, benè moratas, & haudquaquā maleficas. Hæc enim, quoties ſigna alia ſecuriſsima non deficiant, vltra primum quaternarium haudquaquam procedent: ſed haud quarto die, aut citiùs interiment. Porrò ſigna ſecuriſsima ſunt, ſigna ſalutis, quorū ipſe ſignatim mentionem ſuprà fecit libro. 2. prognoſt. 56. & infrà textu. 8. nihilominus faciet, cum inquiet: Qui conualiturus eſt, faciliùs ſpirat, ſine dolore agit, noctu dormit, & alia ſigna ſecuriſsima habet. Veruntamen inter iſta, coctionis, & cruditatis ſigna ſunt recenſenda: nam hæc, Hippocrate auctore. 1. epid. part. 2. aphor. 46. criſis ſecuritatem denunciant. Pari modo per ſigna difficilia, non tantùm indicia lethalia, qualia illa ſunt, quæ ab eo dictis prognoſticis traduntur, ſed & ſigna cruditatis accipere debemus.

Signa ſecuriſsima quæ

bemus. Quando igitur hæc omnia cum maleficis febribus prima die coniunguntur, ait quarto die, aut antè, ægrotum aboleri: quemadmodũ eundẽ liberari, ſi cum placidiſsimis contraria copulentur. Quod ſimiliter docuit Galenus libro. 1. de diebus decretorijs capi. vltim. ita ſcribens: Iterum igitur ad inſtitutum reuerſi dicamus: Si quis prima die, acuta febre infeſtetur, nullum autem periculoſum ſignum ipſi adfuerit, ſed in vrinis coctionis nota inuenta fuerit, non vtique vltra primũ quaternarium morbus diſcutietur. Quin etiã ſi multa lethalia prima ſtatim die comprehendantur, morietur ſanè non vltra quartum diem. Si tamen cũ febre ſimpliciſsima, non omnia bona indicia reperiantur, nec cum maligna, omnia lethalia, vtriuſq; iudicium ad ſeptimum vſque differetur: quemadmodum tradit Galenus lib. 3. de criſibus cap. 4. quo in loco præſentem ſententiam refert, in eum ſcribens modum: Optimã verò criſim, quam etiam ſolam criſim vocari diximus, nõ per coniecturam, ſed firma cognitione comprehẽdes. Omnia enim ſigna in talibus morbis ſtatim ab initio ſecura videntur. Cùm igitur talia integrè fuerint in primo quaternario, criſim futuram denunciant: ſicuti Hippocrates in prognoſtico, hiſce verbis oſtendit: Mitiſsimæ enim febres, quæ ſecuriſsimis ſignis fiunt, quarto die finiũtur, vel prius. Nec enim contingit, febrem omnia ſigna ſecuriſſima habẽtem, nec illam, in qua ſunt omnia maximè pernicioſa, alteram quidem non liberare: alteram autẽ nõ occidere in primo quaternario ægro

Optima criſis firma cognitione cõprehẽditur.

tantem

tantem; veluti ſi hæc quidem parùm ab extremè pernicioſis diſceſſerit:illa verò à maximè ſalubribus: huiuſmodi febres ſeptimum diem non contingit tranſcēdere.Hæc Galenus. Hoc tñ in loco ſilentio prætereundũ nõ eſt,febrẽ malignã diſtinctã eſſe à magna,& benignã à parua.Vndè ſtat febrẽ aliquã eſſe malignã,ac paruam; & mitẽ,ſeu benignã, ac magnã.Ratio eſt,qm̃ magnitudo,&mos diſtinguunt,vt Galenus docet libro.3.de criſibus, cap.4.vbi poſtquam de morbi ſpecie,& motu verba feciſſet,ſubdit:Magnitudo verò,& morbi motus ab his diuerſa ſunt. Debiles quidem, & paruæ febres quandoque valdè malignæ ſunt:& aliæ calidæ, & incendentes, vt exindè faſtidio langueat ſtomachus,æſtuet,& intolerabili ſiti crucietur: nihil tamen habent nonnunquam periculoſum.Malignæ, & paruæ ſunt febres peſtilentes, vt voluit Galenus libro.9.de ſimpl.med.facult.capi.de terra Samia,in fine,cùm dicit, has calore non eſſe vehementes.Et Auicenna.1.4.tract.4.ait illas vix exteriùs percipi: adeò vt multi medici imperiti exiſtiment cubantes nõ febricitare; cùm tamẽ interiùs illi comburãtur, & perturbationem haud exiguam ſentiant. Cæterùm Hippocrates in præſentia de ambabus febribus loquens, dixit vtramque quarto die,aut citiùs terminari. Quæ dictio, Galeno in comm.interprete,propter tertium dicta eſt: quoniam morbi, qui quartum diem non expectant,tertio iudicantur.Ex quibus verbis elicit Galenus, Hippocratem velle, diem tertium decretorijs annumerari. Quod itidem probat libr.3.epid.

Magnitudo, & malignitas diſtinguũtur.

Febres peſtilentes quales.

Num dies tertius ſit iudicatori.*

part.

part. 3.aphor.14. vbi primum inter dies decretorios tertium ſcribit:& aphor.36.ſect.4.cum ait: Sudores febricitanti ſi inceperint, boni: tertio die, & quinto, & ſeptimo; clarè innuit, tertium diē inter decretorios eſſe computandum. Quod ſimiliter Galeni teſtimonio confirmari poteſt, libro.4. aphor.comm.48.vbi inquit: Rurſus autem ſicuti in peracutis morbus poterat iudicari & in quinto,& in quarto, & in tertio die. Et libro.2.de diebus decretorijs cap.8.ſcribit plurimos nonum iudicare ſecundam vim obtinere quintum, & poſt hunc tertium. Contrarium tamen videtur ſentire enarratione præcedenti, cùm dies omnes in tres ordines digeſsit, nempè in decretorios, indices,& interiacentes. Decretorios dicens eſſe, ſeptimum, decimumquartum,& vigeſimum. Indices, quartū, vndecimum,& decimumſeptimum. Interiacentes verò nonum, quintum,& tertium. Qui ob id ita dicuntur, quòd inter indices,& decretorios intercidant, quaſi neutri ſint. Et libro.4.aphor.comm. 36.quando dicit, quartum diem, primum eſſe iudicatorium, perſpicuè vult, tertium à decretoriorum numero eſſe excludendum. Verùm tamen hanc controuerſiam dirimit ipſe Galenus lib. 3.de diebus decret. capit. 8.cum inquit: Huius rei gratia tertius,& quintus meritò decernunt, non ex lunari circuitu decernendi potentiam ſortiti; ſed quòd ob violentam acceſsionem, tertius criſin quarto die futuram peruertit. Vult itaque duplicem eſſe criſis naturam; vnam, quæ euenit ob radicem ſupernam, hoc eſt, ob lunæ motum: alteram,

Tertiū diē eſſe decretorium, quomodo intelligatur.

ram, quæ ſequitur infernam, videlicet, motum, & agitationem humoris. Prima conuenit omnibus quaternarijs, & ſeptenarijs: ſecunda intercidentibus vocatis, puta, tertio, quinto, & nono, in quibus acutorum morborum acceſsiones ſolent euenire. Fit autem criſis in die, quo humor ad acceſsionē mouetur, vt Galenus docet tertio libr. de criſibus capit. 4. Et libr. 4. aphor. comm. 36. reddens rationem, cur ſudores tertiani, quintani, ſeptimani, & nonani, boni ſint, inquit, ob id bonos eſſe, quoniā morbi peracuti primam ſtatim acceſsionem, vehementiſsimam habent, & reliquas illi proportionales per diem tertium. Et addit: Didicimus enim quòd in vehementioribus acceſsionibus iudicia fiant. Hæc Galenus. Septimus verò, quoniā vtrumque principium ſequitur, ſcilicet, ſupernum, & infernum, ideò frequenter, & potentiſsimè iudicat, vtpotè, duplicem iudicandi vim obtinens.

PROGNOST. III.

Itaque primus impetus hunc in modum finitur. Secundus verò, ad ſeptimum producitur. Tertius, ad vndecimū. Quartus, ad quartumdecimum. Quintus, ad decimūſeptimum. Sextus, ad vigeſimum. Hi ergò ex morbis acutiſsimis per quatuor ad viginti, ex additione terminantur.

COMMENTARIVS.

Dies decretorios recenſet, qui à primo ad vigeſimum vſque exiſtunt. Sunt autem vniuerſi hi numero ſex: quartus, ſeptimus, vndecimus, decimusquartus, decimusſeptimus, atque vigeſimus. Qui omnes ex lunari circuitu decernendi

nendi facultatem ſortiuntur. Nam luna ſuo motu nedum terrena, & aquea, aëreaque, ſed & hominum, & præſertim ægrorum corpora per ſeptimanas, & quaterniones immutat. Reliquos verò dies quos interiacentes, aut intercalares eſſe diximus, non niſi ob vehementiam acceſsionis decernere de morbis dicuntur. Quo modo & illud à Galeno ſcribitur libro.4.aphor.comm.59.& infrà enarratione ſeptima: In febribus intermittentibus non eſſe continuos dies numerandos, ſed ipſas potius acceſsiones, ad earumque numerum, & non dierum ipſas fieri iudicationes. Cæterùm cùm Hippocrates in præſentia, quartum diem, primum decretoriorum eſſe dicit; & ſecundum, ſeptimũ exiſtere, ordinem, & numerum decretoriorum deſcribit, non dignitatem, aut virtutem; ita Galeno tradente libro.2.de diebus decretorijs, capit.8. Nã dignitate, & potentia, quemadmodum idem docet libro.1.eiuſdem tractationis capit.4. Septimus dies, primus cenſetur, eò quòd omnes decretoriorum notas occupet: quandoquidem is, abſolutè, fideliter, tutò, manifeſtè, ſalubriter, & frequenter iudicat. Vocauit Hippocrates in præſentia criſes prædictis diebus contingentes, impetus, eò quòd quæ hiſce temporibus iudicia eueniunt, impetuoſa ſunt. Poſt vigeſimum verò omnia impetus vehementiam remittunt, dicente Galeno libro. 1. de diebus decretorijs, cap.10. vſque in decimumquartum quidem diem magnas fieri in morbis tranſmutationes, proximo loco ſuccedere, quæ vſque ad vigeſimum habentur. Quæ verò poſt hunc ad quadra-

Septim' dies dignitate, & potentia primus decretorius cẽſetur.

Cur criſes intra vigeſimum diem contingẽtes impet' Hippocrates vocauerit.

quadrageſimum vſque ſuccedunt, paulatim vehementiam, efficaciamq́ue remittere: ſic, vt poſt quadrageſimum omnes prorſus langueant coctione potius, & abſceſsibus; quàm criſibus morbos finientes. Accidunt etiam poſt hunc terminum per excretiões interdum iudicia, ſed admodum rarò, nec magnam habent vehementiam, & frequenter pluribus diebus iudicia complentur, & maximè cùm per abſceſſus fiunt. Verùm quia plerumq; euenit, criſim die aliquo decretorio, vt verbi gratia, ſeptimo incipere, deſinere autem non critico, ſed poſtridiè diei critici, veluti, ſi placet, octauo. Ideò hoc in loco diſquirendum videtur, quandò iudicium plures occupat dies, cui præſertim diei illud ſit attribuendum. Qua in re Galenus libr. I. de diebus decretorijs, cap. 8. ad indices, & contemplatorios appellatos animum adhibẽdum eſſe voluit. Si namq́ue vel quarto, vel vndecimo indice facto, criſis quomodolibet attigerit vel ſeptimũ; vel quartumdecimum, illorum ipſam criſim eſſe arbitrari debemus. Quòd ſi nullo indice prius habito criſis ſubitò contingat, duos, aut tres occupans dies ad notas has reſpicientes (ſi eidem Galeno creditur) diſtinguemus vtrius nam ſit, nempè ad acceſsionum proportionem, ad dierum naturam, ad decernendi temporũ numerum, ad ipſum iudicij tempus. Ad acceſsionum proportionem ad hunc modum imparibus diebus, ſi æger magis laborauit, proprium magis diei imparis eſt iudicium: quemadmodum ſi paribus illius proprium. Nam in acceſsionibus plurimum iudicia contin-

Quando iudicium plures occupat dies, cui præſertim diei illud ſit attribuẽdum.

 gunt.

gunt. Cæterùm ad dierum naturam hoc pacto, ſi ambigas vtrùm noni diei, vel decimi ſit iudicium. Si enim ſalubre, & bonum perfectum, ac ſine periculo, noni magis eſt: ſi imperfectum malum, & periculoſum, decimi. In numero decernendi temporum, tria hæc conſideranda veniunt, ſcilicet, decretoriæ acceſsionis initium, decretoriæ motionis principium, finis ipſe iudicij. Qui enim dies, horũ duo accipit in ſeſe, magis iudicium ſibi aſſumit, ſic & ipſum tempus iudicij vtra die fuerit longius, illi magis iudicium tribui debet.

PROGNOST. IIII.

Fieri verò non poteſt, vt horum vllum integris diebus eximiè numeretur. Non enim annus, ac menſes integris numerari diebus natura apti ſunt.

COMMENTARIVS.

CVM ſuperiori prognoſtico dixiſſet, ſextum impetum decretoriũ, per quaterniones ſupputatum, in vigeſimum finiri diem, poſſet quiſpiã aduerſari, dicendo, impetum hunc non ad vigeſimum, ſed ad vigeſimumprimum terminari, cum ſeptimana quælibet ſeptem numeretur diebus: quo fit, vt tres ſeptimanæ, viginti vno diebus cõpleantur. Quare huic obiectioni reſpondet Hippocrates, dicens, fieri nõ poſſe horum inſultuum vllum integris eximiè dinumerari diebus. Aliter namque non vigeſimus, ſed primus & vigeſimus decretorius cenſeretur: cuius contrarium experimentum docet: quemadmodum apud Hippocratem videre eſt in libris de morbis popularibus, vbi recenſet complures iudicatos fuiſſe vigeſimo primo.

Obiectio.

Obiectioni reſpondet Hippocrates

primo. Et libro.7.aphoriſm.ſententia.8.dicit, deſtillationes in ventrem ſuperiorem intra viginti dies ſuppurari. Quam ſententiam enarrans Galenus,ait: Fertur deſtillatio in pulmonem à capite per aſperam arteriam, quæ in eo magna ex parte ſuppuratur in viginti diebus, & non in vno & vigeſimo. Semper enim Hippocrates diem vigeſimum iudicatorium facit, non vigeſimum primũ. Et libro.4.aphor.comm.71.inquit:Igitur,cui in ſeptimo apparet vrina bona,hic quartodecimo fuit iudicatus:cui verò in decimo quarto,hic in vigeſimo.Et ſuprà comm.1.comparans vigeſimum,vigeſimoprimo; dicit:vigeſimus enim & ſępenumerò, & validè iudicationem efficere cernitur.Itaq; pro comperto habendum eſt,diem vigeſimum,magis quàm vigeſimum primum de morbis decernere, quod fieri non poſſe in præſentia dicit Hippocrates: ſi quaterniones omnes integris eximiè dinumerentur diebus. Quæ verba nonnullis occaſionem dedere,vt exiſtimarent decretorios dies non poſſe integros numerari, ſed potiùs de ſingulis, qui vigintiquatuor horis conſtituuntur, demendum eſſe aliquid: nunquàmque ad ſupputationẽ integros eſſe vſurpandos:quod itidẽ ratione confirmãt,hoc modo conficientes argumentum. Vtcumq; fiat ſupputatio, ſiue ſecundũ menſem medicinalem, ſiue peragrationis, ſiue illuminationis, non poſſunt dies integri accipi: ergo de ſingulis præcidendum eſt aliquid. Aſſumptum argumento,à ſufficienti partiũ enumeratione,vocato,probant ſic. Medicinalis menſis, vt Galenus docet.3.

Vigeſima dies magis quam vigeſima prima decretoria.

Fundamentum illorũ qui tenent dies decretorios non eſſe integros numerandos, ſed cum fractione aſſumendos.

lib.de diebus decretorijs cap.9.conſtat viginti ſex diebus,& horis viginti duabus. Hic in ſeptimanas diuiſus,prima obtinebit dies ſex, & horas decem & ſeptem cum dimidia menſis peragrationis, quē luna motu proprio ſub ſignifero circulo deſcribit, dum ab vno puncto proficiſcens ad id, vndè digreſſa eſt, redierit, tēpus eſt viginti ſeptem dierum,& horarum octo: cuius ſeptimana conſtabit diebus ſex, & horis viginti: menſis illuminationis vigintiſex diebus cum dimidio completur:& eius ſeptimana ſex diebus, & quindecim horis, vt licet ſupputanti clarè conſpicere. Sed ex prædictis ſeptimanis non poſſunt ſeptem dies cōſtitui, niſi de ſingulis diebus detrahatur aliqua portio, videlicet à ſingulis diebus menſis medicinalis hora vna non completa, ſed minùs decimaquarta parte:& ex ſingulis reliquorum menſium diebus ad portionem iuxta propriæ naturæ exiſtimationem. Ex quibus non citra rationem concludunt, dies hoſce eſſe mutilandos,ſi conſiderationi de diebus decretorijs aliquod ſunt commodum allaturi. Verùtamen cum hoc dogma Galeno aduerſiſsimum ſit, ac præterea plurimorum errorum tam in præſagiendo,quàm in curando poſsit eſſe occaſio, idcircò decidenda in præſentia à nobis hæc diſputatio eſt,ab illius interpretatione, de quo contentio orta eſt,initio ſumpto. Diem aſtrologi vocant id temporis ſpatium, ſeu eum circuitum, quo Sol raptu primi mobilis vnica circa terram cōuerſione,& ab vno puncto in idem reditu recurrit. Menſem,quando Luna luſtrato curſu ſuo Solem conſequuta

Opinio tenētiū dies criticos eſſe mutilandos, falſa.

Dies quid.

Menſis quid.

ſequuta eſt. Annum, quando Sol motu proprio totum ſuum confecit, & peragrauit orbem. Galenus libr. de ſeptimeſtri partu annum circuitum, vel reuolutionem, ac reditum Solis à ſolſtitio in ſolſtitium, ſiue à ſigno quodam in idem ſignum eſſe ait, quem duodecim continere menſes probat libro. 1. epid. part. 1. in principio. Veruntamen omiſſa anni, ac menſis conſideratione, atque etiã diei, quatenùs ad aſtrologicam contemplationem attinet; de qua Ptolemæus libro. 2. &. 3. magnæ compoſitionis fuſè admodùm diſſeruit; de ea tantùm loquemur, quæ medico negocio poteſt inſeruire, quęq; à Galeno ſæpè fuit vſurpata. Dies varijs modis à Galeno ſolet definiri. Accipitur interdum quatenùs diſtinguitur contra noctem, pro eo videlicet tempore, quo noſtrum hemiſpherium Sol illuminat: quemadmodum videre eſt libro. 1. de compoſitione medicamentorum ſecundum genera, cap. 2. & libro. 6. de ſanitate tuenda capit. 5. quo in loco dierum diuerſitatem, in lõgitudine, & breuitate, pro ſolſtitiorum, & locorum varietate denotat. Intelligit quandoque Galenus diem, non tantùm prædictum tempus, ſed etiam noctem, libro. 7. de compoſitione medicamentorum ſecundum locos, capi. 2. titul. confectio ex capitibus papaueris Galeni; dies cùm dicitur in medicaméto rũ infuſionibus & ſimilibus, accipiendam etiã eſſe noctem aſſeuerat. Quod ſimiliter affirmauerat libro. 10. meth. cap. 2. & libr. ad eos, qui de typis ſcripſerunt, cap. 7. & libro. 2. criſeôn, cap. 2. Quibus in locis computandam eſſe cum die noctem aſſeue-

Annus quid ex Galeno.

Diei vocis multiplicitas.

 rat;

rat: quemadmodum cùm dicimus menſem eſſe triginta dierum; & annum trecentorum, ſexaginta quinque: & hoc geſtum eſſe ante tres dies, & illud gerendũ eſſe poſt quatuor. Sub nomine diei, non tantùm diem, ſed & noctem ſignificamus. Quod totum tempus anno comparat Galenus libro.6 epidem.part.1.comm.25. Nam tempus matutinum, veri ait eſſe perſimile: meridiem, æſtati: veſperam, autumno: noctem, hiemi. Hoc ſpatium ex die, & nocte compoſitum, quod diem à Galeno diximus appellari, ex viginti quatuor integris horis conſtitui conſtat, primò ex Galeno, libro.1. de criſ.capit.6. qua in parte ſic ait: In primo quidẽ die: ſic verò me vbique intelligas, totum ex die, & nocte tempus in viginti ac quatuor horas partitũ, accipientem. Quod confirmat libro.9.meth.capi.1.& lib.de ſeptimeſtri partu comm.1.&.2.& libro ad eos, qui de typis ſcripſerunt, cap.7.cùm ait: Horæ itaq; quatuor & viginti diem vnum abſoluũt: vt iam non ſit hæſitandum, quęnam fuerit de hac re Galeni mens, cùm ipſe de ea pluribus in locis diſtinctè fuerit loquutus. Eorum verò error, qui exiſtimant, dies decretorios non integros, ſed cũ fractione eſſe aſſumendos, ex ignorantia procedit eius, quod ex Hippocratis ſentẽtia vbiq; proclamat Galenus, videlicet quaternarios, & ſeptenarios non eſſe integros numerandos, ſed ab illis aliquid eſſe detrahendum, ſic vt ex duobus quaternarijs vnus conſtituatur ſeptenarius, & ex viginti tantùm diebus tres ſeptimanæ componantur: quod ſit ex ipſis quaternarijs, & ſeptimanis,

Dies viginti quatuor integris horis conſtãt.

quibuſdam

quibuſdam coniunctis,& alijs ſeiunctis. Cohærēt inuicem die vna, quæ ambobus communis habetur. Nam quarta dies primo,& ſecundo quaternario inſeruit, & tertia ſeptimana ſecundæ cohæret die decimaquarta, quæ vtriſq; communis exiſtit. Siquidem decimaquarta dies finis eſt ſecundæ ſeptimanæ,& initium tertiæ. Ex quibus clarè intelligitur,quòd ſi dies mutilarentur,vt nonnulli medici affirmant, non eſſet neceſſaria huiuſmodi ſeptimanarum copulatio:quæ ſi ad eum,quem diximꝰ, modum non coniungerentur, fieret, vt vigeſima prima,& non vigeſima,de morbis decerneret:nec tres ſeptimanæ vigeſimo concluderentur die: nec ſecunda,& tertia, quartadecima die communicarent:nullaque dies ipſis eſſet communis, ſed decimaquarta decretoria terminaretur decimatertia die,& vndecim horis,& ab hoc tempore inciperet tertia ſeptimana. Quare nullum tempus illis eſſet commune magis, quàm primæ, & ſecundæ ſeptimanis. Et ſic omnia, quæ à Galeno de diebus decretorijs aſſeruntur,corruerent. Ad id verò,quod ex aduerſo adducebatur, dicendum, Hippocratē in præſentia haudquaquam velle, dies nō eſſe integros numerandos, ſed quaternarios non poſſe diebus integris conſtare. Dixerat,ſecundum quaternarium ſeptimo die finiri; & quartum, decimo quarto; & tertiam ſeptimanam,vigeſimo die concludi: cùm tamen de ratione quaternionis ſit, vt quatuor obtineat dies, ſicuti de ſeptimanæ, vt ſeptem. Qua de cauſa fieret,vt ſecundus quaternio, octauo terminaretur die;& quartus decimoſexto:

Si dies mutilarentur, quod ſequeretur inconueniens.

Hippocratis præſens ſententia interpretatur.

quemadmodum tertia ſeptimana ad vigeſimum deberet peruenire. Cui obiectioni in præſentia reſpondens Hippocrates inquit: fieri non poſſe, vt horum vllũ integris eximiè dinumeretur diebus id eſt, nec numerus dierum quaternionum, nec ſeptimanarum integer eſſe poteſt: quãdoquidem ſi integer eſſet, ſecundus quaternio octauo die, & tertia ſeptimana vigeſimaprima finirentur. Ad aliud dicendum, menſem ex ſeptimanis quatuor componi, ſed tertiam ſeptimanam cum ſecunda communicare vna die: ac proinde menſem vigintiſeptem diebus concludi, hebdomadas quatuor habentem. In quarum hebdomadarum prima licet dies ſeptem integri non ſint, integri tamen numerantur: propterea quod illic plus ſubripitur, poſtea decimaquarta die ſecundæ, & tertiæ commumi imminuitur: quandoquidem hic integra dies ſubmouetur pro omnibus ſeptimanis.

Alteri° obiectionis ſolutio.

PROGNOST. V.

Poſtea verò eodem modo, & eadem adiectione, prima circuitio, quatuor & triginta dierum: altera quadraginta dierum; tertia ſexaginta dierum eſt.

COMMENTARIVS.

POſt vigeſimum diem cùm iam morbus tranſeat in habitum frigidiorem, & natura imbecillior, & ignauior reddatur, non fiunt iudiciorũ impetus per quaterniões, ſed per ſpatia longiora, quæ recenſens Hippocrates in præſentia, ait, primam circuitionem poſt ſextum quaternioné quatuor, & triginta dierum eſſe, ſecundam quadraginta, & tertiam ſexaginta dierum. Cur verò numeri

vigeſimi, qui tres ſeptimanas complet, meminerit, explicuit Galenus libro. 2. de diebus decretorijs cap. 9, dicens, hanc eſſe vigeſimi diei perfectionē, vt reduplicatus, atque in ſeſe auctus oēs dies efficiat decretorios. Siquidem quadrageſimus, ſexageſimus, octogeſimus, centeſimus, centeſimus vigeſimus ex vigeſimo ſæpius aucto efficiuntur: ꝙ nulli alteri circuituum ante vigeſimum diem exiſtentium contingit. Nam ſeptimus ſi ſæpè augeatur, vigeſimumprimum, vigeſimumoctauum, trigeſimumquintum, & quadrageſimum ſecundum efficiet decretorios; & decimusquartus pari modo vigeſimum octauum faceret decretorium, pariterque & quadrageſimumſecundum. Quaternarius præterea ſi ſæpè cōponatur in octauum, duodecimum, decimumſextum excidet. Meminit etiā vigeſimi, quia poſt quadrageſimum iudicia non niſi vigeſimo quoque die eueniūt: nec alij, quàm ſexageſimus, octogeſimus, centeſimus, cēteſimus vigeſimus ſunt decretorij. Ante quadrageſimum verò vigeſimusquartus, vigeſimusſeptimus, trigeſimusprimus, trigeſimusquartus, trigeſimusſeptim⁹ decernere de morbis dicuntur: reliqui verò, qui duodecim exiſtunt, libro. 1. de diebus decret. cap. 10. Galenus non decretorios agnoſcit. Sunt autem hi, vigeſimusſecundus, vigeſimustertius, vigeſimusquintus, vigeſimusſextus, vigeſimusnonus, trigeſimus, trigeſimusſecundus, trigeſimustertius, trigeſimusquintus, trigeſimusſextus, trigeſimus octauus, trigeſimusnonus. Veruntamen dubitabit hic aliquis: Si plures quàm trigeſimusquartus

Vigeſimi diei perfectio.

Poſt quadrageſimū iudicia non niſi vigeſimo quoque die eueniūt.

Dubium.

à vigeſimo in quadrageſimum ſunt decretorij, cur Hippocrates in præſentia ſolius trigeſimiquarti mentionem fecit. Cui reſpondet Galenus in commen. & libro. 2. de diebus decret. capi. 9. dicens, quod licet inter vigeſimum, & quadrageſimum, decretorij ſint vigeſimusquartus, vigeſimusſeptimus, trigeſimusprimus, trigeſimusquartus, trigeſimus ſeptimus, ob id Hippocratem trigeſimiquarti ſignatim mentionem feciſſe, vt oſtenderet nobis eadem via eſſe procedendum poſt vigeſimū, qua ante vigeſimum procedebatur, nempè ſeparando duas primas ſeptimanas, & copulando tertiam ſecundæ. Quocirca reſpondebit trigeſimusquartus decimoquarto: quippè qui ambo ex duabus ſeptimanis diſiunctis fiant; & quadrageſimus vigeſimo, vt qui vtrique tertiam hebdomadam coniunctam expleant. Quare quemadmodū vigeſimus decretorius erat, & non vigeſimusprimus; ad eundem modum quadrageſimus, & non quadrageſimusſecundus decretorius exiſtet. Trigeſimoquarto die octauum ex aëris ſtatu ægrum Anaxionem ſudore, à febre prorſus leuatum fuiſſe libro. 3. epidem. part. 3. Hippocrates percenſet, fidamque ei criſim obtigiſſe refert. Et parte prima eiuſdem libri, ægrum tertium in Dealcis horto decumbentem, quadrageſimo die pituitoſa recrementa alba, & copioſa deieciſſe, largiter ſudaſſe per totum, abſolutèque iudicatum fuiſſe ſcribit. Decimum ægrum Clazomenium quadrageſimo itidem die per criſim liberatum fuiſſe. 1. epidem. part. 3. textu 124. commemorat. Quo etiam in loco Epicratis vxoris

Dubij ſolutio.

Anaxiō trigeſimoquarto iudicat⁹.

Clazomeni⁹ quadrageſimo criſim habuit.

vxoris meminit, de qua ad finem totius hiſtoriæ hæc apponit verba: Quadrageſimo bilem modicam vomuit: octogeſimo febris perfectè iudicata eſt. Octogeſimo etiam iudicatus eſt Cleanactides, de quo in prædicti lib. calce, ita ait: Octogeſimo, rigore infeſtatus eſt; febris acuta eum prehendit; ſudor multus ſubſequutus: in vrinis ſubru brum, & læue reſidebat, perfectè iudicatus eſt. Nonum ægrum ex aëris ſtatu Erophyton centeſimo vigeſimo die de morbis iudicium perfectum habuiſſe. 3. epid. part. 3. text. 80. idem Hippocrates memoriæ mandauit. Refert ſimiliter alios ſexageſimo, & centeſimo fuiſſe à morbis perfectè vindicatos. Quos omnes ratione vigeſimi diei multiplicati criſin accepiſſe conſtat. Poſt centeſimum verò vigeſimum diem ſupputatio non fit per dierũ numerum, ſed per menſium potiùs, & annorum: quo modo & illud ab Hippocrate dictum eſt libro. 3. aphor. aphoriſmo. 28. Plurimos puerorum affectus diebus quadraginta iudicari; alios ſeptem menſibus; & alios ſeptem annis; nonnulloſque ad pubertatem vſque peruenire. Hippocrates tamen ſententia præſenti, eorum, qui ad ſexageſimum vſque diem inciderunt, tantummodò mentionem facit: quia de morbis acutis, ac de alijs ex his conſiſtentibus loquitur, qui vltra ſexageſimũ diem raro protrahuntur.

Cleanactides octogeſimo iudiciũ eſt paſſus.

Erophyton centeſimo vigeſimo liberatus.

Cur Hippocrates ſententia præſenti eorum tantũm qui ad ſexageſimũ peruenerunt meminerit.

PROGNOST. VI.

Inter initia autem horum, difficiliùs eſt præſentire eos, qui parte maxima temporis iudicandi ſunt. Simillima enim eorum initia ſunt: ſed à primo die animaduertendum

dum eſt, conſiderandumq́; ſingulis additis quaternarijs. Nec latebit, quonam vertetur morbus.

COMMENTARIVS.

Initio diuturnorum morborum ſilendum eſt, nec quidquam præſagiendum.

DIxerat præcedenti contextu quaſdam febres trigeſimoquarto, & quadrageſimo; alias ſexageſimo die indicari. Ne autem quiſpiam medicus talibus incipientibus malis, ſalutem, aut mortem temerè prædicere audeat; aduertit hac ſententia in illis initio ſilendum eſſe, nec quidpiam pronunciandum, donec ſigna aliqua ſeſe oſtendant, quæ non illicò, ſed temporis proceſſu ſolét apparere: atque idcircò dicit: Inter initia horum difficiliùs eſt præſentire ea, quæ multo temporis ſpatio iudicari debent. Et quamuis Hippocrates ſolitus ſit, eorum, quæ profert, rationem tacere; modò non tacuit: ſed cauſam reddit, dicens: Simillima enim eorum initia eſſe: ac quando initia ſimilia ſunt, nec naturam ad criſis celerem motum admodum irritantia, multo indigent tempore ad cauſæ morbi concoctionem. Quo fit vt interim ob motus materiæ tarditatem, & ineptitudinem ad coctionem ſuſcipiendam, indicia, quę bonum, aut malum oſtendunt, latitent: nec ex ijs quidquã certi præſagiri poſsit. Similantur enim tunc morbus, & natura duobus paribus obluctatorib', quorum, quis victoriam reportaturus ſit, etiam peritiſsimus gymnaſta ignorat, quouſque aliquandiu pugnantes, temporis proceſſu alicuius illorum ex ceſſum vel exiguum animaduertat. Interim tam ẽ nihil præter quàm eos plus temporis pugnaturos eſſe pronunciat. Ad eundem modum medicus

Morbus & natura quibus ſimilentur.

quan-

quandiu naturæ, aut morbi exceſſus percipi nequeuunt, non cognoſcit num æger moriturus, an ſeruandus ſit: ſed cùm primum ſentiri poſſunt, tùc primùm intelligit qualis morbi exitus eſſe debeat. Porrò hoc aſſequetur, ſingulos quaternarios conſiderando. Omnino enim in illis, qui proximè criſin antecedunt, aliqua elucebunt ſigna futurum iudicium, oſtendentia, vt in morbis, qui vigeſimo finiri debent, decimoquarto, aut decimoſeptimo ſigna apparẽt, & in illis, qui trigeſimoquarto ſunt iudicandi vigeſimoſeptimo, & trigeſimo primo conſpiciuntur. Illi verò, qui quadrageſimo ſoluũtur, trigeſimoquarto, vel trigeſimoſeptimo indicia præbent: inter quę ſi æger liberandus eſt, ſigna coctionis primatum obtinẽt. Nam hæc, teſte Hippocrate, celerem ſalutem ſubſequuturam prænunciant. Porrò eſt & alia ratio, ob quam inter initia longorum morborũ nihil certi de ſalute, aut morte ægrotantis habere poſsimus, quia (vt ſuprà lib. 2. comm. 50. Galenus docuit) in longiori temporis ſerie multa errata accidere aſſolent, tum ægroti culpa, & adminiſtratoris, nec non interdum medici commiſſo. Quæ, eodem Galeno auctore libr. 1. de diebus decretorijs, cap. 11. criſes peruertunt, & interpellant, nec deſtinatis diebus euenire ſinunt.

Signa coctionis celerem ſalutem prænunciãt.

PROGNOST. VII.

Quartanæ quoque conditio ex eiuſmodi coſmo, id eſt, ordine eſt.

COMMENTARIVS.

EXemplo quartanæ verum eſſe oſtendit id, ꝙ proximo ſermone docuerat, videlicet, inter

initia

initia eorum morborum, qui in longum protrahuntur tempus, difficile eſſe cognoſcere futuræ criſis euentum. Nam quartana incipiente, ægrè decernet medicus tempus venturæ iudicationis: qm̃ morbus hic natura ſua longus eſt, ac non niſi multo temporis tractu oſtendit notas coctionis. Simili exemplo vſus eſt Hippocrates libro. 2. apho. ſententia. 25. volens oſtendere, morbos omnes æſtate fieri breuiores; hieme longiores, dum ait: Æſtiuæ quartanæ magna ex parte fiunt breues: autumnales longæ, & maximè quæ hiemẽ attingunt. Quẽ locum enarrans Galenus, inquit: Non abſque ratione nulli morbi æſtate ſunt longi. Hippocrates verò de ſolo omnium longiſsimo fecit mentionem, veluti per exemplũ de omnibus alijs ex iſto præcipiens. Eſt itaque quartana vnus ex longiſsimis morbis, & quotidiana etiã lõgior: quapropter hic, & in aphoriſmo citato ea pro exẽplo Hippoc. vſus eſt. Eſt enĩ adeò lõga, vt dicat Auicẽna prima 4. tract. 2. c. 63. aliquãdo duodecim durare annos: licet Galenus libr. de typis, ca. 4. ad biennium tantùm prorogari ſcribat. Cauſa huius longitudinis melãcholia, febris huius cauſa cenſetur, quę frigidiſsima, ac ſicciſsima craſſa, & terrea cùm ſit, difficulter immutatur, & à natura ſuppuramentum, & elaborationem admittit. Cùm tamen pituita quotidianæ effectrix, etiam ſi multa, frigida, craſſa, & lenta exiſtat, naturæ tamen accommodatior propter humiditatem habeatur. Quo fit, vt faciliùs coqui, & naturæ cultum ſuſcipere poſsit. Alexander Aphrodiſe' primo Problem. libr. problem. 84. huius

Quartana natura ſua longus morbus.

Cauſa longitudinis quartanæ.

Cur quotidiana quartana breuior.

ius longitudinis cauſam retulit in cãceroſam quã-dam diſpoſitionem ſolutu difficilem in partibus relictam. Alij prædictæ diuturnitatis occaſione, occultam proprietatem inuenerunt: ideóq; propria & peculiari antidoto egere aiunt, qua ſola cu retur. Quo fit vt plerumq; ſponte potiùs, quàm arte ſoluatur. Itaque initio quartanæ, medicus præſcire non poterit, quo morbus vertet, ſed per ſingulos quaternarios procedendo, optimè illius ſuc ceſſum intelliget. Omnino enim ante iudicationẽ aliquis apparebit, qui ægri ſalutem, vel interitum oſtendet. Quaternarij tamen in hac, & in omni alia intermittente febre, non debent per dies numerari: ſed per ſingulas acceſsiones, vt Hippocrates voluit. 4. ſect. aphor. ſentent. 59. cùm dicit, exquiſitam tertianam ſeptem periodis cùm longiſsi ma eſt, iudicari. Et Galenus in eiuſdem aphoriſmi enarratione, & in comm. pręſenti, & libr. 1. epidem. part. 3. comm. 17. ait, tantum poſſe vnam periodum in intermittentibus, quantum vna dies in continuis. Quapropter in febribus, quæ ad integritatem perueniunt, cuiuſmodi ſunt tertianæ, atque quartanæ, non ſunt dies continuatim attendendi: nec iſto ordine ſimpliciter numerandi, ſed acceſsiones duntaxat. Quare quemadmodum in continuis quarta dies ſeptimæ eſt index, ita in illis, quæ intermittunt, acceſsio quarta ſeptimam oſtendit: ſicuti vndecima decimamquartam; & vigeſimam decimaſeptima. In qua ſi indicia optima primum conſpiciantur, fiet iudicatio in vigeſima ad bonam corporis valetudinem, & quartanæ abſolu-

Quaternarij in febribus omnibus intermittentibus quomodo numerandi.

ſolutionem. Quòd ſi in prædicta decimaſeptima, mala apparuerint ſigna, in vigeſima iudiciũ fiet ad mortem, aut ad peiorẽ diſpoſitionẽ. Veruntamen obijciet aliquis, minùs benè dictum eſſe, fieri in quartana ad mortem iudicationem: quia Hippocrate auctore. 1. epidem. part. 3. text. 4. omnium eſt febrium ſecuriſsima, facillima, & longiſsima. Cui Galenus ſubſcribit. 1. de arte curatiua, ad Glauconem, capi. 8. dicens, ex intermittentibus quartanã longam eſſe, & haudquaquam periculoſam. Quã ſententiam Auicenna ſequitur. 1. 4. tract. 2. cap. 4. cùm inquit, illã toto genere eſſe ſalubrem. Et meritò quidem. Nam, vt Celſus ait, libr. 3. cap. 15. ipſa neminem iugulat. Ratio eſt, quia humor melancholicus craſſus cùm ſit, & acuitatis, ac vehementię expers non multùm naturam laceſsit. Accedit eò quod tempus intermiſsionis in hac febre longum admodum eſt, in quo natura recreari, atq; refici, & ad ſeipſam redire non multo negotio poteſt. Nam, vt ex Hippocrate manifeſtè colligitur aphor. 43. ſect. 4. (cuius ſeries eſt: febres quæcumque non intermittentes, tertio die fortiores fiũt, magis periculoſę: quocunque autem modo intermiſerint, periculum abeſſe ſignificatur) periculum ægrotationis ſi in vlla alia re, maximè in aſsiduitate acceſsionis, atque ſymptomatum continetur. Ex quibus clarè intelligitur, quartanam nunquã in exitium terminari: ſed ſemper ad ægrotantis ſalutem: aliàs enim perperam à Celſo dictum eſſet ipſam neminem iugulare: malèque Auicenna traderet, toto genere eſſe ſalubrem. Salubris autem

Obiectio.

Cur quartana neminẽ iugulet.

toto

toto genere eſſe non poteſt, ſi promiſcuè in ſanitatem, & perniciem terminaretur. Quæ ſi vera ſunt, malè Hippocrates in præſentia febrem hanc, pro exemplo morborum poſuit, qui bonum, ac malũ habent euentum. Huic obiectioni reſpondendũ, Hippocratem non velle in quadriaria hac febre per quaternarias acceſsiones procedendo, medicum, periculum præſcire, ſed febris ſolutionem, quemadmodum contigit Galeno Eudemum triplici quartana detentum curanti: qui hac vſus ſpeculatione, primam ex illis receſſuram primùm prædixit; & hac depulſa, nõ multis tranſactis circuitibus, alteram certo die deſituram pronunciauit. Quod cum idem poſtea in tertia faceret, non ex medica ſpeculatione, ſed ex diuinandi arte hæc eũ prædicere, adſtantes iudicabant: ita eodem referente Galeno libr. de præcognitione ad Poſthumum, cap. 3. & libr. 1. epidem. part. 3. comm. 17. Dici etiam poteſt Hippocratem hoc in loco non de qualibet quartana, verba facere, ſed de illa tantũ, quæ ad acutos morbos ſequitur. Hæc verò cùm viribus ſuccedat imbecillis, & ex humore aduſto conſiſtat, periculo non vacat. Grauis etiam eſt, atque moleſta, quæ à vehementi lienis, aut alterius viſceris affectu originem traxit, dicente Galeno. 1. epidem. part. 3. comm. 4. multos quartana febre ex liene laborãtes, aqua inter cutem deinceps illa occaſione collecta ſæpenumero fuiſſe defunctos. Illa tamen ſua ſponte, & abſque aliquo viſcerum affectu, primogeniaq; affectione contracta extra periculum exiſtit, vt demonſtratum iam eſt.

Obiectionis ſolutio.

Altera obiectionis ſolutio.

Quartana quando periculoſa.

PROGNOST. VIII.

Qui autem minima temporis parte iudicandi ſunt, præſentiri promptius poſſunt. Maximè enim ab initio inter ſe diſsident. Qui enim conualituri ſunt. facilè ſpirant: ſine dolore agunt: noctu dormiunt: & alia ſigna ſecuriſsima habent. Qui verò morituri ſunt, difficulter ſpirant; delirant; vigilant; & alia ſigna deterrima habent.

COMMENTARIVS.

Cur in acutis morbis certiora ſint de vita aut morte præſagia.

IN acutis morbis (de quorum ratione eſt celeriter iudicari) facilè eſt ſtatim intelligere, quis victoriam debet reportare, morbus, an natura. Ideò in eis certiora ſunt de vita, aut morte præſagia. Ratio eſt, quia acutus morbus ſalubris nimis diſsidet ab eo, qui lethalis exiſtit. Quoniam ſymptomata vtrumq; comitantia, inter ſeſe maximè differunt. Sunt enim ſalubris morbi indicia, reſpiratio facilis: priuatio doloris: noctu dormire: ac alia, quę libro. 2. prognoſt. 56. ab Hippocrate ſcripta ſunt. Quemadmodum morbi lethalis contraria omnino cenſentur, nempè, difficulter reſpirare: conflictari, vel delirare, ac noctu non dormire. Mala hęc omnia eſſe patet. Nam difficultas reſpirationis ob læſionem fit partium reſpirationi ſeruientium. Siquidem auctore Galeno libro. 2. de locis affectis, cap. 2. fieri nequit, vt illæſis tum partibus, tum reſpirandi inſtrumentis difficilis fiat reſpiratio. Et libro. 4. eiuſdem commentationis, cap. 5. dicebat, nullo ſpiritalium inſtrumentorum quoquo modo, nec primario, nec per conſenſum affecto, fieri non poſſe, vt reſpiratio lædatur. Quàm verò periculo-

culoſum ſit in acutis morbis inſtrumenta reſpirationis affici, libro.1.comm.25.demonſtratum eſt. Demonſtratum itidem nihilominus eſt libro.2. comm.12.quàm malum ſit, ægrum perpetuò vigilare: quandoquidem id patitur aut ob aſsiduum dolorem, aut ob delirium, aut ob ſpontaneam laſſitudinem. Igitur ſi quiſpiam, acuta infeſtatus febre, difficulter ſpiret, conflictetur, deliret, atque in ſomnis degat; proculdubio malum atque exitioſum eſt. Obijciunt nonnulli aduerſus prognoſticum præſens, aphoriſmum decimumnonum, ſect. 2. quo Hippocrates aſtruit acutorum morborũ non omnino certa eſſe aut ſalutis, aut mortis præſagia. Quare ſi certa non ſunt, non erit facile in illis præſentire, vt Hippocrates hic ait, quo morbus vergere debet. Vega huic obiectioni reſpondens, dicit Hippocratem in aphoriſmo non negare in morbis acutis facilem eſſe prænotionem de exitu morbi, ſed negare hanc certã eſſe. Quæ reſponſio quàm ſit friuola, cuilibet in medicina vel mediocriter erudito eſt manifeſtum. Nam ſi prænotio in morbis acutis certa non eſt, quomodo facilis eſſe poterit? E ſi eſt facilis, ſine dubio certitudinem habebit. Quare iudicio meo, melius eſt, vt dicamus aphoriſmum eſſe intelligendum, non de omnibus morbis acutis, ſed de illis tantum, qui ab humoribus concitatis, & inſtabilibus dependent, in quibus præſagia de ſalute, & morte ægrotantis ambigua ſunt, & fallacia. Quod Galenus nos docuit libro de artis medicæ conſtitutione, capi.18. in hunc modum ſcribens: Nec ea quidem omnia,

Perpetua vigilia quas affectiones ſequatur.

Obiectio.

Vega interpretatio exploditur.

Obiectionis ſolutio ex Galeno.

quæ ex morbi ratione proficiſcuntur, certò præ-noſci poſſunt. Cùm repentè poſsit ſuperfluens quiſpiam ſuccus in corpore, interiùs in partem aliquam vitæ neceſſariam defluere: poſsit etiam contra ab aliqua principe parte ad ignobiliorem impelli:& ſubinde erit neceſsè, vt is, qui in principẽ partem fertur, extremum periculum; qui verò ab ea repellitur, repẽtinam, inopinatamque ęgrotanti ſalutem præſtet. Quapropter in talibus morbis incerta eſt,& fallax ars prædicendi, qua ratione fit, vt ſæpè deſerti à medicis conualeſcant; & contra moriantur ij, de quibus medici prius ſecuritatem pollicebantur: vt Celſus libro.2.cap.6.doctiſsimè tradidit. Non tamen ob id contemnendam eſſe prædicendi artem cenſeo, aut falſitatis crimine accuſandam; cum ſatis ad illius honorem, & dignitatem habeatur, ſi in quamplurimis reſpõderit, & certitudinẽ ſortiatur. Quocirca ſi in vno aut altero fallat, damnanda propterea non eſt, aut erroris inſimulanda, in præfatis tamen ſtatibus (quod Galenus ait) hoc tantùm prænoſſe datur, quòd tales morbi dubij, fallaceſque ſint: quo tamen terminaturi ſint, exquiſitè definiri nequit. Veruntamen cùm excrementa in locum aliquem decubuerint, nec defluant ampliùs, ſed potius ibi detineantur, aliquis in his dabitur nobis præſagiendi locus, cùm probè nouerimus, plures eſſe facultates, quibus natura animal gubernat: ac etiã quænam ipſarum ſit differentia: prætereaq́; quòd excrementa omnia, quæ in vniuerſo animante cũ ſanguine deferuntur, niſi immoderata nimis co-

pia

pia conſtent, definitum & ipſa ſigillatim tempus habent, quo concoquantur. Quemadmodum lib. de conſtit.art.med.&. 2. de cauſis ſympt.ac. 3. de criſibus, cum demonſtratione docuit Galenus. Pariter etiam in morbis acutis incertæ ſunt prænunciationes ob cauſas externas, quæ inopinatæ ſuperuenire ſolent, & iudiciorum certitudinem corrumpunt: vt ſi quempiam ægrum medicus euaſurum prædixerit, qui poſtea infauſto ſuperueniente nuncio, nimia triſtitia affectus moriatur. Aut ſi certa aliqua die ſoluendum morbum prænunciauerit, deindè ægrotante contra medici præceptũ in aliquo delinquente, aut ab aſsiſtentibus errato quopiam commiſſo, vltra deſtinatam diem prorogatur iudicium, ſi morbus ſalubris eſt, aut antè adueniat ſi morbus eſt lethalis. His enim euenientibus Galeno auctore libr. de artis medicæ conſtit. citato nihil certum præſagire poſſumus. In quibus vero humores ſtabiles ſunt; nec de loco ad locum mouentur, ac præterea omnia circa ægrotantem rectè geruntur; nec aliquod erratum committitur, prędictiones certæ ſunt, nec fallunt: quia tales morbi illicò à principio inęqualem pugnã habent; nec, ſicut diuturni, æqualem:

Quando incertæ ſint prænunciationes.

PROGNOST. IX.

His igitur ita euenientibus, conſiderari conueniet per tẽporis ſpatia, & adiectiones ſingulas, meantibus morbis in iudicationem.

COMMENTARIVS.

NOn ſemper inter initia acutorum morborũ certò præſagire poſſumus, qualis iudicatio

Non omnes morbi acuti eiuſdẽ naturæ ſunt,

futura ſit. Quoniàm nec omnes morbi acuti eiuſdem naturæ exiſtunt, nec perpetuò initio ſigna conſpiciuntur, quæ ſecuritatem indicent, aut periculum. Quapropter in talibus ſilere conueniet, nec quidquam pronunciare, donec alio tempore adueniente, aliquid appareat, cui fidere poſsimus. Quod ſi nec illo ſuccedente, quidpiam certi prædicere valeamus, aliud, atque aliud eſt expectandum: atque ita procedendum, donec morbus in ſummum vigorem perueniat: in quo, teſte Galeno, 3. de criſibus capi. 6. iudicia ipſa ſolent aduenire. Galenus libr. 1. de diebus decret. cap. 12. vbi primis ſtatim diebus morbi futurus euentus, obſcurus erat, nihil prorſus pronunciabat; ſed ſequentẽ expectabat indicatorium. Quòd ſi nec in eo quidem quippiam firmiter præſagire poterat, ſimiliter ſilebat; ſatiùs eſſe ratus, tacere, quã temerè pronunciantem falli. Atque ita quidem tali conſideratione vſus raro ſe prędicendo aberraſſe gloriatur.

Satiùs eſt tacere, quã temerè pronunciantem falli.

PROGNOST. X.

Pari modo in mulieribus iudicationes fiunt à partu.

COMMENTARIVS.

MVlta quidẽ ſcitu dignisſima, & difficillima in hoc volumine, hactenùs enarranda occurrerunt: & deinceps in eo, quod ſupereſt, operis nihilominus occurrent. Ex omnibus tamen nihil eſt, meo iudicio, æquè ambiguũ, & explicatu difficile, ac decernere in mulierib⁹ quæ pepererũt, & poſtea febricitarunt, à quo tempore ſit facienda dierum criticorum ſupputatio ad futuram iudicationem,

Quid in hoc opere maximè ambiguum, & explicatu difficile.

tionem, à tempore ne partus, an à tempore febris. Qua in re nõ ſolùm antiquiores medici inter ſeſe ſummoperè diſsident, verùm Hippocrates ipſe adeò obſcurè de ea loquitur, vt difficile ſit veram eius mentem patefacere. Ex qua difficultate magna quidem, & controuerſiæ plena inter iuniores medicos orta eſt diſputatio; digladiantes inter ſeſe, quid in controuerſia hac ſecundum Hippocratis, & Galeni placita ſit tenendum. Præſertim cùm vtrique parti ſua, & quidem fortiſsima non deficiant tela. Atqui, vt id, quod propoſitum eſt, conſtet, Hippocrates in præſentia inquit. Pari modo & in mulieribus iudicationes fiunt à partu. Et Galenus in enarratione dicit: Principium numerationis tibi fiat, non quo die cæperint febricitare, ſed quo pepererint. Et conſequenter ſubdit: In quibuſdam igitur circa ſecundum, aut tertium incipiunt diem à partu: ex quo multi numerant futuram iudicationem. Sed res non ita ſe habet: ſed ex quo pepererint, numerationem fieri oportet dierum. Veruntamen his omnibus aduerſatur Auicenna. 2.4.tract. 2.capit.1. vbi differit à quibus principijs dierum ſupputatio incipere debeat. Cumque de alijs affectionibus egiſſet, deinceps in capitis calce ad enixas perueniens, inquit: Et ſi pepererit mulier, deindè accidat ei febris, tunc fiat computatio ex febre, nõ ex partu: ex illo enim eſt error. Quinimò Hippocrates non videtur ſua præcepta ſeruare. Nam libr.1. epidem.part.3. Philini vxorẽ refert, quæ poſt partum die.14. febricitauit, & in ea ſupputationem à

Auicenna Hippocrati contrarius.

febre fecit, non autẽ à partu. Nec dici poteſt quẽadmodum multi medicorum autumant Hippocratem in præſenti prognoſtico eſſe intelligendũ, in febribus, quæ ſecunda, aut tertia die à partu ſequuntur: non quæ ſexta, aut aliqua alia ex ſequentibus ſuperueniunt. Quoniam huiuſmodi interpretationem Hippocrates redarguit libro. 1. epid. part. 3. in hiſtoria vxoris Epicratis, quæ filiam peperit, & ſecundo à partu die febricitauit, atque à febre omnem fecit dinumerationem: cùm ait: Sexto à febre die ſub noctem mente vacillauit: ſeptimo proritata ſunt omnia, &c. Atque in hiſtoria vxoris Dromeadis, quæ filium pepererat, quam poſtri diè rigor, & acuta febris prehendit; non à partu, ſed à die febris omnem dierum computationem eſt exorſus. Siquidem dicit iſtam primo die, quo rigore, & febre correpta eſt, ex præcordijs laborare cœpiſſe, poſtridie eius diei, quo riguerat aluum commodè reddidiſſe, tertiò, riguiſſe, quarto, dolorem præcordiorum paſſam fuiſſe, quinto ſitibundam, faſtidioſamq́ue ſubitò obijſſe. Auicenna ſimiliter verbis ſupra allatis iſtorum ſententiam demolitur. Nam cùm dixiſſet à febre computationẽ eſſe faciendam: conſequenter ait: Et plurimum ꝙ accidit, febris eſt poſt ſecundum, vel tertium diem à partu. Quo ſermone non tantùm Hippocratis prognoſtico, verum etiam Galeni commentario contradicit, in quo ita ſcribitur. In quibuſdam igitur circa ſecundum, aut tertium incipiunt diem à partu: ex quo multi numerant futuram iudicationem. Sed res non ita ſe habet: Sed ex quo pepererint

Nonnullorũ interpretatio improbatur.

Auicẽna nõ tantum Hippocratis prognoſtico, verùm etiam Galeni commentario cõtradicit.

rint numerationem fieri oportet dierum. Ratio iti dem ſuadere videtur, non à partu, ſed à febre omnem ſupputationem faciendam eſſe, quocunque die poſt partum febris ſucceſſerit. Quoniam morborum conſtitutio, & temporum vniuerſalium diſtinctio penes inſignes mutationes attenduntur: quæ concoctione, aut putrefactione circa materiam contingunt: non circa illius lationem, quæ commotione, aut agitatione fit. Quapropter cùm materia in die partus nec concoqui, nec putreſcere incipiat, (aliàs enim febris protinùs oboriretur) ſed tantùm agitetur, & commoueatur motu locali, non eſt, cur computatio dierum criticorũ à die partus incipiat, à quo non incipit ipſius materiæ elaboratio. At inquiunt à dolore, qui die partus euenit, eſſe incipiendam ſupputationem, quia cùm hic morbus ſit, & operationes lædat: (quandoquidem ſolutio eſt continuitatis, aut deprauata intẽperies, cum affluenti materia, ſumpto in præſentia dolore pro illius cauſa) iure vniuerſam ęgrotationem inchoat. Quare ab eo dierum ſupputatio eſt incipienda. Veruntamẽ ſi hoc verum eſſet, pari modo eadem ſupputatio inchoare deberet ab eo tempore, quo dolores vehementes parturientes apprehendunt: quibus multæ tribus, quatuorve diebus ante partum vexari incipiunt. Sed ab his nullus medicorum ęgrotationis initium deſumpſit. Rurſus, ſi ob id, quòd dolor morbus eſt, & plures corporis operationes vitiat, ab eo ſupputatio eſt incipiẽda: eodem pacto à febre (ſi quæ fortè ante partum extitit) illa inchoare deberet.

Morborum conſtitutio, & temporũ vniuerſaliũ diſtinctio penes quid attendi debeant.

Quod haudquaquam verum eſt. Nam, vt ex Hippocrate conſtat libro.3.epid.part.3,text.75.mulier illa, quæ apud frigidam aquam in Thaſo ægrotabat, multo antè partum febriculoſa decubuerat. Veruntamen à febre illa, quæ intermittens erat, ſupputationem non fecit Hippocrates: quemadmodum nec à cõtinua, quæ poſt partum tertio ſuperuenit die: ſed à partu duntaxat. Nam de ea ait: Tertio à partu die febre correpta eſt: die octauo delirauit: vndecimo mentis erat compos, &c. Tot igitur ambiguitatibus quæſtio hæc conſtituta eſt, ac conſtat, quam noſtri temporis medici decidere volentes, diuidunt partum, in naturalem; & non naturalem. Aſſeruntque in febre quæ partum ſequitur naturalẽ, dierũ ſupputationem faciendam eſſe à febre, minimè à partu. In non naturali verò à partu potiùs, quàm à febre. Nã cùm hæc ex ipſo partu originem trahat ſymptomatis rationem habet. Vt igitur in febre, quæ ſequitur inflammationem, aut oſsis alicuius fracturam; vel inſignem luxationem; aut aliquem alium morbum, à morbi ipſius prima inuaſione computatio fieri debet, & non à febre: ita de partu non naturali, & febre, dicendum cenſent. Secùs tamen eſſe de febre, quæ partui naturali ſuccedit. Nam cùm illa haudquaquam ex partu cauſam ducat, non eſt, quod ab eo recipiat principium computationis. Verùm iſti hac ſaltem ratione reprehendendi veniunt, quòd malè, non naturalis, & naturalis partus voce ſunt vſi. Siquidem non naturalem vocant, eũ, qui ſymptomatum grauitate, ac ingenti dolore, & purgationis

Quid iuniores medici dicant.

tionis priuatione enixas laceſsit:naturalem cõtra, qui ſine grauibus ſymptomatis, & optima expurgatione,ac exiguo dolore contingit. Cùm hi tamẽ haudquaquam naturalis,&,non naturalis,dici debeant; ſed potiùs,facilis,& difficilis. Nam naturalis,&, non naturalis, non differunt penes grauitatem, aut leuitatem ſymptomatum; vt iſti; ſed penes tempus pariendi,&modum naſcendi infantis: ſic,vt ille dicatur non naturalis, qui præcociùs fit, quàm conueniat: hoc eſt, nõdum confecto fœtu. Naturalis,qui ſtatuto à natura tempore, ac iam infante completo,euenit. Eodem pacto,ille,per quẽ naturæ ordine animal editur, naturalis dici debet:quemadmodum non naturalis, aut præter naturam contrarius. Quæ vt rectiùs intelligantur, animaduertendũ teſtimonio Galeni.5.ſect.aphoriſmo.comm.37.foras tũ eijci animans cogi,quando iam alimenti inopia,locique anguſtia opprimi cœperit. Quo tempore calcitrare incipit, ac membranas dirumpere nititur:quibus diuulſis patente vteri oſtio foras pellitur. Proſpicit verò tum maximè natura, vt nequid incommodi fœtui ipſi per partum enaſcatur. Nam cùm (teſte Ariſtotele libro. 7.de hiſto.animal.cap.8.in ſemet conglobatus in vtero infans geſtetur, eoque poſitu degat, vt naſum inter genua, oculos ſuper genua,aures extra genua contineat; naturæ induſtria fit,vt exitum appetens,caput deorſum inclinet, manuſque ad coſtas exporrigat. Sic enim facilius editur; & ſecundum naturam partus huiuſmodi vocantur, quemadmodum(vt idem Ariſtoteles cap.8.&.10.

Quis partꝰ dicatur naturalis, & quis non naturalis.

Figura fœtus in vtero

citati

citati libri, & Galenus. 15.de vſu part.cap. 7. ſcribunt, contra naturam.cùm in pedes, aut inflexo, circumactoque corpore naſcitur. Vnde Plinius libro. 7.hiſtoriæ mundanæ capi.8.in pedes procedere naſcentem, cõtra naturam eſſe dixit. Ex quo naſcendi genere Agrippas, quaſi ęgrè partos nuncupatos eſſe aſſerit. Neronemque toto principatu ſuo, generis humani hoſtem; pedibus genitum ex Agrippinæ parentis teſtimonio refert. Ob id autem ita naſci quemquam ominoſum eſſe, idem Plinius cap.9.eiuſdem libri cenſet, quod pedibus efferri ritu verò naturæ capite hominem gigni mos ſit. Atq; his multo infœliciores, præterq; naturam magis partus eſſe putantur, qui enecta parente, fiunt: quomodo Scipionem Africanum, & Manlium, & primum ipſum Cæſarem à cæſo matris vtero dictum, natos fuiſſe apud eundem autorem legimus. Secundum naturam igitur perpetuis nouem menſibus in vtero geſtari infans ſolet. Poſt verò; vt in libro de natura fœtus ſcriptũ reliquit Hippocrates grandiore effecto puero, alimoniaque deſtituto, ad exitum, & ad ampliorem locum capeſſendum properat: quo tempore parturire mulieres, & doloribus multas quidem in partes incumbentibus torqueri incipiunt, ſed plurimis ad alterutrum femur fiunt. Quibus verò aluũ tormina vehementer exercent, ocyſsimè pariunt: quæ lumbos dolent, vix: quæ imum ventrem, expeditiùs: quæ Ariſtotelis.7.de hiſtoria animalium cap.9, docta eſt ſententia. Difficulter etiam parere ſolẽt pinguiuſculæ, & ſellulariæ: facilius tenues, laborioſæ

Vndè dicantur Agrippa.

Primus Cæſar vnde nomẽ habuit.

Quæ mulieres ocyſsimè quæq; difficulter pariant.

laborioſæ; & quibus ſpiritus retinēdi facultas maior,firmioraq́ue latera fuerint.Hæc enim non parum fœtus editionem promouent eundemq́ue facilem,ac fœlicem reddunt. Quæ ſane cuncta à Valleriola. 2.de cauſis ſympto.non minùs doctè, quàm eleganter exactiſsimè ſunt tradita. Ex quibus clarè intelligitur, facilem partum eum dici, qui breui tempore,& ſine grauibus ſymptomatis, ac non cum multo negocio fit:ſicuti contra difficilem; nempè, qui longo temporis ſpatio,ac cum vehementibus ſymptomatis peragitur, ingentem q́ue dolorem comitem habet. Vndè ſtat, partum aliquem eſſe naturalem,atq́ue difficilem. Nam nihil inconuenit,eum,qui ſtatuto à natura tempore efficitur,& debitum naſcendi infantis modum ſeruat,moroſum eſſe,& cum vehementibus fieri doloribus.Tantæ igitur ſunt in hac controuerſia vndique repugnantiæ, in qua; quantum ego iudicio aſſequor; conſideratio ſemper à febre eſt deſumēda:computatio autem interdum à partu, nonnunquam à febre. Animaduertere namq́ue oportet morbum,qualis natura ſit,num exactè peracutus: an peracutus ſimpliciter,an acutùs exactè.Nam ſi eſt exactè peracutus, in primo quaternione finietur: ſicuti peracutus ſimpliciter in primis ſeptem diebus terminabitur:quemadmodum acutus exactè in quatuordecim iudicari ſolet. Dies iſti aliquando à partu:interdum verò à febre ſunt computandi.Quando autem ab hoc,& quando ab illo numerari debeant, facilitate, & difficultate partus, & ſymptomatum magnitudine, ac paruitate, diſtingue-

Computatio aliquando à partu interdum verò à febre eſt deſumenda.

diſtinguemus. Si namque partus facilis eſt, & dolor exiguus, purgatioque menſtruorum optimè procedit; ac præterea nullum adeſt graue ſympto ma, à febre ſupputatio facienda eſt, quocumque die febris euenerit. Nam talis partus enixæ febricitandi occaſionem præbere non potuit. Quocirca cum in propoſito euentu non ex partu, ſed ex cauſis alijs febris naſcatur, ab ea, & haudquaquam à partu, dierum ſupputatio eſt inchoanda. Quòd ſi partus fuerit difficilis, moroſus, dolorque diu excruciauerit, nec menſtruorum purgatio probè ſucceſſerit, dinumerationis initium à partu ſumédum eſt. Quoniam in propoſito exemplo partus, febri gignendæ occaſionem præbuit. Sicuti igitur in vulnere, aut capitis contuſione, quando febris ſuperuenit à vulnere ipſo, aut à contuſione, haudquaquam verò à febre fit dierum ſupputatio: ita in partu difficili, ac doloroſo eſt arbitrandum. Vndè clarè intelligitur, non ſemper computationem à die alterationis humorum faciendam eſſe: quemadmodum ſuperiùs argumentum probare volebat. Nam vt in propoſitis affectibus, vulnere, ſcilicet, & contuſione, ſi febris ſucceſſerit, nó ſupputamus à die febris, ſed à tempore, quo inflictũ fuit vulnus, aut facta contuſio. Sic in prędicto partu, ab ipſo, & non à febre dies ſunt numerãdi. Quòd ſi aliquis contendat à tempore alterationis humorum, dinumerationem fieri debere, dicere poterimus; ne hanc quidem hic deeſſe. Nam licet illicò à partu materia morbifica nó incipiat putreſieri; diſponitur tamen maximè ad putredinem

ſuſcipien-

ſuſcipiendam. Ex quibus omnia argumenta ſolu-ta manent. Nam ſi in Epicratis vxore, & in vxore Dromeadis computationes ſequutæ fuerunt febrem, ob id factum arbitror, quia iſtę facillimos partus, atque ſine grauibus ſymptomatis ſuſtinuerunt. Solus ſupereſt Auicenna, qui vt ſuam tueatur ſententiam, quaſi conſultò Hippocrati, atque Galeno contradicere voluit. Licet non me lateat, illius interpretes, vt eum cum Hippocrate componerent, verba eius immutaſſe. Nam vbi ipſe inquit: Et ſi pepererit mulier, deindè acciderit febris: tunc ſi non computetur ex febre, ſed ex partu: illud eſt error. Illi legunt. Si pepererit mulier, deindè accidat febris, tunc fiat computatio à partu, & nõ à febre: aliàs eſſet error. Quod eo modo, quo explicatũ eſt, intelligi debet. Atque hæc pro huius prognoſtici enarratione dicta ſufficiant. Nã quæ deſunt, ex doctiſsimo Vega ſuppleri poſſunt: quæ cùm ille in ſuis commentationibus exactiſsimè tradiderit, ne eandem nos telam retexere videamur, ſicco pede tranſire voluimus. *Argumentorum ſolutio.* *Auicẽna cũ Hippocrate conciliatur.*

PROGNOST. XI.

Capitis autem dolores vehementes, & continui cum febre, ſi quod ex indicijs extiterit exitioſis, lethales admodum ſunt. Si verò ſine talibus indicijs dolor vigeſimum tranſeat diem, & febris detineat, expectari oportet ſanguinis è naribus eruptionem, aut alium quempiam abſceſſum ad inferas ſedes. Sed quoad dolor fuerit recens, expectari oportet ſanguinis eruptionem è naribus: aut ſuppurationem, ſi dolor alioqui circa tempora, & frontem ſit.

COM-

COMMENTARIVS.

RES eſt conſideratione dignißima, neminem hactenus aliquam ſententiarum ab Hippocrate in toto hoc opere conſcriptarum improbare, aut perturbare fuiſſe auſum: cùm tamen Galenus ſæpè in aphoriſmis, aut in libris Prorrheticorum, & de ratione victus quamplurima exploſerit, vel tanquam falſa, vel tanquam Hippocrate indigna. Ea verò quæ in his libris tradũtur, nec Galenus, nec alius medicorum ſuggillare, aut refellere ſunt auſi: ſed omnes vno ore tanquam veriſsima, & ex Hippocratis penu deprompta agnoſcũt, atq; ſuſcipiũt. Quapropter Celſus libr. 2. in præfatione inquit, ſe velle imitari Hippocratẽ, cuius cu rationem licet recentiores mutauerint, tamẽ hæc optimè illum præſagiſſe fatentur. Solam hanc ſententiam Galenus improbat, non quidem tãquam falſam, aut ab Hippocrate alienam, ſed velut incompoſitam, atque inordinatam. Quapropter rectè eam, comm. præſenti in hunc modum ordinat atque componit. Capitis dolores vehementes, & continui cum febre, ſi quod ex lethalibus ſignis acceſſerit, omnino exitioſum. Si verò ex his, quæ dicisti de ægro, tanquam valituro, ſperes: à principio quidem ad ſeptimum diem ſanguinis è naribus fluorem expectato. Procedente verò tempore id etiam eueniet: pus autem exibit è naribus, aut auribus in ſalutem ægrotantis. Si verò ad viginti dies extendatur accidens doloris capitis, tũc etiam ſanguinis eruptionem rariorem expectabis. Magis verò ſuppurationem, aut abſceſſum ad

Huius operis ſentẽtia à nemine reprobata.

ad inferas ſedes expectabis. Per id verò tempus, per quod ſanguinis eruptionem ſperaueris, augebit tibi ſpem, ſi circa tempora, & frontem dolor vehemens perſeuerauerit. Ita quidem probè texitur, atque ordinatur præſens ſententia à Galeno. Pro cuius explicatione animaduertendum capitis dolores nonnunquam fluxus ſanguinis ex naribus, aut vomitus decretorij eſſe indices. Quando verò hunc, & quando illum prænuncient, ipſa doloris ſpecie, & qualitate eſt diſtinguendum. Nam vt Galenus. 3. de criſibus, cap. 11. ait. Qui velut mordaces ſunt, vomitum: qui verò quodam modo graues, extendentes, pulſanteſq́; & calidi fluxum ſanguinis propriè ſignificant, atque huiuſmodi dolores mali non ſunt. Quapropter medicamentis profligari non debent: dicente Galeno libro. 1. de arte curatiua ad Glauconem cap. 15. in capitis dolore, qui ſanguinis fluxum, aut vomitum decretorium ſignificant, non eſſe remedia quęrenda. Nec enim accidens quoddam, ſed bonum ſignum potius tale quidquam eſt exiſtimandum: ſicuti & multa alia, quæ ante criſes cõtingunt, quæ plurimis quidem terrorem incutiunt, bonum tamen quoddã oſtendunt. Interdum verò prædicti dolores criſin non denunciant, ſed ſymptomata ſunt eius, quæ in capite exiſtit, diſpoſitionis. Quo tempore ſi vehementes, continuiq; ſint, atque cum febre inſeſtent, exitioſi cenſentur: quia oſtẽdunt cerebrum inflammari, aut vehementem affectionem pati. Quam verò malum ſit inflammari cerebrum, ex ſuperioribus conſtat. Siquidem eius inflammatio

Capitis dolores quando non mali.

ſola,& nõ affectio alia,phrenitidem morbum exitioſiſsimum conſtituit. Diximus enim libr.1.cõm. *In Valleſiũ.* 23.aduerſus Valleſium virum doctiſsimum,bilioſos humores in cerebro exiſtentes, dum inflammationem non committunt, haudquaquam phrenitidem efficere. Nec etiam cẽſemus,quemadmodum ipſe arbitratur, ſolos bilioſos humores in cerebro abundantes,abſque inflammatione efficere poſſe delirium perpetuum, febrem aſsiduam,reſpirationem magnam,ac raram,propria & inſeparabilia phrenitidis ſymptomata. Quoniam ſi tales humores deliteſcunt in venis,non neceſſariò molientur delirium: nam ſic omnes, qui ardente febre laborant,deberent delirare:quod ſanè falſum eſt. Quia,vt ex Galeno liquet libro.4.de victu acuto. comm.17.ardentis febris duo tantùm ſunt pathonomonica ſigna;perurẽs caliditas,& ſitis incõpeſcibilis. Delirium verò non eſt deſignis pathonomonicis febris ardentis,ſed ex aſsidentium numero vnum. Si tamen humor bilioſus venas egrediatur, & in ſubſtãtiam cerebri,aut eius membranas dilabatur, protinus eam inflammationis ſpeciem excitabit, quam medici eriſipelas nominãt. Quod non aliter fit,quàm humore bilioſo in partem aliquam decumbente,ibidemq; detento,atq; *Obiectio.* ſeruato. At dicent, poſſe humorem hunc in cerebri ſubſtantiam influere per illamque diſſeminari, abſque eo quod tumorem præter naturam cõmittat, ſed tantùm eius temperamentum alteret, atque peruertat: quemadmodum in humore melancholico videre eſt. Qui,vt ex Hippocratis opi-

nione

nione. 3.de locis affectis capit. 6 probat Galenus exiſtens in cerebri ventriculis conſtituit morbum comitialem, tranſiens verò ad ſubſtantiam, facit melancholiam, temperamentum alterando. Pari etiam ratione bilioſus humor poterit per medullarem ſubſtantiam diſſeminari, & delirium perpetuũ generare, abſque inflammatione, vel tumore aliquo. Huic obiectioni reſpondendum eſt, non eandẽ rationẽ haberi de humore bilioſo ac de melãcholico: Nã hic cum frigidus ſit, poterit per cerebri ſubſtantiã trãſmitti, tẽperamentũ tantũmodo ad frigidius cõmutando: quod humor bilioſus nõ poteſt. Quia cum feruentiſsimus ſit, & calidus immodicè, illicò vt in partem irruit, eam inflammat, & ſacrum excitat ignem. At iterum obijcient, poſſe bilioſum humorem citra eriſipelatis generationem, per partem tranſmitti, vt in arcuatis quotidie videmus. Veruntamen dicendum, ſecus eſſe de bilioſo humore, morbum arcuatum committẽte, ac de efficiente phrenitidem. Nam ille vt ex Galeno deducitur libro.5.de locis affectis, capit.7. craſſus eſt, ac viſcidus, & pituitæ miſtus, qui tamen phrenitidem progignit, ſyncerus, flauus, & feruentiſsimus. Quod ſi talis, qualis in arcuato morbo reperitur, in cerebri ſubſtãtia abundaret, phrenitidem haudquaquam efficeret: ſed aliud morbi genus ab hac diſtinctum; puta ſoporem, aut vigilantem ſoporem. Verum de his abunde: quare denuò ad inſtitutum reuertamur. Dictũ eſt capitis dolores vehementes, continuoſq;, ac cum aſsidua febre infeſtantes, eſſe exitioſiſsimos: quia cerebrum inflam-

Obiectionis ſolutio.

Obiectio altera.

Obiectio diluitur.

mari, vel aliquem alium magnum affectum pati demonſtrant. Atque hac ratione ſola, huiuſmodi dolores lethales exiſtunt, non quòd ipſi ſua vehementia mortem accerſant, quemadmodum auriũ, aut coli, aut oris ventriculi dolores facere ſolent. Quia, vt ait Galenus libr. 2. de compoſitione medicamen. ſecundum locos, cap. 1. ob capitis doloré vehementem nemo vnquam animi deliquio comprehenſus, mortuus eſt, nec ſeipſum occidit: quémadmodum quidam coli dolore vexati fecerunt. Et conſequenter ſcribit: vtcumque enim doleant, longè minor ipſorum eſt dolor, quàm eorum, qui coli, aut auris, aut oculi, aut dentis dolore vexantur. Hæc Galenus. Quanquam Plinius libro 25. capit. 3. contrarium inſinuare viſus eſt, dum inquit, aſperrimum dolorem calculorum eſſe à ſtillicidio veſicæ: proximum, ſtomachi: tertium, eum, qui in capite cõtinetur. Niſi dicamus, Plinium ſub capitis dolore complexum fuiſſe dolorem auris, aut oculorum: quandò quædam ex capitis partibus, aures, & oculi ſunt. Verum addit Hippocrates tales dolores exitioſos admodum eſſe, non ſimpliciter, ſed aliquo ex lethalibus accedente indicio: cuiuſmodi ſunt, aſsidua vigilia, quæ omnem vehementem dolorem ſequi ſolet: bilis praſinæ vomitus: deiectæ vires: vrina veluti iumentorũ: inquietudo, & his ſimilia, quorum catalogum ipſe ſcripſit ſuprà lib. 2. prognoſt. 56. Quòd ſi huiuſmodi ſigna non ſuperuenerint, poterit morbus ad ſalutem iudicari, aut per fluxum ſanguinis ex naribus, qui intra ſpatium ſeptem dierum præſertim accidere

Capitis dolores quando exitioſi.

2. localium, cap. 1 titul. cõdependẽs ex præcedẽti Apollonij doctrina: tex. in fine.

Dolor vehemens vigiliã inducit.

dere ſolet, licet aliquando poſt ſeptimum eueniat, ſed raro. Nam frequentiùs fit, vt poſt ſeptimum pure excreto per aliquem ex capitis meatibus, terminetur. Quæ optima eſt ſimilium dolorum iudicatio, iuxta aphoriſmum.10.ſect.6.qui aſtruit, caput dolenti, aut vehementer laboranti pus, vel aqua, vel ſanguis effluens per nares, aut os, aut aures, morbum ſoluit. Quòd ſi affectio in longius protrahatur tempus, abſceſſus in partibus inferioribus ſunt expectandi. Signum autem quod fluxū ſanguinis è naribus oſtendit, eſſe ait vehemētem dolorem circa tempora, & frontem perſeuerantē. Atque hoc modo præſentem contextum explicandum, & exponendum eſſe teſtatur ea, quę ſcribit Auicenna, 2.4.tract.1.capi.29.quo in loco docens modos, quibus vehementes capitis dolores terminari ſoleant, inquit, frequentiorem iudicationem eſſe vſque ad ſeptimum per ſanguinis fluxum ex naribus: poſt ſeptimum per puris exitum: poſt vigeſimum raro per ſanguinis fluxum, frequenter per eruptionem puris; frequētiùs per abſceſſum; quem ipſe exituram vocat, ad inferas ſedes erumpentem.

Quid fluxū ſanguinis ex naribus oſtendat.

PROGNOST. XII.

Magis autem expectari ſanguinis oportet eruptionem in iunioribus triginta quinque annis: in ſenioribus verò ſuppurationem.

COMMENTARIVS.

NON negat, in minoribus natu, trigeſimum annum agentibus, poſſe fieri ſuppurationē: & in natu maioribus ſanguinis eruptionem. Sed

Cur in ætate, quæ eſt ante trigeſimumquintũ annum ſanguinis profluuia magis eueniant.

aſſerit in his frequentiorem eſſe ſuppurationem: in illis verò ſanguinis fluorem. Quoniam in ætate; quæ eſt ante trigeſimumquintum annum, & ſanguinis vbertas eſt amplior; & calor robuſtior; & bilis copia maior: quæ (teſte Galeno. 6. epidem, part. 3. comm. 21.) cum ſanguine permiſta ſua acrimonia venas recludit, & ſanguinis profluuia excitat. Quæ cauſæ omnes cùm poſt trigeſimumquintum annum aut languidæ ſint, aut non ita vegetę, ac in ætate præcedenti, & ad hæc virtus imbecillior reddatur, (dicente Auicenna prima. 1. doct. 3. omnibus poſt conſiſtentiam calorem minui incipere:) fit, vt in hac ætate ſuppurationes potiùs eueniant, vtpote illi congruentiores, & familiares magis. Quoniam, vt idem Auicenna. 3. 4. capi. 20. docet, ſuppuratio naturæ defectum, & impotentiam quampiam oſtendit. Verùm de his libro. 1. abundè dictum eſt.

PROGNOST. XIII.

Aurium autem dolor acutus cum febre continua, ac vehementi, difficilis eſt: periculum enim delirij, mortiſq; imminet. Quia igitur fallax hic locus eſt, cito etiam animaduertere omnia alia indicia à primo die neceſſe eſt.

COMMENTARIVS.

A vehementi capitis dolore, ad aurium dolorẽ dirum quidem, & acutum cum febre continua ac vehemẽti euenientẽ hoc in cõtextu tranſit Hippocr. dicẽs, dolorẽ hũc, deliriũ, aut abolitionẽ minari. Aduertit tñ in commen. Gale. Hippocratẽ in præſentia per auriũ dolorem non intelligere illum,

lũ,qui extrinſecùs in conſpicuis auriculis fit: quia cùm hæ cerebro non communicent,& ad hæc vehementes dolores ob ſenſus hebetudinem non perpetiantur, nec delirium, nec mortem inferre queunt affectæ. Sed aurium dolorem eum nominat, qui in intimo auditorio meatu cum febre cõtinua vehementer infeſtat. Cui cùm ab inflammatione oboriatur, promptè cerebrum conſentit, & delirium ſuccedit,ac mors. De hoc loquens Auicenna. 4.3.capit.6.inquit: Et peruerſior dolorum auris eſt ille,qui eſt ex apoſtemate calido profundo inflammatiuo, & illud eſt cum febre inſeparabili,& propriè cùm perducit ad intellectus permiſtionem:hæc Auicenna. Quæ ſanè verba eorum, quæ ab Hippocrate hic traduntur,veluti commentariũ haberi poſſunt. Dolorem verò, de quo hoc in loco Hippocrati fit ſermo, ab inflammatione emanare, ipſe particula illa, cum febre continua, ac vehementi,declarat. Nam qui à nuda intemperie, vel quauis alia cauſa, citra inflammationem, euenit, aut ſine febre faceſsit: aut ſi febris adeſt, certè illa aſsidua non eſt. Qui verò cum vehementi,eademque continua febre afflixit, citra inflammationem, nunquam conſiſtit, cui cerebro conſentiente delirium oboritur, & ſæpè ineuitabilis ſequitur mors. Quin & citra cerebri compaſsionẽ ſolus ipſe dolor per ſe quando atrociſsimus,velut iſte, exiſtit, ſua vehementia, & acerbitate ægrum interficere poſſe, Galeno eſt perſuaſum libro. 12. method.cap.1.&.2.de cauſis ſymptom.cap.5.quippè laborantes & decolores apparent,& refrigerantur,

Quẽ auriũ dolorẽ Hippocrates nominet.

Dolor vehemens ex ſe hominem interficere ſufficit.

tur,& concutiuntur,rigore tremunt, pulſus mino res redduntur, & abolentur,& tandem, veluti ſyderati,attonitique moriuntur. Referuntur huiuſmodi dolores ad aures, non tanquam auditus, ſed tanquam tactus ſymptomata: quippè tactus (authore Galeno libro de differentia ſympto.cap.3.) omnium ſenſuum inſtrumentis communis habetur: cum aliorum quodlibet ſuo duntaxat inſtrumento ſit contentus.Quæ verò,veluti propria ſenſibilia auditum infeſtant, ſenſum quidem corrũpere poſſunt: mortem verò inferre non queunt. Huiuſmodi ſunt terrifici tonitrui, machinarũ bellicarum ſoni, tumultuoſi clamores. Ab his enim omnibus auditus diſſoluitur,euertiturque,quemadmodum viſus à fulgure, & ſolis ſplendore. Excellens nanque ſenſibile (dicebat Ariſtoteles libr. 2.de anima,capit.2.) ſenſorium corrumpere ſolet. Hinc fit,vt habitantes iuxta Nili Catadupas,id eſt, loca illa, vndè Nilus præcipitatur: ſi Ammiano Marcellino libro.22.creditur, propter ingentem aquarum ſonum auditu priuentur. Quod itidem Cicero in ſomnio Scipionis confirmare viſus eſt: vbi de Nili pręcipitijs agens,ita ſcribit:Hoc ſonitu oppletæ aures,obſurduerunt. Nec eſt vllus hebetior ſenſus in nobis, ſicut in illis,vbi Nilus ad illa loca, quæ Catadupę nominantur præcipitat ex altiſsimis montibus. Quare gens ea,quæ illum locũ accolit, propter magnitudinem ſonitus ſenſu audiendi carent. Sed nec hoc à Galeni mente alienũ eſt libro.1.de cauſis ſymptoma.capi.6.ſcribentis à terrifico tonitruo nonnullos audiendi facultate priua-

Tactus omnium ſenſuũ inſtrumentis eſt cõmunis.

Aethiopes iuxta hæc loca habitantes Catadupos vocat Plinius lib. 5.cap.9.

priuatos,omninò ſurdos euaſiſſe. Quo in loco inquit,aſperrimas, maximas,celerrimaſq́;voces,auditũ dolorificè afficere. Verũ de his doloribus in præſentia Hippocrates non loquitur, ſed de eis tantum,quæ auditorium meatum,velut tactus inſtrumentum, laceſſere ſolent: qui cùm partis exactiſsimo ſenſu præditæ ſint pathemata, diri maximè ſunt,atque vehemẽtes. Quod intuens Hippocrates libro. 6.epidem. part. 5 aphor. 13.dolori auris tanquam malo partis exactiſsimè ſentientis, ſubuenire blandiſsimè conſuluit,lana ex vnguento,aut oleo calenti,digito inuoluta, deindè in aurem expreſſa, donec aliquid intus influat. Calidũ autem, quod adhibetur, oleum eſſe conuenit, ne offendat neruos. Et quia hoc ipſum, Hippocrate etiam authore aphor.22.ſect.5.anodinum ſit. Verùm obtrudent hic nobis Galenum, qui libro. 3. de compoſit.med.ſecundum locos in aurium doloribus valentibus pharmacis vtitur,chalcitide, nimirum,nitro,porri ſucco.vrina caprina, & alijs huiuſmodi. Hoc verò nõ indicat loca hæc acuti eſſe ſenſus.Nam quæ talia ſunt,eorum vires ſimilibus medicamentis doloribus reſoluuntur.Qua de cauſa Galenus libro.7.methodi in fine, partibus acutè ſentientibus expedire dicit, nec confertim, nec ſemel valentibus auxilijs mederi, ſed mitibus potius,& in tempore.'At vbi tardus eſt ſenſus celeriter obire, quod iuſtum eſt, iubet ſemel vſis remedio,quod ſit idoneũ.Huic obiectioni reſpondendum arbitror, Galenum non vti vehementibus medicamentis in doloribus aurium ex inflamma-

Quo pacto aurium dolori ſubueniat. Hippocrates.

Obiectio.

Obiectio diluitur.

tione obortis. Sed in alijs, quæ à frigidis, & craſsis humoribus naſcuntur, in quibus talia conueniunt medicamenta, vt attenuent, atque diſſecent ſucco rum craſsitudinem, & eorum ingentem frigiditatem attemperent. Nec metuendum eſt, huiuſmodi medicamenta aurium neruoſas partes magnopere oblædere poſſe. Nã prius à qualitatibus ſuccorum reſoluuntur, & non niſi imbecilla ad locũ affectum perueniunt. Cæterum adiecit deinceps Hippocrates: Quia igitur fallax hic locus eſt, citò etiã animaduertere omnia alia indicia neceſſe eſt. Quibus verbis ſolertem medicum reddit, vt non oſcitanter, ſed ſedulò, & diligenter cuncta animaduertat indicia, vt illis comprehenſis, exactè futuram prædicti doloris iudicationem dignoſcere queat. Huiuſmodi indicia ſunt, morbi tolerantia: mente conſtare: virtutem validam eſſe, noctu dormire, ad alimenta benè ſe habere, & alia quę poſtmodum dicentur. Nam ſi hæc adfuerint, non erit lethalis diſpoſitio.

Cum quibus ſignis auriũ dolor nõ ſit diſpoſitio lethalis.

PROGNOST. XIIII.

Iuniores quidem homines, ſeptimo die, aut citius ab hoc morbo interimuntur. Seniores verò, multo tardius. Febris enim, ac delirium minus eis ſuperueniunt, & aures eis ob id anteà ſuppurantur. Sed per has ætates recidiuæ euenientes morborum, plurimos interimunt. Iuniores verò priuſquam ſuppurentur aures, interimuntur. Si enim ex auribus pus effluat candidum, expectari poteſt iuuenem conualiturum, ſi quod aliud etiam bonum in eo indicium ſuperueniat.

COM-

COMMENTARIVS.

QVi ex aurium inflammationibus moriũtur, ob doloris vehementiam, delirium, & febris magnitudinem intereunt. Hinc euenit illos, qui nondum trigeſimum quintum annum exceſſerunt, quos hoc in loco Hippocrates, natu minores appellat, ab huiuſmodi morbo magis periclitari. Natu verò maiores, minus: quoniam hi ob frigidum ætatis temperamentum & ſenſus hebetudinem, nec doloris vehementia vexantur, nec delirio, & febris magnitudine prehenduntur. Illi verò cõtra cum caloris vbertate polleant, & molliores neruos habeant, promptè febres ſuſcipiunt, & vehementes dolores perſentiſcũt. Nam, vt ait Galenus libr. quòd mores animi corporis temperamentum ſequantur, cap. 10. Adoleſcentium calida eſt ætas, & ſanguine affluens: ſenum exiguo ſanguine, & frigida. Ac proindè in his non æquè ac in adoleſcentibus, ob doloris, & febris magnitudinẽ mortes ſequi ſolent. In quibus propter prædictorum malorum ſæuitiam, interitus ſuppurationem præoccupat inflammationis. Nec ſolùm ex hoc morbo robuſtiores, quales iuuenes habentur, magis periclitari videmus: verùm etiam ex apoplexia ijdem citiùs occumbunt, quàm ſeniores, ſi Paulo libro. 3. cap. 18. & Auicennæ. 1. 3. tract. 5. cap. 12. creditur. Nec ab re quidem, quoniam qui ex apoplexia pereunt, ob reſpirationis neceſsitatem moriuntur: hæc verò maior eſt in iuuenibus, quàm in ſenibus. Nam qui frigidum temperamentum, velut ſenes obtinent, refrigerato totius corporis habitu,

Cur iuniores ex aurium inflãmationibus citius intereant.

Cur ex apoplexia iuuenes citi' moriuntur.

tu, vel nulla, vel exigua reſpiratiõe viuere poſsũt, ſufficiente eo tempore ad exiguum calorem ſeruandum tranſpiratione, quæ per vniuerſam agitur cutem. Quemadmodum libro. 6. de locis affectis, cap. 5. de Hiſtericis ſcriptum reliquit Galenus. Verùm addit deinceps Hippocrates quòd ſi ex auribus pus effluat candidum, ſpem eſſe natu minorem conualiturum. Ratio eſt, quoniam, vt Galenus ait ſectione. 5. aphor. commen. 22. nihil mali aduenire poteſt vlceri pus generanti, quod aſſequi difficile non erit, intelligenti ſuppurationem, coctionem quandam eſſe, quæ, authore Hippocrate, perpetuò naturæ victoriam, & ſalubrem ſecuritatem ſignificat. Dixit, pus ex auribus effluere, quoniam protinus vt materia inflammationem committens, concoquitur, ac ſuppuratur ex aure ægra effluit, atque dilabitur, nullo facultatis expultricis impulſu egens: præſertim ſi verſus partem affectam caput inclinet, quo caſu maximè locum habet id, quod Hippocrates nos docet libro. 6. epidẽ. part. 3. aphor. 7. cùm inquit: Quidquid ad ſuppurationem ductum eſt, id recidiuam non efficit, Ipſa enim concoctio iudicatio ſimul, & excretio eſt. Secùs tamen accidit in pectoris, & viſcerũ affectionibus, in quibus non ſufficit, materiam eſſe concoctam, ſed ſi æger vitæ ſuperſtes eſſe debet, neceſſe eſt accedat propultrix facultas, quæ ſua vi quidquid concoctum eſt, foras extrudat, aut ſaltem à loco affecto quàm longiſsimè ſeponat.

Hiſterica ſine reſpiratione viuere poſſunt.

Hippocratis ſententia interpretatur

PROGNOST. XV.

Fauces autem exulceratæ cum febre difficiles ſunt. Sed ſi aliud

aliud ſignum ex prædictis fuerit prauum, prædicendum, vt cum periculo morbus ſit.

COMMENTARIVS.

FAuces Galenus libr.4.de locis affectis capi.5. paulò poſt medium, internum oris locum vocat, vbi ſimul conueniunt & gulæ, & gutturis partes extremæ. Plinius libro.11. cap.37. ſummum gulæ fauces appellat. De faucibus itaque cum febre exulceratis in præſenti prognoſtico Hippocrates loquitur, dicens: has perpetuò malas eſſe. Exulcerantur enim Galeni ſententia libro.6.aphor.commen.2. aut ob ſalſam pituitam à cerebro per palatum deſtillantem, & ſubiectas ori partes offendentem: aut ob bilem flauam, vel atram. In acutis tamen febribus à flaua bile, aut acribus fuliginibus ſæpè exulcerari videmus, ob id quòd ad hanc affectionem ſuſcipiendam ſunt nimis propenſæ. Ob quam facilitatem, propenſionemque Auicenna.1.4. tract.2. acutarum febrium curationem tractãs, ore eius, qui acutam febrem patitur, humidum aliquod medicamentum continere conſuluit, quod fauces, & guttur irrorare, & irrigare valeat: & harum partium exulcerationi obſiſtat, & ſitim extinguat, guſtumque meliorem reddat: ac aërem inſpiratum irroret, atque humidiorem efficiat. Hæc enim omnia ad febris calorem attemperandum, & ſitim compeſcendam ſummoperè conducunt, ſi Hippocrati fides habeatur, libr.6.epidem.part. 3.aphor.15. dicenti: Os continere, tacere, auramq; cum potu frigidam inducere, ſitim extinguunt. Quapropter perperam agunt medici, qui febrientes

Fauces quid Galenus vocet.

Quæ in acutis febribus ſitim extinguant.

tes

tes multùm loqui permittunt:quoniam frequens & aſsidua oris commotio, quam multa loquutio facit, faucium humiditatem abſumit, atque adeò (vt experientia docet)partes illas exulcerat, & ſiccitatem,quæ ſitis cauſa eſt,procreat. Ait itaq; modoHippocrates malum eſſe in febribus fauces exulcerari:malum,inquam,& vt cauſa, & vt ſignum. Vt cauſa,quia exulceratę tranſglutionem impediunt:vt ſignum, quia oſtendunt acrium fuliginum multitudinem ſuprà ad caput aſcendiſſe,ac fauces exulceraſſe.

Fauces exulceratæ in febribus malæ vt ſignũ, & vt cauſa

PROGNOST. XVI.

Anginæ autem grauiſsimæ ſunt,& celerrimè interimũt, quæcumq; nec in ceruice,nec in faucibus conſpicuum aliquid efficiunt. Plurimum autem doloris inferunt, ac ſpirationis difficultatem,quæ non niſi erecta ceruice trahatur. Hæ enim & eodem die, & ſecundo,& tertio,& quarto ſtrangulant.

COMMENTARIVS.

ANgina,authore Galeno,libro. 4.de locis affectis,capi.5.& ſectione.4.aphor. comm.34.in quadruplici differentia habetur. Nam quædã eſt, per quam interni gutturis muſculi inflammantur: altera,per quam inflammantur externi:tertia dicitur, cum in faucibus phlegmone conſiſtit:quarta, quando faucium externas partes, & mentum obſidet inflammatio.Primam medicis placuit appellari, chynancen:alteram, parachynãcem:tertiam, ſynanchen:quartam,paraſynanchen.Eſt enim angina Tralliano libro.4.ca.4.vitium acutiſsimum. Celſo verò libro.4.cap.1,acutum ſimul, atque peſtife-

Angina diſcrimina quatuor.

Angina quid.

ſtiferum, quod & dictio ipſa indicat. Siquidẽ angina ab angendo, ſeu ſuffocando dicta eſt: propterea quod per eam animans celerrimè ſuffocari contingat. Præſertim ſi muſculos gutturis internos inflammatio laceſſat, vt in prima anginæ ſpecie euenit, de qua in præſentia Hippocrates loquitur. Eſt autem guttur, ſeu larinx tradente Galeno libro.3, de facultatibus naturalibus, cap.8. arteriæ, quæ aſpera dicitur, pars ſumma. Cõſtat hæc tribus magnis cartilaginibus, quæ alijs ſecundum tracheam arteriam diſſectis nec magnitudine, nec figura ſimiles ſint. Iſtarum maxima anterior eſt, quam tangimus, foris quidem conuexa, intus autem concaua, ſcuto maximè ſimilis non rotundo vndique, ſed prælongo, quale, ſcilicet, propriè ſcutum appellant. Quapropter nomen huic cartilagini à ſimilitudine ſcuti huius, ab anatomicis impoſitum eſt, vocantibus eam ſcutiformem. Secunda verò cartilago, quanto minor eſt prima, tanto maior eſt, quàm tertia, in internis quidem partibus locata eſt, qua ſtomachus ſubſidet. Quantum autem deficit magna cartilago à perfecta circuli figura hoc ipſa addet. Vbi autem minor hæc, quæ intus eſt deſinit, duæ quidẽ ſuperiacent paruę cõuexitates. Incipit autem indè tertia cartilago, conuenientes exactè ipſis eminentijs eius concauitates ſortita, vt coapplicatio harum duarum cartilaginum duplicem efficiant articulationem. Mouetur larinx à muſculis, ſecũdum ſuam quidem propriam compoſitionem, duodecim: ſecundum cõmunionem verò, quæ ei eſt cum adiacentibus, ab

Guttur quid.

Guttur ſeu larinx ex quot cartilaginibus conſtet.

Muſculi guttur mouentes.

alijs

alijs octo. Quæ omnia Galenus nos docuit libro 7.de vſupartium,cap.10.inflammatis itaque internis gutturis muſculis, prima anginæ ſpecies conſtituitur:cuius ſigna hic deſcribit Hippocrates, quæ ſunt:dolor plurimus in gutture,atque ceruice, reſpirandi difficultas tanta, vt ægrotantes erecti ſedere cogantur: nullaque ex calore,colore,aut mole apparet in ceruice,vel faucib' diſpoſitio. Quia ſi ægro ſuffocationem, atque dolorem ſentiente, nihil horum in iam dictis partibus appareat,indicium eſt,intra gutturis corpora deliteſcere inflámationem: quo fit vt ratione ſanè maxima ſtrangulentur. Nam cùm reſpirationis meatus ea parte anguſtus ſit, accedente inflammatione omnino intercludiť.Ex quo eos periclitari eſt neceſſe deficiente omnino reſpiratione. Quo fit vt anginoſi, erecta ceruice, id eſt, collum dirigendo reſpirare cogantur, quò paululum meatum diſpeſcant. Siquidem illorum ſupinus accubitus plurimùm inſpirationi obeſt, concidente nimirum gutture in ceruicis vertebras. Non ab re igitur Hippocrates in præſentia huius anginæ maleficentiam explicans,dixit,periculoſiſsimam eam eſſe,celerrimeq́; enecare:quod ſimiliter confirmat libr. 1.prorrhet. text.54.dum inquit: Fauces dolentes, abſque tumore,cum implaciditate, ſtrangulanteſq́ue ſupra modum pernicioſæ.Et Galenus libro.3.epid.part. 2.in comm.ægroti quarti,dicebat:Anginæ autem grauiſsimæ ſunt, ſubitoq́ue perimunt: quæ nihil in faucibus,nec in ceruice ſigni edunt.Idem libro 4.de locis affectis,capit.5.docet, quo in loco præſens

Reſpirationis meatus in gutture anguſtus.

ſens prognoſticum refert, atque interpretatur.

PROGNOST. XVII.

Quæcumq; verò dolorem alteri ſimilem inferunt; attolluntur verò, ac ruborem in faucibus efficiunt admodum exitioſæ: ſed paulò longiores, quàm ſuperiores, ſunt, ſi rubor fuerit magnus.

COMMENTARIVS.

SEcundam anginæ ſpeciem deſcribit, quæ priori minus periculoſa eſt, & in longius tempus protrahitur. Inflammantur in hac loca faucium gutturi proxima; atque idcircò non minori quidem dolore afficit, quàm prima, quoniam fauces æquè ſentientes partes exiſtunt, ac guttur. Per hãc aperto ore, ac depreſſa lingua in penitioribus faucium partibus tumor apparet, & rubor: quæ duo indicant intra gutturis corpora non laceſſere inflammationem, ſed illa ea relinquente, ad loca vergere, quæ in faucibus ſunt, os verſus. Quare non intelligo quo modo dicat Hippocrates, hanc priori nõ minus eſſe periculoſam. Nam ſi periculi tota ratio in difficultate reſpirationis conſiſtit, & hæc maior multo eſt in prima, quam in ſecunda, conſequitur, hanc, quàm illam, minus periculoſam eſſe debere. *Periculi ratio in angina undè ſumatur.*

PROGNOST. XVIII.

Si quibus verò fauces rubent, & ceruix, hæ diuturniores ſunt. Maximè verò ex eis ſeruantur, ſi ceruix, ac pectus traxit ruborem, nec ſacer ignis intrò recurrat.

COMMENTARIVS.

DVas Hippocrates in hoc cõtextu anginę differentias deſignat: vnam, quandò fauces, &

ceruicem rubor occupat: alteram, quando ceruicem ſimul & pectus rubor comprehendit. Ambas has ait minimè eſſe inſalubres: idq; duplici de cauſa. Prima, quia nõ admodũ ſunt dolorificæ: Secũda, q̃a nõ vehemẽtẽ reſpirãdi facultatẽ inducũt nõ ſunt admodũ dolorificę: & quia partes affectæ adenoſæ ſunt, quæ ob ſenſus imbecillitatẽ, & hebetudinẽ nõ admodũ vexant dolore: & quia humor malum committens, magis diffundit, atq; ampliorem occupat locum, nec vt in prioribus vnitur, nec vni parti circũſcribitur, & inculcatus manet, non inferunt reſpirandi difficultatem, quia materia morbifica à gutture, & vijs reſpirationis ſecedit, & ad exteriora accedit: meritò igitur anginæ, per quam nec dolor eſt vehemens, nec reſpirandi difficultas magna periculo vacare dicetur. Talis eſt illa, per quam fauces rubent, & pectus: quod ſimiliter confirmat aphor. 37. ſectionis. 6. dum ait: Angina correpto ſi tumor fiat in collo, bonum. Foras enim morbus deducitur. Quam ſentẽtiam enarrans Galenus, ſic ſcribit: Sermo verus eſt, & cauſa in promptu. Siquidem ex intimioribus, & principalioribus partibus paſſiones confert, ad cutem transferri. Hæc vera ſunt dummodo eriſipelas non vertatur ad interna, quod quidem malum eſt; tum quia noxius humor ad præcipuas, & vitæ neceſſarias partes remeat: tũ q̃a imbecillitas facultatis indicatur nõ potẽtis ingreſſui materię bilioſę, à qua ſacer ignis oritur, obſiſtere. Euenit etiam, vt viſo rubore, rudis quiſpiã medicus repellẽtia medicamẽta admouens, mortis inopinatæ ſit cauſa.

Quæ anginæ periculo vacent.

Rudis medicus interdũ mortis eſt cauſa.

PROGNOST. XIX.

Si verò nec diebus decretorijs euaneſcat rubor, neque tuberculo conuerſo in ſedem exteriorem, pus non facilè excreet, ac videatur ſine dolore agere, mortem indicat, aut recidiuam ruboris.

COMMENTARIVS.

DIxerat præcedenti prognoſtico malum eſſe intrò verti eriſipelas, quia tamẽ fieri poſſet, vt propter virium ægrotantis firmitatem, & humorum tenuitatem, & ambientis nos aëris caliditatẽ tumor breui diſcuteretur, adeò vt medicus exiſtimaret intrò recurriſſe, ideò modò ſigna ſcribit, quæ oſtendunt reuerſionem eius ad intimas ſedes. Porrò horum vnum eſt, quòd tumor non in diebus decretorijs euanuit: alterum quòd non facilè excreant: tertium quod videntur ſine dolore agere. Nam cum recurrens intrò materia, maiori ex parte in pulmonem decumbat, & pulmo ſenſus ſit expers, nõ efficiet dolorem, ſed anguſtiam, & reſpirandi difficultatem. Grauabitur etiam à materiæ multitudine, & conferto motu ægri facultas adeò vt nec eam concoquere, nec excreare poſsit. Si enim facilè, & multũ excreaſſet, per ſputum liberari potuiſſet: nec (quod hic ait Hippocrates) mortis, aut recidiuæ ruboris periculum impẽdiſſet. Quod autem dixit: Si verò nec diebus decretorijs deletur rubor; ob id dictum eſt, quod cùm in criſibus magnæ fiant permutationes, ſi hæ non in die eueniant decretorio, ſymptomatis ratione contingunt, non motu naturæ regentis, ac elaborantis morbi cauſam ad ipſius propulſionẽ

Signa reuerſionis humoris ad ſedes intimas.

Criſes in die non decretorio factæ ſymptomatica omnes.

faciliorem. Si enim motu, & naturę actione fieret, proculdubiò diem criticum, qui fortunatiſsimus eſt, & cui ſuperiora corpora fauent, expectaſſent. Vult itaque Hippocrates quòd ſi rubor deletur in diebus non decretorijs, indicium eſt criſis ratione ſublatum non fuiſſe: quia nulla bona iudicatio in diebus, qui decretorij non ſunt, contingere poteſt. Si verò alijs ſignis malis accedentibus rubor in partibus exterioribus conſpicuus in diebus decretorijs euanuit, & ad intima retroceſsit, adhuc maius malum eſt: propterea quòd ex diei fide ampliorem deſumit prauitatem. Verum de his libr. 2. comm. 54. & 68. abundè dictum eſt.

Nulla bona iudicatio in diebus qui decretorij non ſunt, cõtingere poteſt.

PROGNOST. XX.

Securiſsimum verò eſt, ſi oedema, aut rubor, quàm maximè foras vertatur. Si verò in pulmonem conuerſio fiat, dementiam parit: fiuntq; ex ijs quidam magna ex parte purulenti: in quibuſdam verò hæc, & alij vtriq; abſceſſus

COMMENTARIVS.

DIctum quidem ſuprà eſt, conferre ex intimioribus, & principalioribus partibus noxios humores ad cutem transferri. Nam cùm hæc; docente Galeno libr. de cauſis morborum, cap. 6. ſit omniũ corporis partiũ extrema: haudquaquã abſurdum videri debet, ꝙ vniuerſi corporis ſuſcipiat excremẽta, & illorũ expulſioni ſit deputata. Quo fit, vt quæ ad cutẽ receſſerũt ijs, quæ ad profundũ decubuerũt multo ſalubriora habeant. Ita eodẽ tradẽte Galeno lib. 4. de victu acutorũ, cõm. 31. ſic etiã & hoc ab Hippocrate in prę́ſẽtia ſcriptũ eſt,

Cutis corporis vniuerſi ſuſcipit excrementa.

eſt, ſecuriſsimum eſſe, ruborem, atque tumorem, quàm maximè foras verti: idq́ue duplici de cauſa. Prima, quia robur expultricis facultatis oſtenditur, quę valuerit nocẽtes materias ad longinquas, & ignobiles partes protrudere. Secunda, quia viſcera, & partes internæ à morbificis cauſis vindicantur. Atque hæc quoque ratio eſt, cur in ſpecie variolarum, illæ magis laudentur, quæ multitudine, plures: & quantitate maiores, ac tumentiores apparent. Subdit deinceps Hippocrates: Si verò in pulmonem conuerſio fiat, dementiam parit, &c. Ratio eſt, quoniam humores bilioſi in pulmonẽ delapſi calentium vaporum vim haud paruam in caput demittunt. Vndè dementiam gigni conſequens quidem eſt, iuuante ad id capitis ſitu, & eiuſdem cum pulmone conſenſu. Quæ cauſa eſt (ſi Galeno creditur libro.4.de cauſis pulſuum, ca. 8.) cur in peripneumonia frequenter caput lædatur, & mens conturbetur. Quòd ſi materia ad pulmonem conuerſa, in halitus non digeratur, nec quouis alio modo euacuetur, in pus verti neceſſe quidem eſt, niſi ad inferiora deſcendens, abſceſsibus gignendis occaſionem præbeat. Quibus erũpentibus (vt Galenus ait libro.2.prorrhetici commen. 1.) partes, quæ humores ſuſcipiunt, afficientur, caput verò ipſum illæſum permanebit.

Quæ variola magis laudentur.

In peripneumonia caput frequenter læditur.

PROGNOST. XXI.

Gurguliones autem cum periculo ſecantur, & ſcarificãtur, & adurũtur, quoad rubidi, magnique fuerint. Inflammatio enim ſuperuenit, & ſanguinis fluor: ſed hos oportet alijs moliminibus extenuari eniti per illud tẽ-

us. Vbi verò ſecretum fuerit omne id, quod vuam appellãt, ſitq́; pars gurgulionis ſumma maior, ac liuida: ſuperior verò tenuior, per illud tempus admoliri manus tutum eſt. Sed præſtat, ſimul atque aluum ſubduxeris, vti chirurgia, ſi liceat per tẽpus, nec æger ſtranguletur.

COMMENTARIVS.

Gargareon quid. Galenus libro de comp. med. localium, capi. 3. carnoſam quandam particulã in ſumma oris parte apparentem, cum quis toto ore latiſsimè adaperto linguam deprimit, gargareonem, ſiue gurgulionem dicit à veteribus nuncupari: alij vuam, & columellam nominant. Veruntamen Paulus libro. 6. ca. 31. vuam, ſeu vuulam, & columellam, nõ particulam ipſam, ſed particulæ huius affectionẽ eſſe cenſet. *Quid vua, & columella ſignificet.* Nam partem hanc gargareonẽ, & gurgulionem appellat: columellam verò non eam ipſam ſanam, ſed cùm morbi ratione in columnæ modum prolongatur. Cùm tamen ſumma parte incraſſatur, & rotundus fit gargareon, vuam illum appellat, ab vuæ ſimilitudine nomenclatura deſumpta. Hanc ſimiliter ſententiam innuere videtur Galenus. Nam loco citato, poſtquàm dixiſſet carunculam prædictam gargareonem, & gurgulionem à veteribus vocitari, ſubdit: Cæterùm poſteriores medici non ita, ſed cionidem, id eſt, columellã vocãt. Nã qui ſtaphylen, id eſt, vuam, ipſam nominat, eorum nec meminiſſe præſtat. Nos em̃ non particulam ipſam, ſed vnam aliquam eius affectionem ſtaphylen, ſiue vuam nominamus. Hęc Galenus. *Gargareonis vtilitas.* Vtilis eſt gurgulio ad aërem attemperan-

dum,

dũ, ne frigidus in fauces cumulatim irruat. Eſt etiã tanquã vocis plectrum, ad illius pulchritudinẽ, & magnitudinẽ conferens, vt lib. 11. de vſu part. c. 11. ſcriptum à Galeno eſt. Quare nihil mirum videri debet, ſi eo reſecto, & vox deprauetur, & pulmones, & pectus frigeſiant, vt idem tradit Galenus libro de differen. morborum, capit. 8. Excipit etiam deſcendentes à capite deſtillationes, vndè accidit, vt ab eis frequenter relaxatus, prolongetur, ac cõuenientẽ excedat magnitudinẽ: in quã itidẽ affectionẽ inflãmationis occaſione deuenire ſolet. Veruntamẽ de inflãmatione hac, in pręſentia Hippo. nõ differit, q̃a hoc in libro de morbis tantũ acutis cũ febre cõiũctis agere propoſuit; & gurgullionis inflãmatio cũ exigua ſit, & à corde longiùs diſtet, comitẽ febrẽ habere nõ poterit. Verũtamẽ hoc in prognoſtico de eis morbis acutis loquitur, qui ad inflammati gurgulionis ſectionem perperam adminiſtratam ſuccedere conſueuerunt. Hi ſunt autem, inflammatio, & ſanguinis fluor. Inflammatio inquam, non quælibet, nec qualis prior, ſed admodum ingens, & magna, adeò vt vniuerſas fauces, & os occupet. Solet etiam ſubſequi intempeſtiuã hanc curationem copioſa hæmorrhagia, ſic vt nullis auxilijs ſiſti, ſupprimive poſsit. Atque hæc eſt cauſa cur Hippocrates hîc quędam curatoria pręcepta doceat in gurgulionis ſectione ſeruanda. Horum primum eſt, vt huiuſmodi ſectio non adminiſtretur toto tempore, quo gurgulio ipſe rubidus, magnuſque extiterit, ſed poſtquam ſecretum fuerit omne id, quod vuam appellant, & ſumma

Vndè eueniat gurgulionem frequenter relaxari.

Curatoria præcepta in gurgulionis ſectione ſeruanda.

pars gurgulionis magna, & orbiculata ſit reddita, ſuperior verò tenuior, atque gracilior. Quam ſententiam Auicenna ſequitur. 4.3. capi. 12. quo in loco de vuæ curatione verba faciens ſic ſcribit: Et non oportet vt incidatur niſi cùm radici eius aduenerit extenuatio: quoniam in ea eſt timor magnus. Et infrà cap. 15. ſubdit: Cũ eſt rubea apoſtemoſa, tunc eius inciſio eſt timoroſa, quia ſanguis fluens, per nullam medicinam ſiſtitur, atque ex tali opere vicinis partibus phlegmone ſuccedit. Alterum curatorium præceptum eſt, vt prius quàm manum admoueamus, corpus, vel venæ ſectione, vel purganti medicamento pro vtriuſuis indigentia euacuemus. Quod præceptum in omnibus affectionibus perpetuò ſeruandum eſſe vbique Galenus proclamat.

PROGNOST. XXII.

Si quibus febris deſinit non cum indicijs ſolutorijs, neque in diebus decretorijs, recidiuam expectare oportet.

COMMENTARIVS.

Quæ recidiuam prænũcient.

DVo ſunt, quæ, Hippocrate authore, morbum non exactè ſolutũ eſſe, ſed reuerſurum oſtendunt. Vnum, ſi ſolutus fuit in diebus non decretorijs: Alterum, ſi deſiuit ſine indicijs ſolutionis. Primum ſignificat, ſidum nõ fuiſſe iudicium, quare illi credere nõ debem⁹: ſed potius exiſtimandũ eſt anguẽ in herba latêre, & materiã latitare, quæ haud multo poſt tempore mali reuerſionem eſt effectura. Hoc innuere voluit Hippocrates aphoriſmo. 61. ſect. 4. cùm inquit: Febricitans, niſi diebus imparibus febris reliquerit, ſolet recidiuare.

Quo

Quo in loco, Galeno interprete, pro imparibus iudicatorijs, ſcribi debet, vt ſit ſenſus, niſi diebus iudicatorijs febris deſierit, ſolet recidiuā facere. Nec ſolùm criſis in die non iudicatoria facta, talis exiſtit: verùm etiam ſi in die, quæ malè decernit, euenerit, infida eſt: & morbum reuerſurum eſſe minatur, dicente Galeno. 4. ſect. aphor. cōm. 29. in die 6. iudicium aut malum fieri, aut à metu de morbi recidiua non alienum. Aliud, quod morbi reuerſionem prænunciare dicit, eſt, ſi morbus ſine indicijs ſolutionis fuit ſublatus. Quod ipſe ſimiliter communi ſermone docuit. 2. &. 4. epidem. dicens: Quæ ſine indicijs ſolutionis finita ſunt, ferè reuertuntur. Non intelligens per indicia ſolutionis, ea, quę ſignorum tantùm vim obtinent: cuiuſmodi ſunt, ſpiritus difficilis, vigiliæ, delirium, ſplendores oculis oborientes, caligines, labrum inferius agitatum, ceruicis dolores: & alia huiuſmodi, quæ criſin ſolent antecedere. Nam fieri poteſt, vt morbus etiam in die decretoria cum talibus deſinat, & nihilominus reuertatur. Sed per indicia ſolutionis intelligit ea, quæ non tantùm ſignorum, ſed etiam cauſarum vim obtinent: quæque criſes ipſas abſoluunt. Hæc autem ſunt, vomitus, alui profluuium, ſanguinis fluor, vrinæ multa profuſio, abſceſſus inſignis, atq; conſpicuus. Quādo igitur morbus ſine iſtis ſoluitur, aut cum eis quidem, ſed non conueniente quantitate factis recidiua timenda eſt, quemadmodum Galenus docet libro. 1. de diebus decretorijs, cap. 1. Et hoc eſt, quod Hippocrates voluit libro. 3. prorrhet. ſenten

Dies ſexta malè decernit de morbis.

Quid per indicia ſolutionis Hippocrates intelligat.

tia vltima,cùm ait:Dolores abſque iudicatione ſoluti,inutiles: ratio eſt, quia quando euacuationes huiuſmodi non ſufficiente copia ſuccedunt, ea, inquam, quæ multitudini humorum peccantium poſsit correſpōdere, indiciū eſt, intra corpus materiæ morbificæ relictum eſſe aliquid,quod morbum reuerti faciet,iuxta aphoriſmum.12.ſectio.2. qui habet, quæ relinquuntur in morbis poſt iudicationem,recidiuam efficere conſueuerunt. Verū cum de eis abundè à nobis ſit dictum ſuprà commēt.19.& libro ſecundo commentarijs. 54.&.68. ideò hic plura ſcribere ſuperſedemus.

PROGNOST. XXIII.

Si qua verò febris prorogatur,ſaluè affecto homine,nec dolore detinente,aut ob inflammationem, aut ob aliquam aliam occaſionem euidentem:expectari oportet abſceſſum cum oedemate, ac dolore in aliquem articulum maximeq; inferiorem.

COMMENTARIVS.

Libro.3.de criſibus,cap.10.& ſectione. 3.aphoriſmo.comm.36.dictum à Galeno eſt,acutos morbos per excretionem; longos verò per coctionem,& abſceſſus iudicari. Nam cum longi morbi à craſsis,& viſcoſis dependeant humoribus: & ab his etiam abſceſſus originem trahant,fit,vt his magis, quam excretionibus morbi tales terminētur: Fiunt abſceſſus huiuſmodi ad inferas potius, quā ad ſuperas ſedes: & quia natura cùm valens eſt, atque robuſta, ad partes, quæ infra ventrem ſunt, & maximè lōginquas vitioſos ſolet deponere humores:& quia ſucci craſsi, qui abſceſſus ſunt materia,

Cur longi morbi abſceſsibus iudicentur.

ria, ſua grauitate ducuntur, & ad loca inferiora deſcendunt. Finiuntur non minus longi morbi coctione, humoribus ipſis partim abſumptis, partim appoſitis, & vnitis ſolidis animalis partibus, atque partim paulatim excretis. Excernuntur autem, authore in comm. Galeno, frequentius per vrinam: rariùs per alui deiectionem, eò quòd cùm illi magna ex parte conſiſtant in venis, potiùs per renes ad veſicam deriuantur, quàm per meſeraicas in in ventrem. Sed cùm de hac re ſuprà libro. 2. commentarijs. 34. &. 65. plura à nobis ſint enunciata, idcircò huic commentario finem imponere decreuimus.

Quomodo lõgi morbi coctione finiãtur.

PROGNOST. XXIIII.

Talis autem abſceſſus magis, ac minori tempore euenit iunioribus, quam trigeſimum annum agentibus

COMMENTARIVS.

DIctum ſuprà eſt, occaſione humorum crudorum viſcidorum, ac craſſorum, morbos prorogari, ac in longum ſatis tempus protrahi. Quòd ſi hi in viſceribus conſiſtant, adhuc etiam diuturnorum morborũ cauſa erunt. Quod intuens Auicenna prima. 4. tract. 2. cap. 6. dicebat: Et quandoque eſt cauſa in longitudine febris, craſsitudo humorum in viſceribus: quare reſupinetur febriens, & extendat pedes ſuos, & tangantur viſcera eius. Ex quibus perſpicuum fit ętatem illam gignendis abſceſsibus plus eſſe obnoxiam, quæ prædictorũ humorum generationi magis exponitur: illam minimè, quæ minus. Quòd ſi ætas iuuentutis eſt omnium ętatum calidiſsima, & biliofiſsima, excretionibus

Cauſa longitudinis febrium craſſitudo eſt humorum in viſceribus.

Obiectio. tionibus potius,quàm abſceſsibus ſubijcietur, expoſitave erit. Quare minus rectè ab Hippocrate in præſentia dictũ videtur, abſceſſus hoſce in hac ętate magis,ac minori tempore,quàm in natu maioribus euenire. Quæ fortè animaduertens antiquus interpres,præſentem ſententiam peruertere auſus eſt,legens in hunc modum : Tales abſceſſus minus,ac longiori tempore fiunt natu minoribus trigeſimum annum agentibus. Verùmtamen, iudicio meo,Laurentiani interpretatio ſequẽda eſt, *Obiectionis dolutio.* quæ habet:magis, ac minori tempore. Ratio eſt, quoniam Hippocrates hoc in loco de his abſceſsibus verba facit, qui eueniunt ob craſſos, ac lentos humores:ad quorum tranſmiſsionem robuſta facultate, qualis in iuuenibus reperitur, opus eſt. Atque propter hãc itidem occaſionem in hac ętate breuiori temporis ſpatio prædicti abſceſſus cõgeruntur,quàm in ætatibus reliquis, quæ ſequuntur, in quibus naturalis calor langueſcit, & perpetuò in diminutionem procedit. Quapropter ſi in eis prædicti craſsi, frigidiq́ue redundent humores,aut paulatim ægrum interficient, aut longiori tempore concocti inſenſibiliter diſſoluentur.

PROGNOST. XXV.

Conſiderandũ verò ſtatim de abſceſſu eſt, ſi vigeſimum diem detinens febris tranſcendat..

COMMENTARIVS.

A quo tempore morbi abſceſſus ſint expectandi, docet hoc in contextu Hippocrates, dicẽs illos ſperandos eſſe poſtquàm vigeſimus dies tranſierit. Nam ante hunc terminum potius ſunt expe

ctandæ

ctandę excretiones. Tranſacto vero vigeſimo die, cùm iam morbus trãſeat in naturam frigidiorem, potius fiet iudicatio per abſceſſus, prætertim ſi vrina ſit tenuis. Nam ſi hæc craſsior fuerit facta, ac talis, diu perſeueret articuli ab abſceſſu liberabuntur; cauſa morbum committente paulatim concocta, atque per ipſam ſenſim euacuata; quemadmodum ſuprà libr.2.comm.65.ſcriptum eſt. *Cur poſt vigeſimū diē abſceſſus fiant.*

PROGNOST. XXVI.

Senioribus verò per febrem longiorem minus fiunt.

COMMENTARIVS.

Sententia hæc pars eſt prognoſtici. 24. & illius veluti corollarium. Nam ſi abſceſſus præfati iuuenibus propter facultatum conſtantiam, & firmitudinem magis accidere oſtenſum eſt, ijs, qui ab hac ætate declinarunt, minus euenire, rationi conſonum videtur. Et præſertim cùm febres ſunt longæ. Si enim eſſent acutæ, poſſet morbus per abſceſſus iudicari: ratio eſt, quoniam (vt ſuprà Galenus docuit) virtute exiſtenti robuſta: cum tenuibus humoribus, iudicatio fit per excretiones: ſi verò facultas ſit imbecillis cum humoribus craſsis, aut æger morietur, aut morbus ſenſim concoctus paulatim diſſoluetur. Cùm igitur abſceſſus medius inter duo hæc, morbos ſoluẽdi ſit modus miſtam ex eis obtinebit naturam. Miſta autem erit, ſi facultas imbecillis cum humoribus tenuibus iungatur, vel robuſta cum craſsis. *Cur in ætate declinante ſi humores ſint tenues, abſceſſus fiant.*

PROGNOST. XXVII.

Oportet autem talem expectari abſceſſum per febrem continuam: in quartanam verò diſceſſuram eſſe, quoties

ties intermittat, prehendatq́; errabilem modum, atque ita agendo autumno propinquet.

COMMENTARIVS.

CVM docuiſſet qua ætate, & in quo morbi tempore abſceſſus præcipuè ſint expectandi; nũc qua morbi ſpecie illos expectare conueniat, edocet: dicens huiuſmodi abſceſſus ſperandos magis eſſe per febrem continuam. Vbi enim febris fuerit intermittens, non debet abſceſſus, ſed quartana expectari: prǽſertim ſi præter hoc, quòd interpellans febris ſit, erratico modo apprehendat, atque ſic vagando autumno appropinquet.

Cur per febrem continuam expectentur abceſſus.

Per continuam febrem abſceſſus ob id expectantur, quia cum vitioſi humores tunc includantur in venis, natura ſi non ex toto euacuare, ſaltem illos ad ignobiles partes trudere, & abigere conatur, vt vaſa, quæ nobiles partes ſunt, à ſarcina leuet, atque exoneret. Per febres verò intermittentes nõ admodum fiunt abſceſſus: propterea quod cum eo tempore humores extra vaſa, & in locis ignobilibus conſiſtant, illos natura ad alios ignobiles expellere nõ admodum laborat: ſed aut ibidem concoquere, & diſcutere, aut extra corpus euacuare contendit.

Cur per intermittẽtes febres abſceſſus non eueniant.

Veruntamen cum de abſceſſibus multa à nobis ſint enarrata; de erraticis, ſeu incertis inconſtantibuſve febribus aliquid dicere oportunum videtur. Porrò hęc ita dicuntur quod nullum ſtatum tempus, nec vllum acceſsionum, & remiſsionum ordinem ſeruent. Harum cauſas Galenus comm. præſenti, in humoris melancholici inæqualitatem reijcit: qui in quibuſdam partibus

Cur febres aliquæ dicãtur erraticæ.

bus mouetur, in alijs immotus manet: in quibuſdā putreſcit, in alijs verò putrere incipit. Is autem humor, qui diuerſas corporis partes inæqualiter occupat, vbi ſimilem diſpoſitionem per totum aſſequatur, febrem efficiet ordinatam, quartanarium circuitum obſeruantem; vt Galenus in enarratione eſt author. Sectione tamen. 3. aphor. comm. 22. inordinatas febres refert ad inæqualitaté temporis: & ideò potiſsimum fiunt autumno, cuius intemperies varia eſt, & inæqualis. Veruntamen libro. 2. de differentia febrium, capi. 18. inordinatas acceſsiones fieri ait, aut ob permutationem humorum committentium febres, aut ob errorem in victus ratione commiſſum. Nam humoris permutatio incertos gignit circuitus, & ex praua victus ratione praui in corpore coaceruantur ſucci, ex quibus febres vagæ, & ſine ordine recurrentes emanant. Eſt porrò & alia cauſa inordinatarum febrium, nempè abundantia, quę ſupra vires exiſtit. Nam, vt Galenus ait libro. 3. de criſibus cap. 10. indeterminati ſunt naturæ motus, & inordinati, ac incerti dum ita materiæ ſuccumbit, vt eam regere, & gubernare non poſsit. Harum febrium curatio, quàm aliarum per circuitus recurrentium, longè eſt difficilior, & diligentiam, ac prouidentiam requirit maiorem, eo quòd exactè ſciri non poteſt remediorum tempus oportunum: ignorata nimirùm morbi eſſentia, & eius cauſa, parteque affecta, & recurſus die, atque hora. Nam ſi in acceſsionibus abſtinendum eſſe cenſet Hippocrates. 1. ſectione aphor. &. 4. libro de victu acutorū, commen-

Inordinatarum febriū cauſa.

Cur erraticarū febriū curatio quā aliarum ſit difficilior.

men.39.nec ſolùm dum premit acceſsio, id iuben dum cenſet; ſed antea, quàm ipſa hominem corri piat. Et ſi in die paroxyſmi quidpiam mouendū non eſt, nec febris curanda(vt Auicenna docuit.1. 4.tract.2.ca.7.)ignorans medicus diem, & horam futuræ acceſsionis, quomodo hæc theoremata ſer uabit? Quibus neceſſario parendum eſt, niſi ſuperueniens aliquod graue ſymptoma, vt ſyncope, virium reſolutio, & humorum turgentia nos interpellent, & aliter faciendum cogant. Quare ſe nulla ratione, aut methodo talibus inordinatis febribus correptis viuendi leges præſcribi poſſunt. Præſertim quia ignoramus quando morbi ſtatus futurus eſt, quoniam circuitiones inter ſe conferre non licet: à quibus, teſte Galeno initio librorū de criſibus, in cognitionē ſtatus deducimur. Qua propter prudenter Hippocrates.4.de victu acutorum textu.52.monet, febres inconſtantes ſinendas eſſe, nec curandas, donec conſiſtant, & in ordinem redigantur.

Quæ curationem interpellent.

Inconſtantes febres ſinēdæ, nec curandæ.

PROGNOST. XXVIII.

Quemadmodum verò in iunioribus, quàm trigeſimum agentib⁹ annū, abſceſſus fiunt: ita quartanæ potius annum agentibus quadrageſimum, aut etiam ſenioribus accidunt.

COMMENTARIVS.

CVM deſcripſiſſet ætatem, cui abſceſſus ſunt congruentiores, nunc quibus hominibus quartanæ magis conueniant, decernere ſatagit, dicens, illas poſt conſiſtentiæ tempus, & quando naturalis calor minui incipit, magis euenire. Finitur

Quæ in ætate quartanæ magis eueniant.

ætas

ætas iſta anno quadrageſimonono:incipit verò in nonnullis trigeſimo:in alijs trigeſimoquinto. Propterea quòd, (vt in comm.& libro. 6.de ſanitate tuenda,capit.2.ſcribit Galenus,) primus terminus conuerſionis ad habitum frigidiorem,trigeſimus annus eſt: nouiſsimus verò trigeſimusquintus. Cur verò ab hoc tempore ad annum vſque quadrageſimumnonum quartanæ potiſsimum efficiantur,docet in comm.Galenus,dicens, quòd ſicut per tempora calfactos æſtate admodum humores, & (vt ita dicatur,) bullientes,neceſſe eſt gignere atrabiliarium humorem , quem excipiens collectum in corpore autumnus, vtpote frigidus, nequaquam patitur ſimiliter extrorſum difflari,nec facilè euacuari, ita per ætates inclinantem ætatem efficere. Nam quantum in ætatis vigore ferbuit humorum, atque in atram mutatum eſt bilem,id hæc difficulter diſcutiens, febres potius quartanas committit. Opuſque eſt tempore longiori per hanc ætatem vt corpus tali repurgetur bile:ita fit, vt aduſque ſenectutem in medio atrabiliarij omnes morbi in his magis exuperent,in illis minus,elephas,nimirum,cancer,lepra,melācholia,febris quartana.Sed aduerſus hæc obijciet quiſpiam; nam ſi autumno, & ætate ſubſiſtente,ex humore qui æſtatis tempore,& ætatis vigore ferbuit, aſſatuſq́; eſt, quartanæ febres conſiſtunt,non eſt,quod hæc,(vt.1.epidem.part.3.textu 4.dixit Hippocrates,)facillimæ,& ſecuriſsimæ cēſeantur.Conſequens nemini non peruium eſt, & manifeſtum. Nam melancholia,quæ ex bile aſſa- *Obiectio.*

ta,aduſtaque efficitur,atra bilis eſt,à qua, (docente Galeno libro de atra bile.cap.3.)omnes qui gignunt morbi,exitioſi ſunt,& peſtiferi. Verũtamẽ huic obiectioni ſatisfaciemus, ſi dixerimus, Galenum in præſentia non velle, bilem flauam æſtatis tempore trãſire in melancholiam, aduſtione; ſed humores benignos aſſari, & in flauam bilem conuerti,quæ deinceps autumno ſuperueniente refrigeratur,& in melancholiam tranſit.Bilis itaq; eſt, quæ æſtatis tempore ex ſanguine, & humoribus reliquis,aſſatione gignitur,non melancholia,quę futura eſt quartanæ febris materia.Nam hæc deinceps ex bile, quæ genita eſt, fit:non,inquam,aſſatione, ſed extinctione,& refrigeratione. Ex quibus liquet erraſſe Trallianum,dum libr.12.capi.8. inquit; quartanam aliã ex flaua bile nimium aduſta; aliam ex fæculento ſanguine naſci. Quæ ſententia Hippocrati, & Galeno aduerſa eſt, dicentibus,ex intermittentibus,quartanam,longam quidem eſſe, ſed haudquaquàm periculoſam. Talis autem eſſe non poſſet, ſi ex flaua bile aduſta,aſſataque originem traheret:cùm,Galeno authore libro de atra bile,capi.3.peſsima atrarum bilium ab hac bile ſuperaſſata naſcatur, à qua nullus ſalubris morbus emanat, ſed omnes pernicioſiſsimi, & lethales.

Obiectionis dilutio.

Trallianus taxatur.

Hippocrates vbi ſuprà. Galen. 1. ad Glauconem. c.7.

PROGNOST. XXIX.

Sciendum autem, vt abſceſſus hieme potius fiant, ac tardius deſinant, & minus retrocedant.

COM-

COMMENTARIVS.

ARiſtotelis illud eſt libr.2.de ortu,& interitu, capit.3.inter congeneres qualitates omnes, tranſitum eſſe propenſiorem, ac faciliorem. Cui ſubſcribit Galenus libro. 1. de ſemine, cap.11. &. 1.ſimplic.capit. 4. vbi aquæ exemplo veriſsimum eſſe theorema probat. Nam aqua frigidiſsima cum ſit, & omnia refrigeret: citius tamen refrigerat id temperamentum, quod frigidius natura eſt; tardius, quod calidius. Hinc itidem euenit, vt abſceſſus hieme potius, quàm temporibus reliquis oboriantur. Nam cùm abſceſſus quiuis à craſsis humoribus ducat originem, & hi hieme magis, quàm temporibus reliquis generentur, fit, vt hieme magis abſceſſus omnis, quàm alijs temporibus proueniat; cum tamen inflammationes per hoc tempus haudquaquam eueniant. At ſi aliquis quærat rationem: cur hieme potiſsimum oboriantur pleuritides, authore Hippocrate ſectione.3.aphoriſmorum, aphoriſmo. 23.& libro de affectionibus textu illo, fiunt quidem maximæ ac fortiſsimæ pleuritides hieme. Cui ſubſcribunt Aretæus primo de acutis, cap.10.& Auicenna.10. 3.tract.4.cap.1. Cum præſertim tunc temporis, teſtibus Hippocrate & Galeno, libr.de natura humana, comment.33.&.37.maxima pituitę ſubcreſcat & generetur copia, à qua pleuriticus dolor minimè ducit originem: ſed potiùs ab humore calido, tenui & acri: vt ex Hippocrate conſtat aphoriſmo. 33.libr.6.cuius ſeries eſt, qui acidum eructant, raro morbo laterali capiuntur. Reſpondet

Cur abſceſſus hieme magis accidant.

Cur hieme oboriantur pleuritides.

Galenus.3.ſectione aphoriſmorum comment.
hoc ex eo eſſe,quoniam tunc temporis inſtrum
ta reſpirationi ſeruientia, à frigiditate lædunt
cum alia omnia ita benè poſsimus obtegere,v
hil,aut minimum ſentiant ambientis nos aëris
giditatem. Reſpirationem verò nemo poteſt
tegere, nec cohibere:nec aliunde nobis datur
ſpirandi facultas. Ob quam itidem frigiditate
etiam caput oblæſum,grauedines, tuſſes atq; r
cedines operatur. Adde etiam quod tunc tem
ris Aquilonares perflant venti, qui compreſsi
quadam ſuccos ipſos vaſa exire cogunt. Cor
quocirca quorundam de re hac ſententia,dic
tium Hippocratem illo aphoriſmo de pleu
tide pituitoſa eſſe intelligendum, vel id noſ
regionibus hiemis tempore non experiri. Fi
itaque ob has quidem cauſas hieme poti
mum pleuritides, abſceſſus verò non ob
ſed propterea quòd per hoc tempus eorum ma
ria in corpore maximè redundat. Quòd ſi ver
eſt hiemem morbis omnibus addere tarditate
vt.2.ſectione aphor.ſententia.25.ab Hippocr
Cur abſceſſus hieme tardius deſinant. ſcriptum reperitur: non erit difficilè intellig
prædictos abſceſſus tardius hieme debere deſi
re. Nam, vt in præfati aphoriſmi enarratione
cet Galenus, tempore hoc intus ſeruantur hum
res, veluti in latibulis incubantes:nec vt in æſ
te diſcutiuntur, & per halitum digeruntur. Q
Cur abſceſſus minus retrocedant. ſimiliter cauſa eſt,cur minus retrocedant, qu
doquidem vt in comment. præſenti Galenus
Retrocedentibus motionem quãdam adeſſe,
ce.

ceſſe eſt, qua frigidi humores deſtituuntur: cùm ob lentorem, pigri ſint, & moueri difficilius queant.

PROGNOST. XXX.

Si quis per febrem non exitioſam dixerit caput dolere, aut etiam tenebricoſum aliquid ob oculos obuerſari, aut ſi oris ventriculi morſus in eo extiterit, bilioſa vomitio aderit. Sin rigor quoque prehenderit, & inferiores hypochõdrijs partes frigidæ fuerint, adhuc citiùs vomitio aderit. Si quid verò bibat, eſitetq́; ſub hoc tẽpus, per quàm citò deuomet.

COMMENTARIVS.

Libro.2. de vomitione ſalubri, & inſalubri verba fecit Hippocrates: nunc quæ ſigna ſalubrem vomitionem venturam prænuncient, edocet: horum primum eſſe ait, capitis dolorem. Fit hic non quidem ob materiam primogenia affectione in capite exiſtentem, ſed per conſenſum: diuaporante vtique ad cerebrum contento in ventriculo humore, cuius pars perueniens ad oculos turbulentiorem reddit albugineum humorem, qui natura ſua ſplendidus eſt, & purus. Vndè euenit vt æger ante oculos tenebricoſum quippiam obuerſari exiſtimet; haud ſecus, ac cùm externus aër fumidum quendam, aut tenebricoſum nigrorem recipit. Eſt enim humor iſte albugineus internum vidẽdi medium, quemadmodum aër externum. Quare non ab re euenit, vt, cum ille per febres ardentes bilioſo vapore, qui exuſtus, ac niger eſt, occupatur, æger tenebricoſum aliquid videre ſe putet. Lęduntur namque tunc tam oculi,

Humor albugineus internum videndi medium.

 quàm

Læſio per cõſenſum non vnius modi, ſed multiplicis eſt, ac varij.

quàm caput: non quidem per eſſentiam, ſed per conſenſum à ventriculo. Eſt enim læſio per conſenſum non vnius modi, ſed multiplicis, ac varij. Nam, vt tertio de locis affectis, cap. 3. ſcribit Galenus, aliter eueniunt ſuffuſionis accidentia affecto ventriculo, atque aliter ei, qui ab alto decidit, nullo exiſtente in vocalibus inſtrumentis vitio, vox offenſa eſt. Denique alia cõſenſus ſpecie laborat is, cuius digiti ſenſum amiſerant. Siquidem oculi vexabantur, quòd aſcenderet ad eos aliquid. Vox autem quòd materia eius eſſet oblæſa: ſed digiti idcircò torpebant, quòd ſentiẽdi facultas ad ipſos non deſcẽdebat. Proindè ſubdit, ſatiùs eſſe, vt exiſtimemus tum vocalia inſtrumenta, tum digitos nulla affectione laboraſſe: id, quod de oculis haud quaquam dicemus. Nam his fumoſo vapore impletis, affectus ipſe ineſt. Vocalium verò inſtrumentorum, atque digitorum officium læditur, nõ quòd veniat ad eos quippiam præter naturam, ſed quòd careant eo quod ſecundum naturam ad ipſos venire debet: hæc Galenus. Ex quibus liquet, eam noxæ ſpeciem propriè per conſenſum factam dici, per quam affectæ partes ea facultate, aut materia priuantur, quam cum ſecundum naturam ſe habebant, pars alia ſuppeditare ſolebat, vt ſenſus digitorum amiſsionis, & intercoſtalium muſculorum reſolutionis exempla declarant. Nõ tamen rectè læſio per conſenſum facta dicetur, quando pars quæ læditur, noxium quidpiam ab alijs ſuſcipit: veluti in propoſitis ab Hippocrate capitis dolore, & viſus obtenebratione euenit

Quæ noxæ ſpecies propriè per conſenſum facta dicatur.

Nihil

Nihilominus tamen per cóſenſum affici tunc té- poris tam oculos,quàm caput rectè dicemus, quoniã noxam non primogenia affectione in ſeipſis retinent, ſed à vẽtriculo delatam ſuſcipiunt. Quo fit,vt excreto per vomitioné humore, qui in ventriculo continebatur, protinùs tam capitis,quàm oculorum conquieſcat affectio : nec opus ſit alia euacuatione materiæ,quæ per nares,& per palatũ peragitur,quàm cùm caput primogenia affectione laborat,facere medici iubent. Aliud etiã,quod proximè venturam vomitionem denunciat, oris ventriculi dolor eſt,quem Hippocrates in præſentia καρδιωγμὸν,hoc eſt cordis morſum appellat. Eſt enim καρδιωγμὸς,idem,quod καρδιαλγία, quæ Galeno, cordis, id eſt oris ventriculi acutiſsimus dolor eſt, ab humorum acrium ſecundum plurimũ morſu obortus. Nam non ſolùm ei viſceri, quod ſua natura palpitat, cordis nomen fuit apud antiquos inditum:ſed etiam huic ipſi parti,quam ventriculi os nuncupamus, vt Galenus innumeris in locis, ſed præſertim.2.de placitis capit.8.teſtatur; vbi ex Nicandro, Thucydide, atque Hippocrate aliquot affert exépla.Nam Nicander ſic dicebat.

¶Quodq́ue gulæ exceptor,ſeu cor epulare vocatur. Item Thucydides:& vbi ad cor malũ hoc deſcenderat, ipſum ſubuertebat,ac turbabat:vt omnes, quæ à medicis nominatæ ſunt bilis expurgationes,poſteà ſequerentur. Refert hæc Thucydidis verba etiam in comm.præſenti Galenus. Hippocrates itidem libro.2.epidem.ad hunc modum ſcriptum reliquit: Mulier cordis dolore vexaba-

5.de locis affectis, ca.5.
5.de vſu partium. ca. 4.
ſect.4.aphoriſmo. cõm. 17. & . 65.
1. de cauſis ſympt.ca.7. & . 2.de alimentorum facult. cap. 24.

tur,nihil comedebat, tantum farinam ſucco m
punici ſubegit,eamq́ue ſemel in cibum ſumere
tis habuit, atque euomuit quædam. Omnia en
hæc teſtimonia ſatis euidenter oſtendunt,vent
oſculum,cor ab antiquis fuiſſe appellatum. Qu
ſimiliter voluit ſignificare Plato, dum in Tima
inquit: Tenduntur à lingua venulæ ad cor, ſap
rum nunciæ. Quo in loco per cor haudquaqua
intelligit id viſcus, quod ſua natura pulſat, atqu
in thorace continetur: ſed potius os ventriculi,
eſt appetentiæ inſtrumētum, vt.9.de vſu partium
capit.11.probat Galenus. Porrò ob id ventriculi o
cor ab antiquis fuit nūcupatum, quod ſimilia cor
di affecto creare ſymptomata ſoleat. Nam vt ad
cordis affectus, palpitatio, & ſaltus ſubſequuntur
itemq́ue virium ſubita defectio; ſyncope, frigidi
ſudores, pulſus abolitio, exiguus, & deprauatus
pulſus, & his ſimilia; ſic ad hanc partem affectam
omnia hæc ſequi conſueuerunt: præſertim cùm
acuto quopiam, ſeu malæ qualitatis ſucco fuerit
referta. Fiunt huiuſmodi affectus, conſentiente
corde ipſi ventriculi ori, tum per vicinum poſitū:
quippè non longè poſita ſunt: tum præcipuè per
arterias: nam ait Galenus.1.de cauſis ſympt. capit.
7. omnium arteriarum maximam, poſtquam à cor
de exorta eſt, per ſpinam incedendo in primis iun
gi ſtomacho, deindè oſculo, ac deorſum proce-
dendo, ipſi quoq́ue ventriculo ſecundum longi-
tudinem ſubtendi. Per hanc itaque arteriam, vtpo
tè maximam, ita ex intimo corde productā, ipſum
cor ventriculi oſtio maximè conſentit: peruenien
te

Cur ventris os, cor ab antiquis ſit appellatum.

Quibus modis cor ori ventriculi conſentiat.

te vtique intemperie, vel vitio ipſo ab ore ventriculi per arteriam hanc vſque ad ipſum cor. Sed ad rem iterùm. Eſt cardiogmos oris ventriculi morſus: & cardialgia, eiuſdem partis dolor. Quæ nomina ab affectu, & parte affecta fuêre deſumpta. Ita enim ſæpenumerò affectus ipſos à læſa particula denominamus; vt cephalalgian, otalgian, podagram; à partibus, quas occuparunt, nuncupare ſolemus: quæ Galeni eſt ſententia. 2. libro methodi, ca. 2. Fiunt vomituri cardiogmi, quia à confluente in ventrem bile ventriculi os mordetur; quod (vt in commẽ. præſenti ſcribit Galenus) propter magnitudinem neruorum, quos habet, ſentientium, nihil in eo infeſtans latere, aut occultari poteſt. Eſt enim oſculum hoc acutiſsimo ſenſu prȩditũ, vt varijs in locis prodidit Galenus. Quæ ſimiliter cauſa eſt, cur iſti, qui bilem ſunt euomituri, etiam rigeant. Nam rigor fit, quando membra ſenſibilia à mordẽtibus excremẽtis pũgunt, atq; mordẽt. Et in iſtis ventris os ab acriore bile in ipſo collecta mordetur: quod ſolùm ſufficit ad rigorem excitandum: nec opus eſt, vt perpetuò vellicantes ſucci per vniuerſum corporis habitum veloci motu deferantur. Quemadmodum Fernelius libr. 4. pathol. capi. 9. & 10. euidentibus argumentis probat. Porrò hæc omnia vomitus venturi indicia, & alia plura tradit Galenus. 3. libro de criſibus, capi. 11. vbi in eum ſcribit modum: Vomituũ autem ſigna ſunt, oris ventriculi morſus, ſimul cum dolore capitis; & vertigines obortæ, cum ijs quæ obijciuntur oculis tenebroſis, & cum agitatione labri

1. de cauſis ſympto. c. 7. 3. de locis affectis. c. 5. 9. de vſu part. ca. 11. 12. itẽ meth. ca. 5.

Signa venturæ vomitionis ex Galeno.

inferioris, & multa, ac tenui ſaliua ex ore effluente.Hęc verò omnia accidunt cùm bilioſus,& mordax humor in ventre, ac ſtomacho collectus fuerit, & ventriculi os momorderit, quod priſci cor nominabant: & cum ipſo totum ſtomachum ſuprà, atque infrà diſtraxerit: vndè & labrum in ipſis agitatur, & ſaliua tenuis defluit, & tenebroſa quædam oculis obuerſantur, & hallucinantur, & vertiginem patiuntur, & caput dolent euaporante re aliqua ex bilioſo humore:& prætereà, facta ex neruis compaſsione. Hæc Galenus. Porrò fit inferioris labri agitatio eo quòd bilis internam ventriculi tunicam mordet,& intro, ac ad inferna quaſi conuellit,quod Galenus teſtatur.2.de victu acutorum,in fine comment.44.ſic ſcribens: Concuſsio autem labri inferioris morſum in ore ventriculi vehementem ſignificat.Quo fit vt tale ſymptoma vomitus,aut acrium humorum etiam ſit ſignum. Conſtat enim ex diſſectione, vt Galenus in commẽtario docet,& ſimiliter.1.de cauſis ſymptoma.cap.6.&.4.de vſu par.cap.8.vnam eſſe omnem hanc tunicam vniuerſam continuam per omnia ſibi,& toti ventriculo,& gulæ,& linguæ, & palato,& ori. Hæc igitur eſt quæ labia agitat ac mouet quoties ab acriori bile collecta in ore ventriculi,mordetur. Et quia bilis hæc præ ſua leuitate fluitare in ſuperficie ſolet:qua occaſione ad gulã aſcendit ventriculi fundum relinquens, ſecum etiam pituitam, quæ illi obuia fuerit deferens, & ex faucibus colliquant, nil mirum eſt, ſi hoc tempore crebrò ex ore ſaliua tenuis, & plurima effluat.

fluat. Quòd ſi his omnibus apparentibus ſignis, æger aliquid bibat, aut comedat per quàm citò ſequetur vomitio: Cùm quia ingeſta alimenta vna etiam cum humoribus in ventriculo cōtentis corrumpuntur, & cacochimiam adaugent; tum quia ipſa per ſe ventriculum aggrauant, & ad euomendum impellunt. Quod præſertim eueniet, ſi cibi, qui ingeruntur, fuerint diuerſi, & ex pugnantibus naturis conſtantes, vt alicubi dixit Auicenna.

PROGNOST. XXX.

Si quibus autem horũ cœpit dolor primo die fieri, quarto premuntur magis, ad ſeptimum vindicantur. Plerique eorum incipiunt dolore vexari tertio die: quinto fluctuant magis; deinde vindicantur nono, aut vndecimo Quòd ſi quinto die incipiant dolore vexari, & alia quoque ſecundum rationem ipſis ex prioribus accidant, ad quartumdecimum morbus iudicabitur.

COMMENTARIVS.

QVa die prædicta vomitio ventura ſit, & æger à morbo vindicari debeat, oſtēdit in hoc prognoſtico Hippocrates. Porrò diem non vnam ſed multiplicem eſſe ait. Nam liberantur ſeptima, nona, vndecima, & decimaquarta. Num hac, vel illis, liberari debeant dierum præcedentium dolore, & ſymptomatum grauitate, cognoſcere docet. Nam ſi prima ægrotationis die capitis cœpit dolor, ſeptima vindicantur: ſi tertia, nona, aut vndecima. Sed illi euadunt decimaquarta, qui die quinta dolere inceperunt. Omninò enim ſeptima à dolore die vomitio aduenit, quę ipſos liberat. Quo fit, vt

Septima à capitis dolore die vomitio aduenit.

vt ſi prima die dolor inceperit, ſeptima iudicium eueniat. Illius verò, qui tertia apparuit, ſeptenarij numeri ratione, decimo fieri debebat: verùm quia hic haudquaquam eſt decretorius, fit, vt iudicatio vna poſtponatur die, vel altera anticipet: & ſic nona, aut vndecima compleatur. Si verò dolor capitis quinto incipiat die, ad decimumquartum iudicium prorogabitur: non autem ad duodecimum, qui à quinto ſeptimus eſt; propterea quod is iudicatorius non eſt, nec decimotertio anticipat, quia non hic, ſed decimusquartus terminus eſt morborum acutorum. Et natura, quando nullum adeſt irritamentum, ſemper differt iudicium ad eum diem, in quo ſupernum fauorem ſperat. Quapropter meritò in quartumdecimum excidit.

PROGNOST. XXXII.

Hæc accidunt viris, & mulieribus potiſsimùm in tertianis. Iunioribus accidunt etiam in illis, magis verò & in febribus continuis, & in veris tertianis.

COMMENTARIVS.

Aetas iuuẽtutis omniũ ætatum eſt biliofiſsima

AEtas iuuentutis, omnium eſt ætatum calidiſſima, & ſiccisſima; atque idcirco bilioſis vomitionibus obnoxia maximè. Prçſertim ſi morbis infeſtetur bilioſis, cuiuſmodi tertianæ ſunt: quæ licèt puræ non ſint, in hac ætate, vomitibus bilioſis ſoluuntur: quia quod de earum calore deficit, ętatis calore ſuppletur. In natu verò minoribus non ita frequenter bilioſæ fiunt vomitiones: quia (authore Galeno libro. 1. aphoriſmo. comment. 14.) incrementi ætas maiori ſanguinis copia abundat, quàm bilis. Eueniunt tamen huiuſmodi vomitiones

nes in eiſ per bilioſiſsimos morbos, quales exquiſitæ tertianæ cenſentur: & illæ, quæ peculiari nomine, febres ardentes, & tertianæ continuæ nuncupantur. Ex hoc Hippocratis loco haud obſcurè colligitur, tertianã febrem exquiſitam, inter acutos morbos eſſe reponendam. Vocat Galenus exquiſitam tertianam libro. 2. de different febrium, cap. 11. &. 1. epidem. part. 1. comm. 23. & part. 2. comment. 25. & libro. 6. epidem. part. 2. comm. 23. illam cui & acceſsionis tempus breue eſt, & initium cũ rigore, & cum ſudore ſolutio, biliſque vomitu: vel etiam infernè aluo biliosa deijciente. Hanc autem acutum eſſe morbum clariſsimè in præſentia Hippocrates innuit, dum inquit: vomitionibus illam ſolui bilioſis. Conſtat autem eum in hoc opere nõ de alijs affectionibus, quàm de acutis verba facere. Sic enim ipſe initio dixerat: Conſiderare oportet per morbos acutos, &c. Et infrà progn. 36. dicet: Hæc intelligo de morbis acutis. Sed tertianam morbum eſſe acutum, voluit manifeſtè Galenus libro 3. aphor. comm. 29. quo in loco reddens cauſam, cur hæc febris, & ardens, plurimùm iuuenibus accidant, dixit: Quoniam tertiana, & febris ardens, inter acutas febres ſunt bilioſiſsimæ: bilis verò plurima in iuuenibus, ratione ætatis redundat. Idcircò febres iſtæ frequenter iuuenibus eueniunt. In eadem eſt ſententia Auicenna 1. 4. tract. 1. c. 4. vbi de diuerſorum morborum cõſtitutionibus loquens inquit: Spaſmus ſiccus, epilepſia, apoplexia, & ſquinantia, ſunt ex acutis valdè. Tertiana verò pura, & cauſon, ſunt de acutis non

Tertiana exquiſita morbus acutus eſt.

Hippocrates

Galenus.

Auicenna.

non valdè. Ex quibus perſpicuè colligitur, febrẽ tertianam exquiſitá inter morbos acutos eſſe collocandam, & reponẽdam. Verùm quiſquis de hoc latiorem diſputatione videre cupit, Altimarium adeat, qui de re hac integrum cóſcripſit tractatũ.

PROGNOST. XXXIII.

Quibus verò per talem febrem dolet caput, & pro tenebris ob oculos offuſis hebetudines ſubeant oculorum: ac ſplendor obuertitur: & pro oris ventriculi morſu circa hypochondrium aut læua parte, aut dextra aliquid contenditur: neque cum dolore, neque cum inflammatione: ſanguinem de naribus in his fluere, pro vomitione expectandum eſt. Magis verò & hic in iuuenibus ſanguinis fluorem expectari oportet. Agentibus autem trigeſimum annum, aut etiam ſenioribus, minus: ſed vomitionem in talibus expectari oportet.

COMMENTARIVS.

PRofluuij ſanguinis ex naribus ſigna hoc in cõtextu Hippocrates docet: quemadmodum ſuprà vomitionis bilioſæ indicia docuerat. Initio tamen aduertit hęc omnia in febre, quam dixerat, hoc eſt, ſalubri, & minimè exitioſa eſſe intelligenda. Porrò horum ſignorum primum eſſe ait, capitis dolorem. Fit hic quidem in ijs, qui ſanguinis è naribus fluxum paſſuri ſunt: quemadmodum & in vomituris circa tempora, & frontem. Nam quicumque capitis dolor, febris, aut criſis vẽturæ ſymptoma eſt; omninò anteriorem partem adoritur. Si verò in occipitio, aut in vertice, aut circum aures vexat, etiam ſi cum febre, aut criſi excandeſcat,

Capitis dolor.

ſcat,peculiarem cauſam habet in capite:& nec cri ſis,nec febris ſymptoma exiſtit. Sæpè enim (vt Fernelius ait, libro.4.pathol.capit.vltim.)hiſce locis vetus dolor,quaſi ſopitus,atque conquieſcens,humore irritato exaſperatur cum febre. Quemadmodũ & humor omnis circũ mẽbranas, & articulos,prǽter naturam, obhærens, ſi tacitus erat,vini meracioris liberaliori potu ſuſcitatur, doloremq; efficit. Differt capitis dolor,qui vomitioné antecedit,ab eo, qui proximè venturæ hæmorrhagiæ ex naribus,nuncius eſt; quòd ille(vt.3.de criſibus, cap.11.Galenus ſcribit)mordax eſt: hic verò grauis,extendens,pulſaniq́ue & calidus. Aliud,quod ſanguinis ex naribus profluuium prænunciat, viſus eſt hebetudo,quæ fit ſanguine ad caput aſcendente, atque meatus, per quos viſoria facultas defertur, obſerante. Ob quam etiam cauſam interdum ſplendores quidam,aliquando verò rubores oculis obijciuntur. Quoniam Galeno authore libro.1.de criſibus,cap. 12.ſanguinis color nonnunquàm flauior exiſtit:aliquando verò rubicundior apparet:vndè & ſanguinem ipſum aliquando flauum ,aliquando rubrum dicunt. Hinc eſt quòd Auicenna. 2.4.tract.1.capit.5.dicat,ſæpè, eum,cui fluxurus ſanguinis eſt,fila videre,rubicũda, lucentia,& reſplendentia. Accidit interdum vt non fila tantùm, ſed & rubentes imagines intueri ſe credat: quod contigit iuueni illi, cuius criſis per hæmorrhagiam ex naribus prædixit Galenus libr.de præcognitione ad Poſthumum,cap.13.qui inſtante iudicio è lecto ſe ſuſtulit, tanquam proſiliturus.

Fernelij ſententia comprobatur.

Viſus hebetudo quare efficiatur.

Sanguinis color qualis.

Interro-

Interrogatuſque, cur exilire voluiſſet, cùm nihil adeſſet, ob quod id facere debuiſſet? Rubri coloris ſerpentem per laquearia repentem à ſe viſum expauiſſe, reſpondit: ne ſi aliquo modo aberraſſet, ſupra ſe ferretur. Atque idcircò ſe è lectulo aufugere velle. Reliquis medicis nihil hoc ad futuram criſin prænoſcendam conferre viſum fuit; ſed Galeno diligenter omnia, quæ in præſentia ab Hippocrate ſcripta ſunt, ſigna perpendenti, de proximo futuri ſanguinis ex naribus fluxu manifeſtũ attulit indicium. Sentiunt itidem illi, qui prædictũ fluorem ſuſtinere debent, læua, aut dextra parte aliquid ſine dolore, aut inflammatione contendi: quod fit ſanguine ad ſuperiora vergente, & ad caput aſcendente. Veruntamen obijciet aliquis, minus benè ab Hippocrate dictum eſſe, huiuſmodi præcordiorum contentionem fieri ſine dolore: quoniam, ſi Galeno creditur. 3. libro de criſibus, capi. 3. iecoris, & lienis inflammationes fluxu ſanguinis ex naribus iudicantur, quibus perpetuò dolor coniunctus eſt. Cui ſatisfiet, dicendo Hippocratem hoc in loco de febribus, non de inflammationibus verba facere; dixit enim: Si quis per huiuſmodi febrem, hoc, eſt ſalubrem, & minimè exitioſam, &c. Conſtat autem eum inflammationes non appellare febres, ſed pleuritidem, anginam, phrenitidem pulmoniam, & iecoris inflammationem, ac lienis ſimiliter. Quòd ſi velimus affirmare, ipſum haſce inflammationes ſub febribus comprehendere: dicemus, quòd licet toto inflammationis decurſu dolor in hypochondrijs infeſtet, tempo-

Tentio ſine dolore læua aut dextra parte cur fiat.

Obiectio.

Solutio.

tempore tamen iudicij illum remitti, ac intenſionem mutari. Nam repentibus ſurſum humoribus, neceſſe eſt, dolorem demulceri, & pro eo hypochondria tendi, ac veluti conuelli. In fine prognoſtici adiecit Hippocrates, iuuenibus, ſanguinis eruptionem expectandam potius eſſe: in eis verò qui triginta annorum ſunt, hunc minus, vomitionem magis expectare oportere: quia in his bilis plus abundat, in illis verò ſanguis. Vellem equidẽ Hippocratem hoc in loco reliquarum criſium indicia tradidiſſe, quod cum ipſe non fecerit, haud ab re fuerit illa nos in præſentia explicare. Fit criſis non tantùm per vomitum, & ſanguinis ex naribus fluorem, ſed & per deiectionem alui, & vrinæ multá profuſionem, & per hæmorrhoidas, & per ſudorem, atque in mulieribus per menſtrua. Si per ventris excrementa criſis ſit ſubſequutura, putat Galenus. 3. de criſibus, capit. vltim. manifeſtum quidem nullum eſſe ſignum, nec proprium, ſed ex eo, quod ſigna coctionis, & criſis adfuerint: ſigna autẽ fluxus ſanguinis ex naribus, & vomitus, & ſudoris defuerint, colligendum eſt criſin fortè per ventris perturbationem, & deiectionem ſubſecuturam; niſi lumborum grauitas inſignis, & dolor, & tenſio criſin per menſes in mulieribus prænunciet, aut etiam in viris per hæmorrhoidas. Eadem de criſi per vrinas dici poſſunt: vt ſi aluus adſtricta ſit, & ſigna criſis per excretionẽ adſint, vomitus autem, ſudoris, & hæmorrhagiæ nulla appareant, vrinas expectare oportet. Quod tamen Galenus ait criſis per alui deiectionem

Criſis per ventris excrementa ventura quo modo cognoſcatur.

Mm futuræ

futuræ nullum eſſe proprium ſignum, neque manifeſtum: non puto dixiſſet, ſi recordatus fuiſſet eorum quæ in aphoriſmis Hippocrates ſcripſerat, vbi venturæ perturbationis ventris ſigna poſuit, hypochondriorum murmur, ac ſuſpenſionē, & lumborum dolorem, libro enim. 4. aphoriſmo. 73. ſic ait: Quibus hypochondria ſuſpenſa murmurant, lumborum dolore ſuperueniente, ijs alui humectantur, niſi flatus erumpant, aut vrinæ multitudo proueniat. Hæc verò in febribus. Et antea aphoriſmo. 20. eiuſdem libri dixerat: Si tormina acciderint, & genuum grauitas, & lumborum dolor, purgari per inferiora oportere ſignificatur. Qua ſerie tormina & genuum grauitatem, & lumborum dolorem ſigna eſſe dicit inclinationis naturæ ad aluum. Verùm de hac re alibi fortè dabitur opportunior diſputandi locus. Nunc verò ad inſtitutum accedamus. Sudores hæc præcedunt ſigna: aluus præter rationem aſtringitur, vel parca fluit: lotium ſupprimitur, vel ægrè it: rigor in febre ardente ſuperuenit: delirium increſcente acceſsione adeſt: partes corporis extremæ calidiores, & rubicundiores redduntur: nouus ex cute calidus vapor exit, antea nunquam viſus: pulſus vndoſus; & inſigniter mollis apparet, qualis etiam ſudorem acceſsioni febrium intermittentium ſuccedentem prænunciat. Hęc omnia nos docuit Galenus lib. 3. de criſib. cap. vlti. vbi etiam hæmorrhagiæ per nares cuncta ſigna, & illorum cauſas eſt complexus, ſic ſcribens: Propria verò ſigna profluuij ſanguinis habentur, quidam fulgoris motus

Criſis per ſudorem quomodo cognoſcenda.

Signa hæmorrhagiæ ex Galeno.

tus oculis apparentes: quoniam humor eſt flauus, obtuſiones auté quoniá multus, & totus ſimul ela tus ad ſuperiora ſpiritus meatus obſerat, ita & ocu li lacrymãtur ob fluxus multitudinem, quod etiã accidit in inflammationibus oculorum, eodé mo- do rubidi aliquando videntur cum malis nonnũ- quam & naribus. Proprium verò ſignum, ſangui- nis fluxus è naribus eſt: etiam præcordiorum ten- tio ſine dolore. Nam & hoc nõ paruum indicium eſt, ſanguinis ad ſuperiora tendentis: ſicuti etiam difficultas anhelitus: nam & hæc ſanguine tran- ſeunte in thoracem fit. Si verò præcordia cum do- lore tendantur, non fluxus ſanguinis, ſed aliquam ibi adeſſe inflammationem ſignificant: ſed & do- lores capitis, quanuis commune indicium exiſtãt vomituum, & fluxus ſanguinis: qui tamen velut mordaces ſunt, vomituum: qui verò quodam mo- do graues, extendentes, pulſanteſq;, & calidi, ſan- guinis fluxum propriè ſignificant. Sic etiam viſce rum ſub præcordijs exiſtentium inflammationes, cauſæ ſunt, ac ſigna ſanguinis fluxuum, quando morbus per excretionem debet terminari. Quod ſi ad latus diuerſum ſanguinem fluere non eſt bo num, ſecundum rectitudinem eſt bonum, vt Hip- pocrates nos docet: & experientia monſtrat. Iam tibi facilimum eſt, narem, ex qua profluet ſan- guis, prædicere, vbi cauſam iam fluxuri ſanguinis inueneris. Dextra enim præcordia ex dextra nare bonam criſin afferunt. E ſiniſtra verò, ſiniſtra. Di- diciſti verò prius & bonarum, & malarum criſiũ ſigna; quid igitur difficile eſt, narem, ex qua pro-

fluet ſanguis prædicere? cùm membrum patien poſsis exquiſitè dignoſcere; & criſis morem no ignoras; ac præterea ſigna, quæ fluxum ſangu nis indicant, ſint euidenter manifeſta? Præter hæ etiam omnia, ætas, regio, præſens tempeſtas, ann tempus, ægrotantis temperatura, futurum ſangui nis fluxũ poſſunt manifeſtare. Hæc Galenus. Cunctæ iſtæ, quæ dictæ ſunt criſes, ſi poſt ſigna coctio nis fiant, frugiferæ ſunt, & emolumentum ægrotanti haud exiguũ afferunt. Si verò antè eueniant, ſymptomaticæ habentur, & à natura ab humorũ quantitate, & qualitate irritata efficiuntur. Quare incommodæ exiſtunt, & peſsimæ cenſeri debent.

Criſes quando bonæ, & quando malæ.

PROGNOST. XXXIIII.

Pueris autem conuulſiones accidunt, ſi febris acuta fuerit, nec aluus deijciat, ac vigilent, paueant, lugeant, colorem mutent; & viridem, aut liuidum, aut rubidum trahãt. Hac igitur nuperrimè æditis pueris promptiſsimè accidunt ad ſeptimum vſque annum. Adultiores verò pueri, viriq; non item in febribus prehendun tur conuulſionibus, niſi aliquod indicium extitit validiſsimum, ac deterrimum, qualia per phrenitidem accidunt.

COMMENTARIVS.

INter puerorum affectus ab Hippocrate aphor. 25. libro. 3. recitatos, conuulſiones, quas Græci, σπάσμους, vocant, numerantur. Sic enim ſcribit: In progreſſu verò cùm iam dentire incipiunt, gingiuarum prurigines, febres, conuulſiones, alui profluuia: & maximè cùm caninos ædunt dentes: &

ijs

ijs præſertim pueris, qui craſsiſsimi ſunt, & aluos duras habent. Sunt etenim pueri ad conuulſiones procliues, paratiq́; maximè: idq́; duplici de cauſa. Prima, quia, authore Galeno in commentario pręſenti, & lib.1.epid.par.2.com.24.& ſectio.3.aphoriſmo. enarratione. 25. in eis neruoſæ partes, languidæ ſunt: nec ſatis valent. Nam & ſi duabus facultatibus corpus gubernantibus, vitali ſcilicet, & naturali vegetiores exiſtant: in tertia tamẽ, quæ motum voluntarium præſtat, ob mollitiem, & nimiam neruorum, & muſculorum humiditatem imbecilliores habentur. Alteram cauſam ſimiliter attulit Galenus, dicens; pueros plenum habere corpus, & excrementis refertum, ob crudum in eis alimentum, plurimumq́ue & inopportuno tempore eſitatum: nihil aliud agnoſcentes viuendo præter eſitandi commoditatem. At quoniam deinceps adijcit, eos rurſus ad habitum naturæ facilè remeare; palam eſt, conuulſiones pueris congruere, familiareſq́ue eſſe. Nam aliâs periclitarentur, nec ita facilè ab eis euaderent. Cæterùm cauſa, ob quam promptè liberantur, facultatum naturalium robur exiſtit. Vndè euenit, vt noxij humores facilè coquantur, & concocti euacuentur, ac diſcutiãtur. Adde, quòd cum (vt Auicenna ait.2.3.capi.5.) humores non ſint vehementis craſsitiei, leui negotio expelluntur, & à natura ſuperamentum, & elaborationem accipiunt. Porrò eſt & alia ratio, ob quam pueri à conuulſionibus euadãt, quia hæc in eis à leuiſsima proueniunt cauſa: quo fit, vt ilicò releuentur, & ad habitum redeant naturalem.

Cur ſint pueri ad cõuulſiones procliues.

Cur pueri à conuulſionibus prõptè liberentur.

Alia ratio.

Conuulſio ex inanitione cui ætati ſit congruētior

Perfectis verò nec facilè conſiſtit, nec deſiſtit conuulſionis affectus, quia robuſtos obtinēt neruos: & non niſi à vehementibus cauſis offendūtur. Verùm hæc de humida conuulſione ſint dicta. Cui verò ætati ſicca, ſeu ex inanitione cōuulſio ſit congruentior, apud medicos controuerſum eſt. Arbitrantur nonnulli, iuuenibus, propter ſiccius ætatis temperamentum, eſſe congruentiorem, ſed falluntur; quia, teſte Auicenna. 2.3. cap. 5. pueri ab illa citiùs, quàm iuuenes liberantur. Non liberarentur autem niſi eis eſſet cognatior, familiariſque magis. Eſt itaq; ſicca conuulſio pueris congruentior. Quo fit, vt ab ea promptiùs, quàm iuuenes, vindicentur. Cuius rei cauſam in ætatis, & ciborũ, quibus veſcuntur, humiditatem retulit Auicēna: quæ humiditas in cauſa eſt, vt alimenta faciliùs concoquantur, & nutriendis partibus agglutinentur: cū tamē in iuuenibus nihil tale reperiatur. Adde pueros robuſtas obtinere coctricem, & attractricem, reliquaſque naturales facultates, quarum beneficio celerrimè partes exſiccatæ, & inanitionē perpeſſæ, reficiuntur, ac inſtaurantur. Nec inconuenire exiſtimo, duas affectiones cōtrarias rationibus diuerſis eidem poſſe conuenire: nam id quotidiè accidere conſpicimus. Eſt igitur vtraque conuulſio pueris congruentior. Humida quidem ea ratione, qua crudis humoribus abundant, & neruoſum genus habent imbecillum: Sicca verò ob id, quòd celerrimè diſsipantur, & magis, quàm iuuenes inaniuntur, dicente Galeno libr. 9. meth. capi. 17. puerorum ſubſtantiam omnium facillimè di-

geri

geri ac diſsipari:propterea quòd omnium eſt humidiſsima: nulla verò frigidior. Quæ cauſa eſt, cur euacuantis præſidij ope non egeant: cùm naturaliter habeant, vndè euacuentur. Dicere etiam poſſumus, humidam conuulſionem non eſſe ſiccę contrariam: quia contraria, authoribus Ariſtotele & Galeno, ſub eodem genere poni debent. Cùm tamen hæc ſub diuerſis collocentur. Nam ſicca, morbus eſt in temperatura: humida in compoſitione: obſtructio, videlicet. Sed dicit Hippocrates, hàc pueris euenire, ſi febris acuta fuerit. Quæ verba manifeſtè oſtendunt, conuulſionem; de qua ipſe verba facit; ex repletione non eſſe: dicente Galeno ſectio.4.aphoriſmo.comm.57.quaſcunq; conuulſiones, quæ ad febres ardentes ſequuntur, par eſſe ex ſiccitate fieri. Quare cùm hæc ardenti febri ſuccedat, ex inanitione conſiſtet. Cui obiectioni dicendum arbitror, conuulſionem ex ſiccitate febrem acutam ſequi; non quidem quamcũque, nec ſtatim inter initia, ſed ardêntem, & exſiccantem, idq́ue temporis progreſſu, poſtquam videlicet ipſa in corpore nimis fuerit prorogata. Quæ Galeni eſt ſententia libro.3.de locis affectis, cap.5.ſcribentis in hunc modum: Quippè cũ conuulſio fit vel à labore, vel vigilijs, vel fame, vel ſolicitudine, vel arida, æſtuantiq; febre, qualem in phreniticis videre eſt, cauſam eius eſſe ariditatem, vacuationemq́ue rectè putaueris. Si verò temulento cuipiam, ac omnino pleno homini, qui videlicet in ocio degerit, id euenire conſpexeris, nõ ab re à contraria cauſa conuulſionem ortum ha-

 buiſſe

Ariſtoteles 1. de ortu t.xt. 51. & 7. Topic.c. 2. Galen. libro. 8. de comp. medi. ſecundum locos. ca. 6. & lib. 1. meth. cap. 7.

Obiectio.

Dilutio.

Cur ex vigilia pueri cõuellantur.

Quare dicendum, ex vigilia, cerebrum reddi imbecillum,& ex imbecillitate excrementa ob diminutam coctionem aceruari, ad neruoſque tranſmitti. Addit deinceps: Si paueant, infantibus pauores accidere, Hippocrates eſt author aphor.24.libro.3.vbi recenſens morbos nuper natis familiares, ait: Paruis, & nuper natis puerulis, oris vlcera, quæ aphtæ vocantur, vomitus, tuſſes, vigiliæ, pauores, vmbilici, inflammationes, aurium putredines. Eueniunt huiuſmodi pauores pueris per ſomnum præcipuè, vt Auicenna innuit.3.1.doctri.pri.cap.3. dum inquit: Infantibus inſomnia accidere terribilia per ſomnum. Cauſam reijcit in nimiam cibi abundantiam, quæ cum à natura concoqui minimè poſsit, in ventriculo corrumpitur: à qua crudi, vitioſiq; ad cerebrum elati vapores, ſomniorum cauſa ſunt. Cur verò pauentes conuulſione capiantur, idem docet Auicenna.2.3.cap.5.dicens; diffuſos ſpiritus ſubitò per timorem ſubmergi, & ad intima corporis reuocari: ac eorum motum muſculos verſus principia ſua ſequi. Addit deindè: Si lugeant, coloremque ad liuidum mutent. Luctus quando intentè fit, ea tantùm ratione, quòd per ipſum humores colliquantur, & in muſculos defluunt, conuulſionis cauſa cenſetur. Quemadmodum coloris ad viridem, vel liuidum mutatio, vitioſos in corpore redundare indicat ſuccos, qui conuulſionem efficere ſunt parati. Hæc, quæ hactenus ſunt dicta; maiorem obtinent certitudinẽ in nuper natis puerulis, donec ad ſeptimum peruenerint annum; quoniam per hoc tempus & fa-

Cur pueri ex pauore conuulſione capiantur.

Qua ratiõe luctus cõuulſionẽ in p[illegible]ris efficiat.

cultate animali minimè valent:& plus edũt, quàm concoquere poſsint. Vndè euenit,vt humoribus crudis magis impleantur, & ad conuulſiones ſint paratiores.

PROGNOST. XXXV.

Conuulſituros autem,morituroſq; pueros, & alios,ſcrutari conuenit omnibus ſignis,prout in ſingulis ſingula relata ſunt.

COMMENTARIVS.

Cũcta ſigna ſunt conſideranda.

VVlgare illud eſt: Ad pauca reſpicientes,facilè enunciare. Quod contingit medicis, qui ſalutem, aut mortem prænunciant ægrotantis:nõ animaduerſis prius omnibus bonis, & malis ſignis. Quo fit,vt viſo vno ſigno bono, promptè ſalutem prædicant; ſicuti viſo aliquo malo,mortem non animaduertentes,illud interdum à multis malis vinci poſſe: quemadmodum hoc à multis bonis,qui tamẽ cũcta ſigna,quæ ad ſalutem,vel mortem attinent exactè perpenderit; conſiderans nõ tantùm numerum eorum,ſed & valorem,& dignitatem cuiuſque,raro præſagiendo aberrabit.

PROGNOST. XXXVI.

Hæc autem intelligo de morbis acutis,& alijs, quicunq; ex his fiunt.

COMMENTARIVS.

De quibus morbis in hoc volumine agatur.

QVoniam dixerat initio libri primi,ea de quibus in hoc opere erat tractaturus, conſideranda tantùm eſſe per morbos acutos, ne autem quiſpiam illum accuſet,quod deinceps verba fecerit, de aqua inter cutem,quartana,& ſuppuratione; qui diutini morbi ſunt;profert modò,ſe nõ

tantùm

tantùm de acutis loqui,ſed etiam de alijs, qui licet diutini videantur, ab acutis tamen ortum duxerunt,quales prædicti exiſtũt.Si namque hydrops, aut quartana,aut ſuppuratio ex acutis morbis non conſtitere,ad præſentẽ tractationem non ſpectãt.

PROGNOST. XXXVII.

Oportet autem eum,qui ſit rectè præſenſurus ſuperſtites futuros, & morituros; & in quibus morbus pluribus diebus duraturus eſt, & in quibus paucioribus, indicia ediſcendo omnia interſtinguere, æſtimando vires eorum inter ſe,quemadmodum ſcriptum eſt,tum de alijs, tum de vrinis, & ſcreationibus:vbi pariter pus,bilemq; expuet.

COMMENTARIVS.

SCripſerat hoc lib.2.prognoſt. 55.ac ſuprà prognoſtico.35.& modò itidem repetit, quod videtur à laconica breuitate omninò alienum : cùm ex vno loco ſit ſatis cognitum, etiam ſi deinceps non repetatur. Verùm,vt Galenus ait libr.5.aphoriſmo.comm.64.non ſimpliciter,nec ſemper ſeruare breuitatem videtur Hippocrates.Sed in quibus magnum aliquod periculum imminet, ſi negligentiùs, quod ab ipſo docetur,audiatur; in his bis, terve repetere eadem non veretur. Qui enim rectè præſagire velit,quinam ægri ſint conualituri,aut morituri : & in quibus,morbus paucioribus diebus fatigaturus ſit : & in quibus in longius tẽpus ſit protrahendus, oportet vt indiciorum omnium numerum, & vniuſcuiuſq; ſigillatim facultatem ediſcat : & ſingula inter ſe conferat,atq; diſtinguat

Hippocrates qua neceſſaria ſũt, bis, & ter repetere nõ veretur.

ſtinguat. Ita enim procul dubio citra errorē prædicere poterit. Porrò dum cūcta hæc ad vnguem non cognouerit, conſilium Galeni ſequutus libr. 1. de diebus decretorijs, capit. 12. meliùs eſt tacere, quàm temerè pronunciātem falli. Explicatur pręſens ſententia à Galeno libr. 1. de criſibus, capit. 13. hiſce verbis. Ergo ſi vnum quidem aliquod tale ſignum, aut etiam plurium collectio firmiter indicare poſſet id, quod futurum eſt, nec ipſe Hippocrates dixiſſet, artem longam: neć noſtri temporis medici admirarentur, ſi ad cognitionem medicinalem hæc omnia ſufficerent. Quoniam verò nec ſignum vllum ita fidele eſt, vt exquiſitè oſtendat ſingula ex futuris temporibus, ſed nec quæ ſecundum concurſus quoſdam ſigna ſunt complicata ſola poſſunt experientia iudicari (multi enim numero hoc pacto concurſus fierent, adeò vt nemo eos poſſet enumerare, nec obſeruare, nec memoria tenere) idcirco neceſſarium eſt ſigni cuiuſque naturā exquiſitè cōſiderare, ſi quis vult rectè pręcognoſcere, vt ex vi vniuſcuiuſq; præcognotionē faciat. Nec enim quæ plura ſunt, illa omninò paucioribus ſunt potentiora. Sæpè enim ſignum vnū forte, multis debilibus fideliùs exiſtit. Hæc enim admirabilis dicebat Hippocrates in lib. præcognitionum, ſigna ediſcentem omnia iudicare, vires eorum inuicem comparantem. Quare rationabiliter ſecundum vires eorum tradidit diſciplinam non ſimpliciter: deinceps bona ſigna connumerans, deindè rurſus mala: adnotans autem in appellationibus vniuſcuiuſque naturam, pernicioſum, & graue

Melius eſt tacere, quā temere pronunciantē falli.

& graue nominans,& grauius, & grauiſsimum, & minus graue,& magis graue:Sic & prauum,& prauius, & prauiſsimum,& mortiferum quoque per Iouem:& malum ſimpliciter. Nonnunquam verò valdè adijciens vtriq; ſignorum generi, & in his, quæ nunc dicta ſunt praua, & in his, quæ bonum aliquod oſtendunt.Nam & in his, hoc quidẽ optimum dicit:hoc verò bonum ſimpliciter:hoc autẽ magis, hoc verò minus. Tale verò eſt & quod dicit bonum valdè, & magnam habere vim ad ſalutem. Nonnunquam verò nihil ex his addẽs,quod diuturnitatis indicium erit,& lõgæ ſolutionis meminit,nobis(vt arbitror)de hiſce omnibus ratiocinandum relinquens,quę nec omninò praua ſunt, nec penitus extra periculum: ſed cum vi quidem forti ſalutaria; cum debili autem periculoſa. Hæc igitur non ſolùm legenda ſunt in Hippocratis libris,ſed & memoranda ſæpiùs,atque obſeruanda in ægrotantibus.Nam ex cõtinua inſpectione exquiſitam eorum poteſtatis habemus notitiã. Hæc Galenus. Ex cuius prælonga ſerie luce meridiana clarius exiſtit,in prædicendo cautum medicũ eſſe oportere,neque prius prænunciare futura aggredi debere,quàm omnes notas ex morbo, & morbificis cauſis emanantes, & omnia ſymptomata vi morbi proficiſcentia ad vnguem tenuerit, atq; perpenderit,cum à morbi eſſentia, illiuſque cauſa de curando, & præſagiendo præcipui ſcopi ſumãtur.Sed quid ſi omnibus iſtis exactè perpẽſis pręſagia aliquando fallant? Accidit enim vt multa, quæ extrinſecus accidunt, male adminiſtrentur,
cuius

cuius generis ſunt, miniſtri ægro inſeruientes, nõ benè ſuo munere functi: alimenta, in ægri ſalutem male, neq; vt decet ſuo tempore apparata, domus mus inepta, rerũ neceſſariarũ penuria, & cętera huiuſmodi, quæ neq; ad ægrotũ, neque ad morbi, aut ſymptomatum naturam referri vſque poſſunt. Huius generis etiam exiſtũt vicinorũ tumultus repentè, & inopinatò facti, canum latratus, tubæ ſonitus, tympanorum ad arma vocantium ſtrepitus, clamor & furor in armis poſitorum, vel timore, & terrore pauentium, triſtia nuncia. Iſtæc enim omnia, & innumera alia, quibus expoſiti ſumus, vt ægrotanti grauiſsimas noxas inferre ſunt apta, ſic prẹſagia peruertere, & morbi ſolutionem remorari, & mortem accelerare queunt. Quapropter prudentiſsimè Galenus nunquam iudicium futurorum proferebat ſine hac verborum præfatione: liberabitur æger ſi nullus error committatur; ſi nihil extrinſecus inopinatò euenerit, ſi à nullo alio præter quàm à ſe victus ratio, & cætera curatio præſcribatur, vt apud eundem videre eſt, 1. de diebus decret. cap. 11. vnde rectiſsimè Hippo. libro. 1. de morbis conſulere eſt viſus, vt prudentes, & parcos ſeſe gerant in prẹdictionibus medici, ne temeritatis, inſcitię, & erroris argui ſuo ipſorum meritò poſsint. Et libro. 2. prædict. dicebat: Conſulo autem, vt quàm prudentiſsimè agant tũ in reliqua arte, tũ in huiuſmodi prædictionibus, illius probè memores, quod ſi cui ſucceſſerit prædictio, is apud ægrotum intelligentia præditum in admiratione fuerit: ſi verò quis aberrauerit, ſupra

pra hoc, quod odio habetur, inſuper etiam inſanire videtur.

PROGNOST. XXXVIII.

Oportet quoque impetum populariter graſſantium morborum citò conſiderare, nec non tenere temporis conditionem.

COMMENTARIVS.

Libro primo prognoſt. 4. dictum ab Hippocrate eſt, quod ſi quid in morbis diuinum habetur, illius quoque prouidentiam medicum addiſcere debere. Quo in loco per, diuinum, ambientẽ nos aërem intellexit: ac ſi dixiſſet, quòd ſi quã habet morbus ex aëre dependentiam, medicum itidem illius prouidentiam ediſcere oportere. Verùm de hac conſideratione in hoc opere non diſſeruit, ſed in libris de morbis popularibus: & ſect. 3. aphor. vbi ex varijs temporum anni mutationibus, ac aëris diuerſis conſtitutionibus multos in poſterum futuros morbos prædicere docuit. Ad eundem modum in libris de aëre, aquis, & locis, conſiderare medico præcepit anni tempora, ventos, loca, & regiones: & ad hæc caniculæ, arcturi, virgiliarum exortus, vel occaſus, ſolſtitiaque, & æquinoctia, vt per ea temporum mutationes cognoſcat: cum quibus hominum ventres dixit permutari. Sic in eodem libro cap. 4. proditum ab eo eſt, quòd ſi, cane oriente, fiant tempeſtates hibernæ, & ſpirent Eteſiæ, ſpem eſſe quietis in morbis: & quòd autumnus ſalubris erit. Verùm quia ſententia hæc ex eis, quæ enarratione. 4. libr. 1. ſunt enunciata, ſatis ſuperque explicata manent; non eſt

Ex aëris varijs alterationib' multi futuri morbi præſagiuntur.

eſt, cur in eius explicatione plus temporis conteramus.

PROGNOST. XXXIX.

Probè verò peritum eſſe oportet de indicijs certis, ac ſignis alijs: ſciendumq;, vt quouis anno, & quouis tempore mala malum; bona, bonum denunciant.

COMMENTARIVS.

Omnia, quæ à prognoſtico. 34. ad finem vſq; operis ab Hippocrate ſcribuntur, extra prognoſticam tractationem eſſe videntur: ſed tãtùm ad illius perfectionem, & ornamentum dicuntur. Tale id eſt, quod modò profert de indicijs, ac ſignis certis, medico conſulens vt in illis probè peritus exiſtat. Nam ſi omnia illa ad vnguem nouerit, per bona ſimpliciter bonos euentus prænunciabit; ſicuti per mala malos. Quoniam omnia bona indicia ſemper bonum aliquid præoſtendunt, quemadmodũ mala, malum. Quia quæ mala ſunt ex natura ſua, haudquaquã in bona verti poſſunt. ſicuti quę ſunt bona, nunquam in mala tranſibũt. Hoc quippè de ratione contrariorum Ariſtoteles eſſe dixit, vt à ſubiecto ſe inuicem expellant, vnũque alterius ſit propulſorium. Dixit probè peritũ eſſe oportere de indicijs, & ſignis alijs cùm tamen hæc duo idem ſint: & ſi aliqui indicium à ſigno diſtinguere volentes, indicium dicãt rei futuræ prouentum oſtendere cum certitudine, ac ſcientia. Signum verò cum quadam coniectura certitudini propinqua, & ad veritatem proximè accedente. Siquidem Galenus in enarratione præſenti ſigna ex obſeruatione, indicia ex demonſtratione petenda

Libr. 10. metaphiſic. text. 10.

tenda

tenda eſſe protulit: volens indicium id eſſe, quod certum eſt, vnum aliquid ſemper indicans, atque declarans, quod & ipſum fallit nunquam, vt pulſus conſtans, fortis, ordinatus, perpetuò viriũ robur indicat, quemadmodum coctiones naturæ victoriam ſemper oſtendunt: ſigna verò & ſi vnũ aliquid ſignificent, perpetua tamen non ſunt; vt ſigna critica, quæ nunc mortem, nunc verò ſanitatem denunciant. Verùm cùm diſputatio hæc de nomine exiſtat, à Galeno ipſo non vbique obſeruatur, qui aliàs ſolitus eſt nomina ipſa contemnere: quo fit, vt ſæpè indicium, atque ſignum pro eadem re vſurpet.

PROGNOST. XL.

Nam & in Libya, & in Delo, & in Scythia, hæc prædicta ſigna vera eſſe conſpiciuntur.

COMMENTARIVS.

QVod anteà in anni temporibus docuerat, id modo in omni regione verum, ſtabileq; eſſe ait, nempè ſigna cuncta, de quibus hactenus verba fecerat, vbique terrarum firma, rataq; eſſe. Et ne fortè quiſpiam exiſtimet in Hippocratis patria illa tantùm vera eſſe exiſtimanda, vtpotè de qua ipſe ſolùm experientiam habuerit, ideo Libyam, & Scythiam adiecit, vt intelligatur, non tantùm in regionibus temperatis prædicta ſigna veritatem obtinere; verùm etiam in calidis, & frigidis. Cui ſententiæ Auerroes aduerſari videtur. Nã libro. 4. collectaneorum, cap. 43. Hippocratis decretum de morbo regio in febribus ante ſeptimũ apparente, dicit non eſſe in vniuerſum verum: ſed *Auerroes diſcedit ab Hippocratis decreto.*

Nn intelligi

intelligi debere in regionibus frigidis, aut temperatis, quales Hippocratis exiſtunt, eo quòd ſi malum illud in calidis, quales Auerrois erant, accidat, experientia reprobari affirmat:ſiquidem ait, multos vitæ ſuperſtites remanſiſſe,in quibus morbus regius in die quinta apparuerit. Cùm tamen Hippocrates in aphoriſmo in vniuerſum de terris omnibus videatur loquutus. Trium itaque regionum Hippocrates in præſentia mentionem fecit, quibus cunctas alias comprehendit: Libyæ nempè,Scythię,atque etiam Deli.Libyę,inquam, tanquam calidæ; Scythiæ, velut frigidæ; Deli verò tanquam temperatæ. Eſt enim Libya, ea Africæ pars,in qua Libya,Epaphi filia habitauit.Sumitur interdum pro tota Africa,quæ totius orbis terrarum pars tertia eſt: ab Aſia,Nilo fluuio; ab Europa,mediterraneo mari,à Pomponio primum diuiſa. Ptolemæus tamen mari rubro Africam ab Aſia diſcriminat; ratus nimirùm commodiùs eſſe continentes per maria, quàm per flumina diuidere.Cui ſubſcribunt Saluſtius in Iugurtino:& Ioſephus libro.1.Antiquit.capit.23.Libyæ temperaturam calidam admodum, ſiccamque eſſe omnes vno ore fatentur.Scythia ad Septentrionem locatur:hæc duplex eſt,vna, Europæa; altera Aſiatica, quas Tanais fluuius dirimit. Aſiatica; authore Mela; ab Eoo mari vſque ad Caſpium porrigitur. Europæa, quàm vulgus Tartariam nominat; eodem atteſtante Mela libro.2.cap.1.à Septentrione mari Oceano Scythico terminatur: ab Oriente Tanai fluuio; Palude Meotide, & parte ponti Euxini:

Libya.

Scythia.

nià Meridie Iſtro, ſeu Danubio. Eandemque ab Oriente Sarmatia finiri libro.3.capi.4.&.5.idẽ author ſcribit. Qua de re plura Iuſtinus libro. 2.fuit loquutus. Delos Plinio libro. 4.cap. 12.maris Aegei eſt inſula percelebris inter Cyclades media, in qua Diana, & Apollo nati dicuntur: vndè illa Delia; hic Delius fuere appellati. Inſula hęc cùm vtrũque fugiat extremum, & frigoris, & caloris; in qua litatibus ſymmetra, moderataq; eſſe cenſetur. *Delos.*

PROGNOST. XLI.

Sanè itaque ſciendum eſt, vt in his ipſis terris multo plura conſequi nequaquam difficile ſit, ſi quis ediſcendo ea iudicare, & rectè colligere ſciat.

COMMENTARIVS.

IN præhabitis regionibus multiplicia conſequetur medicus, ſi mente tenuerit, & rectè ſeruauerit ea, quę ab Hippocrate in his voluminibus ſunt ſcripta. Qui enim circa prædicta ratiocinatur, ac ſingula omnia exactè perpendit, non tantùm aſſequetur ea, quæ ab Hippocrate hic dicuntur, ſed & alia multo difficiliora, quæ Galenus fuſa enarratione, in libris de criſib⁹, & de diebus decretorijs docuit. Empirici verò nihil iſtorũ aſſequi queũt. Et ad hæc; neſciũt artis operationes, pro diuerſa hominũ, ac regionũ tẽperatura variare, ſed ſẽper eiſdem obſeruationibus, & experimentis nituntur. Rationalis tamen, atque dogmaticus methodo, ac ratione vtens, non ſolùm ea, quæ frequenter acciderunt, intelligit, ſed & eorum, quæ rarò euenerunt notitiam, cognitionemque habebit. *Empiricorum ignorãtia.*

Quo fit, vt inſolitis, atque implicitis morbis medeatur:& in exteris, aut alienis terris cum certitudine præſagiat. Quod ſi aliquãdo ab ſcopo aberret, non ob id multum animo conſterni, aut triſtari debet, quia, vt Galenus in enarratione præſenti ait, nunquam aberrare ſupra captum hominis exiſtit; ſed quàm minimè hallucinari, ſolius artificis eſt. Verùm cum magna ea in re diuerſitas habeatur, qui vicies præſentiendo aberrat ſemel, multò melior eſt, quàm qui decies prædicendo aberrat ſemel. Ipſo verò hoc rurſus melior eſt, qui centies præſentiendo aberrat ſemel, quemadmodum rurſus, quàm is ipſe melior eſt, qui ducenties præſentiendo aberrat ſemel. Quare non rectè faciunt qui ſemel, aut bis hallucinati, protinus exercitationem dimittunt, tanquam id conſequi minimè poſsint. Nec enim qui ſagittandi artem meditatione aſſequi ſtudent, licet ſæpiùs in principio ab ſcopo aberrent, ab incepto deſiſtunt, aut propter aberrationẽ nimis animo cõtriſtantur. Apud Indos, legimus, ſi quem præſagia ter fruſtrarentur, ei ſilentij perpetui mulctam irrogari, ita Strabone libro.15. Geograph.& Plinio lib.6.naturalis hiſt.cap.11.tradentibus: apud nos verò artifices cuiuſcunque artis & ſi ſepties ab ſcopo aberrent, nõ ob id deterrentur, neque ſpem finem aſſequendi amittunt. Igitur medicus (& ſi aliquando prædictio ex voto non ſucceſſerit) remittere exercitationem haud debet, ſed in eadem diutiùs perſiſtat, & laboret, conſiderans vtique ſemper, vt Hippocrates ait, morbi ſpeciem, ætatem laborãtis, tempus

Nunquam aberrare ſupra captum hominis exiſtit.

Aphor.2.ſectio.1.

tempus anni, regionem, & his ſimilia. Ita enim inueniet abſceſſus in regionibus frigidis expectandos eſſe magis; in calidioribus verò ſudores, aut bilioſas vomitiones: in temperatis hęmorrhagias. Sic etiã pro prædictorũ varietate curationẽ itidẽ variabit. Nã in regionibus frigidis exactiorẽ victus rationẽ præſcribet, & audaciùs vacuantibus præſidijs vtetur: contrà verò in calidis efficiet.

PROGNOST. XLII.

Expetere verò oportet nullius nomen morbi, ſi non hoc loco perſcriptum ſit. Omnes enim, qui tẽporibus prædictis iudicentur, his ipſis agnoſcas ſignis licebit.

COMMENTARIVS.

IN hoc vltimo contextu Hippocrates cuidã tacitę obiectioni reſpondet. Nã dicet aliquis, doctrinam hanc eſſe diminutam, quoniam ſi eius in hoc opere inſtitutum eſt, de morbis acutis tractare; cur paucorum tantùm ſpeciatim meminit, & non omnes ſigillatim tranſegit? Cui obiectioni ſatisfacit dicens, nihil eſſe per hunc ſermonem omiſſum. Nam ſi qui morbi ſpecie nominati non ſunt, ij certè ſub theorematis vniuerſalibus comprehenduntur. Quorundam verò ſpeciatim mentionem habuit; & quòd præter alios præceptis egebant proprijs; & quòd illis pro reliquorum exemplo fuit vſus. Quocirca concludit, nullius morbi nomen deſiderari poſſe, quod hic vel peculiariter, vel genericè ſcriptũ nõ fuerit. Quare oẽs, qui in iam præfatis temporibꝰ iudicãtur, his ipſis, ſignisquæ ſcripta ſunt, cognoſcuntur, quales, videlicet, naturâ ſint, nũ longi ſalubres, vel exitioſi.

Obiectioni reſpondet Hippocrates.

FINIS.

INDEX ALPHABEticus eorum quæ in hoc opere præcipuè continentur.

A

ABdominis raritas,colici doloris cauſa. 285.
Abſceſſus quid. 143.
Abſceſſus bonus ad pedes erumpit. 224.
Abſceſſus cur poſt vigeſimum diem fiant. 526.
Abſceſſus per febrem cotinuam expectantur. 527.
Abſceſſus,in ætate decinante,ſi humores ſint tenues, cur fiant. 526.
Abſceſſus hieme tardius deſinunt. 533.
Abſceſſus hieme magis accidunt. 532.
Abſceſſus ob quas cauſas euaneſcant. 438.
Abſceſſus cur præcipuè circa articulos fiant. 431.
Abſceſſus non eueniunt per febres intermittentes. ibidē.
Abſceſsibus cur longi morbi iudicentur. 523.
Actiones deprauatæ imbecillibus prauiores. 205.
Actuarius in quo culpandus ſit. 314.
Acuti morbi multiplicitas. 18.
Acuti morbi non omnes eiuſdem naturæ ſunt. 487.
in Acutis morbis cur certiora ſint de vita aut morte præſagia. 483.
in Acutis febribus quæ ſitim extinguant. 510.
in Acutis morbis quid ſtridor dentium oſtendat. 58.
in Acutis morbis ſtridor dentium cur pernicioſus. 59.

Adſtringentia per omnia iecoris inflammationis temp
ra ſunt permiſcenda. 1
Adeps atque pinguedo quomodo differant. 34
Aer duplici modo alteratur.
Aeris mutatio ſecundum ſuam ſubſtantiam. 1
ex Aeris alterationibus multi futuri morbi præſagiu
tur. 56
Ægri obtemperantia ad curationem requiritur. 10
Ægri cur aſſiduè mutare figuram cogantur. 55
Ægrotantes quare in alui profluuijs animo linquan
tur. 249
Ægrotantibus inter dormiẽdum deliria contingũt. 77
Aetij & Auicennæ opinio falſa. 334
Affectus multiplex difficilius curatur quàm ſimplex.
359.
Agrippæ vnde dicantur. 493.
Alboris in ſemine & in lacte non eſt eadem ratio. 221.
Albugineus humor cryſtallini propugnaculum. 73.
Album oculi rubrum fieri, malum. 36.
Alimenta lumbricos generantia. 275.
Alimentum cur non permeet ad iecur. 242.
Alſarauij & Auenzoaris ſententia improbatur. 281.
Alui duræ cauſæ. 195.
in Alui deiectionibus cur grauius ſit animo linqui, quàm
in venæ ſectione. 250.
Aluus in veſicæ inflammatione aſtringitur. 443.
Anacreon Poeta, & Fabius Senator ſtrangulati. 56.
Analogia fori litigantium, ad morborum iudicium. 455.
Anaſarca ſola ex hydropis generibus ſanguinis miſsione
curatur. 202.
Anaxion trigeſimo quarto iudicatus. 475.

Angi=

Angina quid. 511.
Anginæ periculo quænam vacent. 515.
Angina pituitoſa cur breuiſsimè terminetur. 299.
Anginæ diſcrimina quatuor. 511.
in Angina, vnde periculi ratio ſumatur. 514.
Animi defectus & ſyncope differunt. 249.
Annus quid. 470.
Antiquus interpres reprehenditur. 360.
Antonius Muſa à Vegæ calumnia vindicatur. 97.
Anxios quos vocet Galen. 49.
Aphrodiſæi locus explicatur. 264.
Apoplexiæ magnitudo vnde ſumatur. 99.
Apoplexia iuuenes citius intereunt. 508.
Aquoſa deiectio quid ſignificet, 285.
Argumentorum quorundam ſolutio. 496.
Ariſtoteles interpretatur. 156.
Ariſtotelis locorum pugnantium conciliatio. 229.
Ariſtotelis de lumbrico lato ſententia. 268.
Ariſtotelici argumentis Galeni non reſpondent. 231.
Arterialis venæ vſus. 98.
Ars præſagiendi, ad curationem requiitur. 8.
Artis præſagiendi ſumma. 214.
Ars quælibet à manifeſtioribus exorditur. 19.
ex Articulorum doloribus podagrici frequentius infeſtantur. 431.
Aſcarides cur Celſus ſubticuerit. 266.
Aſcitem quæ cauſæ præcedant. 198.
Aſcitis curatio difficilis. ibidem.
in Aſcite & tympanite pedes areſcunt. 189.
in Aſcite citiùs areſcunt mēbra quàm in tympanite. 203.
Aſciticos ingens ſitis comitatur. 187.

Aſsidua vigilia quas affectiones ſequatur. 484.
Auerroes ab Hippocratis decreto diſcedit. 562.
Auicenna interpretatur. 95.
Auicenna exponitur. 163.
Auicenna de hydrope conſentanea loquitur. 197
Auicenna tres tantum lumbricorum ſpecies nouit. 266.
Auicenna quid intelligat per latos & rotundos. ibidem.
Auicennæ ſententia falſa. 263.
Auicenna taxatur. 280.
Auicennæ opinio falſa. 278.
Auicenna & Raſius, Aetio repugnant. 283.
Auicennæ & Aetij opinio falſa. 334.
Auicenna Hippocrati non reluctatur. 413.
Auicenna Hippocrati contrarius. 488.
Auicenna cum Hippocrate conciliatur. 496.
Aurium dolori quo pacto ſubueniat Hippo. 506.
Aurium dolor cum quibus ſignis non ſit diſpoſitio lethalis. 507.
ex Aurium inflammationibus natu minores citiùs intereunt. 440.
Aurium dolorem quem nam Hippo. nominet. 504.
Autoris ſententia de cauſa pus generante. 165.
Autumno cur lumbrici generentur. 275.

B

Bilis atra ſemper in perniciem excernitur. 292.
Bilis æruginoſa, febris cauſa. 50.
Bilis flaua colore, eſt intenſior quàm pallida & ruffa. 367.
Bilis flaua à ſanguine differt tenuiſsimo. 368.
Bilis porracea à quibus eſculentis generetur. 289.
Bilis porracea in ſanis generatur. 356.

Bilis porracea duobus modis generatur. 355.
Bilis porracea quale habeat temperamentum. 356.
Bilis vitellina nimia aſſatione generatur. 353.
Bilioſum & purulentum ſpuere, pernicioſum. 397.
Bilioſum excrementum cur natura noluerit in ventriculum deducere. 262.

C

Cacochimia quid. 255.
Calor in inflammata parte vnus eſt, non ſimplex: ſed miſtus. 167.
Calor naturalis quid efficiat. 570.
Caput in peripneumonia & pleuritide frequenter læditur. 518.
Capitis dolores quando non mali. 498.
Capitis dolores qui nam auxilijs demoliendi non ſint. 134.
Capitis dolores quando exitioſi. 501.
Capitis figura conueniens. 23.
Cardiacus affectus. 102.
Cauſa longitudinis febrium, craßitudo humorum in viſceribus. 524.
Cauſæ manifeſtæ vultum extenuantes ſine mortis periculo. 27.
Cauſæ effectrices fluxus ſanguinis. 145.
Cæſar, ita primus dictus, vnde denominatus. 493.
Celſus cur ſubticuerit aſcarides. 266.
Chlori explicatio. 375.
Chloron viridem & pallidum colorem ſignificat. 288.
Cibi excrementa quomodo excernantur. 142.
Cicero iure à Veſalio reprehenditur. 184.
Clazomenius quadrageſimo criſim habuit. 475.

Cleanactides octogeſimo iudicium eſt paſſus. 476.
Coctio triplex. 165.
Coctio magis attenditur penes vrinæ ſubſtantiam, quàm penes colorem. 325.
Cocta grauiora redduntur. 309.
Coctio ſemper à calido fit. 137.
Coctionis ſigna celerem ſalutem præmonſtrant. 378.
Coctiones magis exercentur in partibus ſuperioribus, quàm in inferioribus. 143.
Coctio omnia cogit & incraſſat. 259.
Cœna Hippocra. *æuo maior erat prandio.* 258.
Cogitatricis læſio abſque læſione imaginatricis. 77.
Colici doloris cauſa. 196,
Colicus dolor ex abdominis raritate. 285.
Colon inteſtinum ex flatus cohibitione nimis dilatari ſolet. 302.
Color rubens, naturalis. 24.
Color viridis ſemper eſt caloris ſoboles. 379.
Coloris vitioſi cauſa. 189,
Colores multos deijcere cur minus vitioſum ſit, quàm vomere. 357.
Color liuidus interdum laudatur. 221.
Color liuidus non fit caloris ratione. 293.
Color ſubruffus vnde dictioni adueniat. 261.
Color deiectionis ſubruffus, naturalis eſt. 263.
Columella & vua quid ſignificent. 159.
Commiſtio vehemens quid oſtendat. 369.
Compreſſio dolentibus partibus adiumento eſt. 53.
Computatio aliquando à partu, interdum verò à febre eſt ſumenda. 493.
Conciliator falſa perſuadere contendit. 281.

Conferen=

Conferentia & tolerantia ſine peccantis humoris coctione non euenit. 297.
Conſenſus ſepti tranſuerſi cum cerebro cauſa. 117.
Conſuetudo à prognoſtico ſemper excipitur. 54.
Conſuetudo eſt altera natura. 53.
Conſuetudo circa quos actus verſetur. 244.
Conſumptionis quinque ordines. 317.
Contentum bonum quò magis deorſum vergit, tantò præſtantius exiſtit; malum, contrà. 344.
Conualeſcentes incedere nequeunt. 219.
Conuulſio ex inanitione lethalis. 35.
ad Conuulſiones pueri ſunt procliues, & ab eiſdem facilè liberantur. 550.
Conuulſio ex plenitudine quãdo ad febres ſequatur. 533.
Conuulſio ex inanitione cui ætati ſit congruentior. 551.
Conuulſione pueri capiuntur ex pauore. 554.
Cor, & cerebrum ori ventriculi conſentiunt. 122.
Cor nullum patitur vitium graue. 144.
Cor quibus modis ori ventriculi conſentiat. 537.
Corpus vniuerſum æquè calidum, molleq; eſſe, bonũ. 212.
Corporis totius vitia & renum quomodo diſtinguantur. 345.
Corpora calida & humida promptè diſsipantur. 22.
Corpora lapſa ſimilibus morbis promptè corripiuntur, ægrè contrarijs. 39.
Criſis vox de quo dicatur. 454.
Criſis cum quadam euidenti fit vacuatione, aut abſceſſu. 455.
Criſes intra vigeſimum diem contingentes, cur impetus Hippo. vocet. 465.
Criſes in die non decretorio factæ, ſymptomaticæ. 516.

Criſis nulla bona ante perfectam coctionem. 330.
Criſis optima, firma cognitione comprehenditur. 461.
Criſis per ventris excrementa ventura, quomodo cogno ſcenda. 546.
Criſis per ſudorem quomodo cognoſcenda. 547.
Criſes quando bonæ, & quando malæ iudicandæ. 549.
Curatio febrium erraticarum difficilis. 528.
Curationem quænam interpellent. 529.
Curatoria præcepta in gurgulionis ſectiõe ſeruãda. 520.
Cutis corporis vniuerſi ſuſcipit excrementa. 517.

D

DEcernentia, quæ non decernunt, quædam ſunt letha lia, quedam verò difficulter decernunt. 223.
Decidere ad pedes, demortui corporis affectus eſt. 48.
Declinatio acceſsionis contrarium quodam modo princi pio modum habet. 210.
[illegible] 41
Decubitus in latus, vt cauſa, & vt ſignum, bonum. 43.
Decubitus in latus, robur indicat facultatis naturalis. 42
Decubitus delirium protendens. 52.
Decubitus ſupinus non ſemper eſt lethalis. 46.
Decubitus ſupinus plurimorum morborum cauſa. ibidẽ.
Defluxiones quare Hipp. *pretermiſerit.* 381.
Deglutire quare facilius ſit, quàm vomere. 347.
à Deiectionibus cur ordiatur Hippocrates. 242.
Deiectioni vnde color ſubruffus adueniat. 261.
Deiectionis color ſubruffus, naturalis eſt. 263.
Deiectionem duram quæ ſequantur. 194.
Deiectionis conueniens quantitas. 244.
Deiectionis fœtorem quæ intend, ant aut aboleant. 265.

Deiectiones frequentes, & in magna copia excretæ, cur malæ. 248.
in Deiectionibus alui cur grauius ſit animo linqui quàm in venæ ſectione. 250.
Deiectio variegata quando mala non ſit. 296.
Deiectionis madidæ cauſa. 247.
Deiectio opima cur damnetur. 293.
Deiectio opima quibus deſcribatur ſignis. 242.
Deiectio ſpumoſa à calore fit & ab immodico motu. 287
Deiectio candida quid denotet. 286.
Deiectio variegata quid ſignificet. 295.
Deiectio crocea quid oſtendat. ibidem.
Deiectio liuida quas cauſas ſequatur. 292.
Deiectio ſpumans quid ſignificet. 286.
Deiectio nigra quot modis efficiatur. 291.
Deiectio glutinoſa aliquando bona. 340.
Deiectio glutinoſa atque exigua, cur ſemper mala. 290.
Delirantes ſeligere neſciunt. 52.
in Delirantibus quæ ſit viſorum cauſa. 69.
Delirium quando mortem prænunciet. 68.
Delirium quando contingat bonum prænunciare. 70.
Delirium in peripneumonia cur perniciofum. ibidem.
Delirij ſepti tranſuerſi vitio euenientis à phrenitide diſcrimen. 118.
Delos maris Aegei inſula. 564.
Demonſtratio ex Galeno. 241.
Dentes oſsibus reliquis duriores. 58.
Dentium ſtridor quando exitioſus non ſit. 61.
Deploratos non oportet curare. 215.
Deterius eſt ſanguinem, quàm vomitionem fœtere. 262.
Dies quid. 469.

Dies ſi mutilarentur, quod ſequeretur incõueniens. 472.
Dies, viginti quatuor horis integris conſtat. ibidem.
Diei vigeſimi perfectio. 474.
in Diebus qui decretorij non ſunt, nulla bona iudicatio contingere poteſt. 517.
Dies vigeſima magis quam vigeſimaprima decretoria. 368.
Diem tertiũ eſſe decretoriũ quomodo intelligatur. 463.
Diei vocis multiplicitas. 470.
Dies ſeptimus dignitate & potentia primus. 465.
Dies ſexta male decernit de morbis. 522.
Dies tertius num ſit iudicatorius. 462.
Dierum decretoriorum vis atque facultas. 423.
Differentiæ extrinſecus, quæ vocentur. 404.
Digeſtio magis procedit per vigiliam, quàm per ſomnum. 457.
Difflatu libero deſtituta, putreſcunt. 157.
Digitos ſolos ab humore melancholico infici, bonum nõ eſt. 224.
per Diuinum Hippoc. quid intellexerit. 15.
Diuturnitatem morbi quid præcipuè denunciet. 328.
in Diutino morbo vultus extenuatus mortem non protendit. 26.
Dolor Medici ſolicitudinem ad ſe trahit. 138.
Dolor validiſsimum ſymptoma. 213.
Dolor in quo viſcere intenſior reperiatur. 226.
Dolor vires ad ſe contrahit. 220.
Dolor, teſtium conuulſionem quinam moliatur. 227.
Dolor vigilem reddit facultatem animalem. 238.
Dolor recens & ſine inflammatione, à qua cauſa proueniat. 303.

Dolor vehemens vigiliam inducit. 501.
Dolor vehemens, mortis cauſa. 504.
Dolore vires atteruntur. 210.
Dolore in pleuritide deliteſcente, quid agendum. 438.
Doloris colici cauſa. 196.
Dolores capitis quando non mali. 498.
Dolores capitis quando exitioſi. 501.
Dormientes quam ob cauſam non ſternutent. 383.
Duri & mollis definitio. 138.

E

Elementum igneum corpora ſubleuat. 218.
Empiricorum ignorantia. 564.
Erophyton centeſimo vigeſimo die liberatus. 476.
Erraticæ febres cur dicantur. 508.
Euacuationis tolerantia quid oſtendat. 338.
Euacuationis conferentia quid denotet. 338.
Excreationem difficilem quæ efficiant. 365.
Excrementum billioſum cur natura noluerit in ventriculum deducere. 262.
Excrementorum prouentus euitari nequeunt. 241.
Excretionis tempus. 243.
Exeuntia excrementa ſalubrem vel inſalubrem ſtatum oſtendunt. 242.
Expultrix facultas non niſi irritata operatur. 195.
Extrema refrigerari coſtis vehementer calentibus, perniacioſum. 207.
Extrema quot modis refrigerari contingat. 206.
Extrinſecus differentiæ quæ vocentur. 404.
Exulceratæ partes quando exiccandæ non ſint. 65.

F

Fabius ſenator & Anacreon Poeta ſtrangulati. 56.
Faciei color viridis à frigiditate prouenit. 24.
Facultas animalis in morbi ſtatu nimis defatigatur. 54.
Facultas expultrix non niſi irritata operatur. 195.
Facultas corpus gubernans triplex. 214.
Facultate animali pthiſici valent. 220.
Facultatis vitalis imbecillitas ſola, mortem præcedere valet. 220.
Facultatum interiorum cerebri numerus. 28.
Fames humidis corporibus prodeſt. 29.
Fames cur corpora abſumat. 29.
Fauces quid Galenus vocet. 510.
Fauces exulceratæ in febribus malæ, vt ſignum, & vt cauſa. 511.
Febris ceſſatio quid indicet. 127.
Febris ardens maligna, quas inflammationes ſequatur. 208.
Febris tertiana quandoque ceſſat puſtulis labiorum & naſi. 341.
in Febribus acutis quæ ſitim extinguant. 510.
Febres inconſtantes ſinendæ, nec curandæ. 529.
Febris quartana quare neminem iugulet. 481.
Febris quartana natura ſua longus morbus. 479.
Febris quartana quando periculoſa. 482.
Febres quartanæ in qua ætate magis eueniant. 529.
Febris tertiana exquiſita, morbus eſt acutus. 542.
Febris quotidiana, quartana cur breuior. 479.
Febrium erraticarum curatio difficilis. 528.
Febres erraticæ cur dicantur. 527.
Febres aliquæ intermittentes, ſunt acutæ. 206.

Febris tertiana acutus eſt morbus. 207.
Febris, generationis puris ſymptoma. 406.
Febres peſtilentes quales. 462.
in Febre peſtilente cur corpora extenuet Hippo. 27.
Febres peſtilentes calore non ſunt vehementes. 361.
Febrium inordinatarum cauſa. 528.
Fluxus ſanguinis cauſæ effectrices. 145.
Ferinum quid ſit apud Hippo. 275.
Fernelij opinio de fluore ſanguinis narium improbatur. 133.
Fernelij noua opinio de hydrope. 191.
Fernelij opinio de hydrope improbatur. ibidem.
à Fernelij opinione diſceditur. 19.
Flatus emiſsio cũ ſonitu quid in ægrotãte ſignificet. 301.
Flatus generatio à debili calore fit. 300.
Flaua & rubida ſputa, cruda ſunt. 385.
Flaua bilis à ſanguine differt tenuiſsimo. 368.
per Flauum quid intelligat Hippo. 366.
Fluxum ſanguinis ex naribus quæ oſtendant. 502.
Fœminarum cadauera prona fluitare, virorum ſupina ſolent. 43.
Fœtorem deiectionis quæ intendant, aut aboleant. 265.
Fœtus figura in vtero. 492.
Frequentis reſpirationis ſignificatio. 91.
Fuchſius reprehenditur. 373.
Fundamentum illorum qui tenebant, dies decretorios non eſſe integros numerandos, ſed cũ fractione aſſumendos. 468.

G

GAbucini de lato lumbrico opinio. 269.
Gabucini dogma falſum. 277.

Gabucini opinio taxatur. 276.
Galeni verborum explicatio. 12.
Galeni loca intepretantur. 71.84.& 170.
Galeni argumentis Ariſtotelici non reſpondent. 231.
Galeni locus explicatur. 279.& 347.
Gargareon quid. 519.
Gargareonis vtilitas. ibidem.
Gentilis ſententia increpatur. 358.
Geſticulator quis dicatur. 67.
Glutinoſa atque exigua deiectio cur ſemper ſit mala. 290.
Glutinoſa ſcreatio quid ſignificet. 373.
Gurgulionem frequenter relaxari vnde eueniat. 520.
in Gurgulionis ſectione præcepta curatoria ſeruanda. 520.
Gymnaſta medico ſimilatur. 216.

H

Hæmorrhagiæ ſigna ex Gale. 547.
Hæmorrhagiæ in pueris non fiunt. 135.
Hiatus oris quas ſequatur cauſas. 50.
Hieme abſceſſus tardius deſinunt. 533.
Hieme abſceſſus magis accidunt. 532.
Hieme cur oboriantur pleuritides. ibidem.
Hippo. quid per ſuſpectiones intelligat. 38.
Hippocratis locorum quorundam conciliatio. 128.
Hippocrates interpretatur. 160.
Hippo. de quibus morbis in hoc opere loquatur. 175.
Hippocratis aphoriſmus ſecundus primæ ſectionis explicatur. 253.
Hippocratis æuo cœna maior erat prandio. 258.
Hippo. cur in prognoſtico de teretibus lumbricis tantū mentio

mentionem fecerit.
Hippocratis aphoriſmus explicatur. 392.
Hippocrati reſpondetur. 413.
Hippocratis ſententiæ libri huius à medicis approbantur.. 497.
Hippocrates, quæ neceſſaria ſunt, bis & ter repetere nõ veretur. 556.
Hippocratis temporibus homines quàm nunc frugalius viuebant, & pluries deijciebant. 257.
Hippocratis ſententia interpretatur. 509.
Hirſuties in facie ſignum lethale. 25.
Hiſtericæ ſine reſpiratione viuere poſſunt. 509.
Hominum ſtercus cur maxime fœteat. 264.
Humor albugineus cryſtallini propugnaculum. 73.
Humorum craſsitudo in viſceribus, cauſa longitudinis febrium. 514.
Humorum quaternionem natura impenſè diligit. 297.
Hydrops ab incipiente impregnatione quomodo ſeiungendus. 205.
Hydropis ſpecies tres tantum ſunt. 186.
Hydrops, à calida intemperie committitur. 179.
Hydrops à quibus exitioſa ſit diſpoſitio. 178.
in Hydrope quando minus calidis auxilijs pugnandum. 180.
Hydrope ſuperueniente febris non ſoluitur. 181.
Hydrops abſque iecoris affectu generari nequit. 184.
in Hydrope cur pedes tumeant. 194.
cur Hydropis naturæ, quælibet ætas magis obnoxia ſit. 205.
Hyperbole figura quid. 45.
Hypochondria intenta quando non mala. 114.

Hypochondria tenuia, tanquam ſignum, & tanquam cau-
ſa, mala. 113.
Hypochondria ſaluberrima quæ ſint. ibidem.
Hypochondrium ſimpliciter prolatum pro iecore tan-
tum accipitur. 112.
Hypochondria & ilia differunt. 111.
Hypochondrica melancholia laborantes in cordis palpi-
tationem ſunt propenſi. 125.

I

IAcchinus reprehenditur. 100.
Iecoris principatus. 119.
Iecoris inflammatio quo modo à muſculorum inflamma-
tione diſcernatur. 140.
Iecoris inflammationibus quæ euacuationes congruant.
130.
Iecoris partes diuerſæ, diuerſis euacuationibus gaudent.
130.
Iecoris pus quale eſſe oporteat. 161.
Igneum elementum corpora ſubleuat. 218.
Ilia & Hypochondria differunt. 111.
Imbecillitas vitalis facultatis ſola mortem præoſtendere
valet. 220.
Inconſtantes febres ſinendæ, nec curandæ. 529.
per Indicia ſolutionis quid Hippo. intelligat. 522.
Inſli, ter fruſtra præſugientem, perpetuo ſilentio mulcta-
bant. 565.
Inflammationis principium. 155.
Inflammatio quando ad ſuppurationem vertatur. 391.
Inflammatio omnis duobus terminatur modis. 390.
In inflammata parte vnus eſt calor, non ſimplex, ſed mi-
ſtus. 167.

Inquietudo quas cauſas ſequatur. 49.
Inſtrumentum ſenſus quale eſſe debeat. 80.
Inſuffuſione laborantibus conſtat iudicium. 75.
Inteſtinorum murmur quid oſtendat. 304.
Inteſtinum ieiunum cur ſic dictum. 185.
Iudicium plures occupans dies, cui præſertim diei ſit attribuendum. 466.
Iudicia poſt quadrageſimum, nō niſi vigeſimo quoq; die eueniunt. 474.
Iudicatio in diebus qui decretorij non ſunt, bona contingere non poteſt. 517.
Iudicationes non integræ, adiuuandæ ſunt. 432.
Iuniores ex aurium inflammationibus citius intereunt. 440. & 508.
Iuſtitiæ diſtributiuæ lex atque ſapientia. 36.

L

Lactes quid ſint. 185.
Lapſa corpora ſimilibus morbis promptè corripiuntur, ægrè contrarijs. 39.
Larinx quibus cartilaginibus conſtet. 512.
Læſio cogitatricis abſque læſione imaginatricis. 77.
Læſio per conſenſum non vnius modi, ſed multiplicis. 535.
Leue in deiectionibus quid denotet. 290.
Leuitas in ſedimento quid ſit. 309.
Laſsitudo vigilias affert. 239.
Lateralis morbus abſque ſanguinis miſsione curatus. 386.
Latus lumbricus ab autore viſus. 270.
Latus lumbricus cur rarò videatur. ibidem.
Lati lumbrici deſcriptio. 269.

Lethargus catocho paſſio leuior. 299.
Libya quæ nam Africæ pars. 563.
Liuida deiectio quas cauſas ſequatur. 292.
Liuidus color non fit caloris ratione. 293.
Liuidus color interdum laudatur. 221.
Liuor quare in unguibus magis conſpiciatur. 220.
Lien ſubtiliori, quàm iecur nutritur alimento. 125.
Lien ſecundaria ratione genitus. 120.
Lienis uitio laborantes cordis prouidentiam habere debent. 126.
Lienis inflammationes facilius percipiuntur quam iecoris. 139.
Longitudinis quartanæ cauſa. 479.
Luctus qua ratione conuulſionem in pueris efficiat. 554.
Lumbi quibus uertebris conſtent. 184.
Lumbricorum ſpecies quot. 265.
Lumbricis uexati dentibus ſtrident. 61.
Lumbrici aſcarides quales ſint. 272.
Lumbrici cucurbitini ad quam ſpeciem ſpectent. 267.
Lumbricus latus cur uocetur tænia. 271.
Lumbrici teretes reliquis ſunt frequentiores. 271.
Lumbrici ex qua materia oriantur. 273.
Lumbrici non fiunt ex bile. 275.
Lumbrici regionibus quibuſdam familiares. 238.
Lumbrici quo in loco generentur. 278.
Lumbricos quæ alimenta generent. 275.
Lumbrici cur autumno generentur. 275.
Lumbricum latum cur prætermiſerit Hippo. 266.
de Lumbricis teretibus tantùm cur in prognoſtico mentionem fecerit Hippo. 282.

Mira

M

MAgnitudo & malignitas diſtinguuntur. 462.
Malignitas ſub magnitudine comprehẽditur. 17.
Manuum geſticulatio quid ſit. 67.
Materia in pulmonia concocta cur non ſcreetur. 434.
Maximæ ſignorum vis in febribus ab urina deſumitur. 305.
Mecœnati triennio nullo horæ momento contigit ſomnus. 237.
Medicamentum vẽtris ſubductoriorum urinam cit. 305.
Medicus rudis interdum mortis eſt cauſa. 515.
Melancholia hypochondrica laborantes, in cordis palpitationem ſunt propenſi. 125.
Melius eſt tacere, quàm temere pronunciantem falli. 557
Membra calidiora citius ſuppurationem admittunt. 145.
Membranarum thoracem interſepientiũ uſus quis. 469.
Memoria & reminiſcentia differunt. 82.
Menſis quid. 496.
Meſaraicæ ſunt iecoris manus. 191.
Mira de teretibus. 272.
Modus principij quartus. 31.
Mollis & duri definitio. 138.
Morbi acuti multiplicitas. 18.
Morbi acuti non omnes eiuſdem naturæ ſunt. 487.
in Morbis acutis cur certiora ſint de vita, aut morte præſagia. 483.
Morbi longi cur abſceſſibus iudicentur. 523.
in Morbo diutino vultus extenuatus mortem non protendit. 26.
in Morbi ſtatu animalis facultas nimis defatigatur. 54.

Morbi, de quibus in hoc volumine agitur, qui nam ſint. 555.
Morborum diuturnorũ initio ſilendum eſt, nec quidquã præſagiendum. 477.
Morborum conſtitutio, & temporum vniuerſalium diſtinctio penes quid attendi debeant. 490.
Morbi ex plenitudine magis vexant ſuperiores quàm inferiores partes. 145.
Morbus & natura quibus ſimilentur. 477.
Morbus, omni malignitate vacat cum ad ſummam peruenerit coctionem. 172.
Morbis, morbi vtiliter interdum ſuccedunt. 177.
Morbus lateralis abq; ſanguinis miſsione curatus. 386.
Morbi legitimum motum ſeruantes, quam habeant conſtitutionem. 399.
Morbi incipientes difficulter cognoſcuntur. 417.
Morbum ex hypochondrijs ad thoracem aſcendere, valde malum. 441.
Mors futura ex quibus præſagiatur. 15.
Mulieres viris ſunt frigidiores & humidiores. 336.
Mulieres quæ ocyſsimè, quæq; difficulter pariant. 493.
Mulieribus menſes quando fieri incipiant. 135.
Multiplex affectus difficiliùs quã ſimplex curatur. 359.
Murmur inteſtinorum quid oſtendat. 304.
Muſculus ſolus eſt inſtrumentum motus voluntarij. 21.
Muſculorum abdominis actio. 142.
Muſculorum temporalium vſus. 22.
Mutationes in diebus decretorijs factæ, firmæ ſunt. 396.

N

NAſus compreſſus quibus in diſpoſitionibus appareat. 15.

Natura & morbus quibus ſimilentur. 477.
Natura interdum non omnino ſufficit. 215.
Natura cur noluerit bilioſum excrementum in ventriculum deducere. 262.
Natura humorum quaternionem impenſe diligit. 297.
Naturæ robur vnde deprehendatur. 216.
Naturæ vis quanta. 133.
Naturalis partus quis dicatur, & quis nō naturalis. 492.
Natu minores à pulmonia liberantur. 439.
Nigra deiectio quot modis efficiatur. 291.
Nihil citrà ſanguinis affluentiā naturæ cultū recipit. 312.
Noctu cur magis deijciamus quàm die. 275.
Noxæ ſpecies, quæ propriè per conſenſum factæ dicantur. 535.
Nubecula nigra ſemper pernicioſa. 325.
Nubeculæ nigræ duplex cauſa. ibidem.
Nubis nigræ cauſa ex Ariſtotele. ibidem.
Nulla bona iudicatio in diebus qui decretorij non ſunt, contingere poteſt. 517.
Numerus facultatum interiorum cerebri. 28.

O

Oculus ſole participat. 33.
Oculi album, rubrum fieri, malum. 36.
Oculos lacrhymare, malum. 24.
Oedema quid apud Hippo. 118.
Oedema in muſculis abdominis cōſiſtens, natura ſua mortem non infert. 123.
Oedema quid. 144.
Oedematis cauſa. 137.
Oedema ex ſola pituita conſiſtens, non ſuppuratur. 141.

Oedematum hydropicorum curatio. 196.
Omnium opima deiectio quid ſignificet. 245.
Operis huius difficultas in quo verſetur. 487.
Opima deiectio cur damnetur. 293.
Optima criſis firma cognitione comprehenditur. 461.
Opinio tenentiũ dies criticos eſſe mutilandos, falſa. 469.
Opinio multorum improbatur. 160.
Optimum ſedimentum reliqua bona indicia comitantur. 306.
Ore aperto dormire quibus noxium. 51.
Ore aperto an clauſo dormire vtrum ſalubrius. ibidem.
Oris hiatus quas ſequatur cauſas. 50.
Organum viſus, lucidiſsimum. 33.
Oribaſij ſententia improbatur. 274.
Orthonea repente ſtrangulat. 57.

P.

PAlpebrarum vſus. 40.
Palpebræ ſomni cauſa factæ. ibidem.
Palpebræ circumtenſio mala. 41.
Pars inanis quæ apud Galenum. 182.
Partes exulceratæ quando exiccandæ non ſint. 65.
in Parte inflammata vnus eſt calor non ſimplex, ſed mixtus. 167.
Partibus patientibus quando aliæ compatiantur. 394.
Partus naturalis quis dicatur, & quis non naturalis. 492.
Pedes cur tumeant in hydrope. 194.
Peripneumonici ſurgendo fiunt ſpiratiores. 55.
in Peripneumonia caput frequenter læditur. 518.
Peſsima pulmonis affectio. 387.
Peſtilentes febres calore non ſunt vehementes. 361.
phlegmo-

Phlegmone quo modo generetur. 155.
Phlegmonoſa veſicæ affectio quadruplici ſymptomatũ genere lethalis. 442.
Pinguedo atque adeps quomodo differant. 343.
Pinguedine colliquata, nubecula fit, non ſedimentum. 317.
Pingues vrinarum nubeculæ quid in ſanis & in ægris ſignificent. 342.
Pituita oculis innatans mala. 41.
Plenitudo quid. 254.
Plenitudini vtrique venæ ſectio debetur. 255.
Pleuritides cur hieme oboriantur. 532.
in Pleuritide, dolore deliteſcente, quid agendum. 438.
in Pleuritide caput crebrò læditur. ibidem.
Pleuritis ſiniſtra, deterior dextra. 415.
Pleuritis periculoſiſsima. 57.
Plinij obitus. 56.
Podagrici dolores frequentiùs infeſtant quàm reliquorũ articulorum dolores. 431.
Præcautio curatione præſtantior. 13.
Præſagia vnde ſumantur. 9.
ob Præfocationem celeriùs moriuntur homines quam ob reſolutionem. 434.
Prædictiones quando incertæ. 486.
Prima luce cur plurimùm deijciamus. 258.
Primus Cæſar vnde nomen habuerit. 493.
Principij modus quartus. 31.
Principium triplex. 30.
Profluuium ſanguinis in ætate quæ eſt ante trigeſimum quintum annum magis euenit. 503.
Prognoſticæ artis vtilitas. 10.

Promptè

Promptè dictio, quid ſignificet. 365.
Prouidentia quid. 8.
Pthiſici animali facultate valent. 220.
Puella annorum nouem vtero geſtauit. 9.
Pueri cur plurimum habeant vrinæ ſubſidentiæ. 308.
Pueri à conuulſionibus promptè liberantur. 550.
Pueri, vigilia conuelluntur. 554.
Pueri ad conuulſiones ſunt procliues. ibidem.
Pueri ex pauore conuulſione capiuntur. 554.
Pueri veſicæ calculo magis laborant. 447.
Pulmo, ſenſus & doloris eſt expers. 364.
Pulmonia non ſpecie, ſed magnitudine lethalis. 56.
Pulmonia periculoſiſſima. 57.
Pulmonis affectio peſſima. 387.
à Pulmonia natu minores liberantur. 439.
Pulmonis vomica per vrinam iudicata. 435.
Pulſus definitio. 115.
Pulſus, motus eſt naturalis. 94.
Pulſus intermittens in ſenibus nimis eſt perniciosus. 61.
per Pulſum quid intelligat Hippo. 115.
Pulſus durus ſemper pleuritidem comitatur. 408.
Pulſum in profundo moleſtum, quare Hippocrates non recenſuerit. 407.
Pulſus & reſpiratio inuicem ſibi reſpondent. 93.
Purgatio quibus humorum vitijs adhibenda ſit. 251.
Purgantia ob quid dicantur. 253.
Pus propter acrimoniam erodit. 150.
Pus album cur laudetur. 159.
Pus alimentum eſt venæ & arteriæ. 159.
Puris optimi color. 158.

Puris peſsimi indicia. 158.
Pus cur fiat craſſum. 162.
Pus à quo efficiatur calore. ibidem.
Puſtulis labiorum & naſi tertiana febris quandoque ceſſat. 341.
Putredo & coctio ſimul intenduntur. 169.

Q

QVartanæ, quæ in ætate magis eueniant. 529.
Quartana quando periculoſa. 482.
Quartana natura ſua longus morbus. 479.
Quartanæ longitudinis cauſa. 479.
Quartana, quotidiana quare breuior. 479.
Quartana cur neminem iugulet. 481.
Quaternionem humorum natura impenſè diligit. 297.
Quartus principij modus. 31.
Quaternarij in febribus omnibus intermittentibus, quo modo numerandi. 480.
Quietem inter duos motus contrarios adeſſe neceſſe eſt. 88.

R

RAſius & Auicenna, Aetio repugnant. 283.
Recidiuam quæ prænuncient. 521.
Rhetoris officium. 13.
Reminiſcentia & memoria differunt. 82.
Renum & totius corporis vitia quo modo diſtinguantur. 345.
Reſpirationis definitio. 88.
Reſpiratio & pulſus ſibi inuicem reſpondent. 93.
Reſpirationis frequentis ſignificatio. 91.
Reſpiratio magna & rara. 92.

Reſpiratio frigida. ibidem.
Reſpirationis ſimplices differentiæ. 90.
Reſpiratio frequens. ibidem.
Reſpiratio libera in bene valentibus à ſolo fit ſepto trāſuerſo. 98.
Reſpirationis meatus in gutture anguſtus. 513.
Reſpiratio, actio eſt voluntaria. 93.
Robur naturæ vnde deprehendatur. 216.
Rotundum ſputum quare delirium portendat. 375.
Rubida & flaua ſputa, cruda ſunt. 385.
Ruptionum differentiæ quatuor. 150.

S

SAnguinem, quæ generent. 135.
Sanguinis color, qualis. 544.
Sanguinis ex naribus fluor hypochondriorum inflammationes iudicat. 129.
Sanguis ſuccorum optimus. 312.
Sanguinis fluxum ex naribus quæ oſtendant. 502.
Sanguinem, quàm vomitionem fœtere, deterius. 362.
Sanguinis profluuium in ætate quæ eſt ante. 35. annū magis euenit. 503.
citra Sanguinis affluentiam nihil naturæ cultum recipit. 312.
Sanguinis omne profluuium, muliebri dempto, genere toto præter naturam eſt. 105.
Sauanarola hallucinatur. 281.
Screatio glutinoſa quid ſignificet. 373.
Screatio viridis vomitione viridi quare deterior. 377.
Scythia vbi collocetur, & ea quotuplex. 563.
Sedimenta furfuracea, omnium peſsima. 320.
Sedimentum album tenue quid ſignificet. 316.

Sedimentum æquale quod dicatur. 310.
Sedimenta farinacea & orobea apud Actuarium diuerſa. 319.
Sedimenta farinacea cur ita dicantur. 318.
Sedimentum quo indicio à pure & pituita ſeiungatur. 311.
Sedimentum optimum reliqua bona indicia comitantur. 306.
Semen nihil habet cauſæ præter naturam permiſtum. 166.
Senſus communis poni debet. 85.
Senſus communis officium. 87.
Senſus inſtrumentum quale eſſe debeat. 80.
Senſus Tactus de viſcerum diſpoſitionibus ægrè iudicat. 114.
Septum tranſuerſum & ventriculus cerebro conſentiunt. 113.
Septi tranſuerſi conſenſus cum cerebro, cauſa. 117.
Septimus dies dignitate & potentia primus. 465.
Septimo à capitis dolore die vomitio aduenit. 540.
Signa ſecuriſsima quæ. 460.
Signa cuncta ſunt conſideranda. 555.
Signum vnum forte, ſæpè multa debilia vincit. 402.
Signa partem ſuppuratione obſeßam oſtendentia. 410.
Signa ab oculis ſumpta, maximam ad præſagiēdum vim obtinent. 32.
Signa coctionis celerem ſalutem præmonſtrant. 378.
Signa futurum ſanguinis ex naribus profluuium oſtendentia. 134.
Signa reuerſionis humoris ad ſedes intimas. 516.
per Solutionis indicia quid Hippo. *intelligat.* 522.

Signum ab vlceris colore deſumptum, prognoſticum eſt & diagnoſticum. 66.
Singultus quid. 350.
Sitis vigiliæ cauſa. 239.
Somni multiplex definitio. 228.
Somni definitio ex Galeno. 223.
Somni conueniens tempus. 232.
à Somno aſsiduo & ſine intermiſsione infeſtante præſagium non ſumit Hippo. & quare. 237.
Somni vſus in nobis. 231.
Somno interdicendi ſunt ægrotãtes in acceſsionum principijs. 236.
Somnus à prandio nocet. 233.
Somnus à prandio breuiſsimus cur iuuet. 233.
Somni duratio. 235.
Somno breuiori qui egeant. 235.
Somnum quæ concilient. 230.
Spiritus flatuoſus cùm vrina exit. 304.
Spiritus flatuoſus & naturalis in quo differant. 300.
Spiritus, impetus facere ſolent. 218.
Splendor externus oculos noſtros lædit. 34.
Spumoſa deiectio à calore fit, & ab immodico motu. 287
Sputum nigrum cur crudum ſit, & lethale. 379.
Sputum rotundum quare delirium protendat. 375.
Sputa rubida & flaua, cruda ſunt. 385.
Sputa concocta qualia eſſe debeant. 385.
Sputa humorem ſuperantem in pulmonia demonſtrant. 385. 385.
Stercus hominum cur maximè fœteat. 264.
Sternutamentum quid. 381.
Sternutatorijs quando vtendum. 384.

Sternuta-

Sternutamenti definitio. 282.
Sternutamentum quibus affectionibus auxilietur. 383.
Stridor dentium in principijs acceſsionum febrium intermittentium nihil mali ſignificat. 60.
Stridor dentium cur in morbis acutis pernicioſus, 59.
Stridor dentium quid oſtendat in morbis acutis. 58.
Strigmenta quid ſint. 295.
per Subſidentiam vrinæ quid ſit intelligendum. 324.
Sudor bonus. 108.
Sudor & vrina diuerſorũ præbent ſignificationes. 104.
Sudor an ſit euacuatio naturalis. ibidem.
Sudor duplex. 103.
Sudor naturalis euacuatio, 106.
Sudoris definitio. 103.
Sudores optimi & boni in quo communicent. 110.
Suppuratio,quàm concretio eligenda potius, 405.
Suppuratio,coctio quædam eſt. 141.
Suppuratio parua quæ. 143.
Suppuratio bona cur laudetur. 148.
Suppuratio magna & lata,duplici modo peſsima, 148.
per Suſpectiones quid Hippo.*intelligat.* 38.
Symptomata cur in vigore inflammationis ſint vehementiora. 156.
Syncope mortis eſt imago. 250.
Syncope & animi defectus differunt. 249.

T

TAbus quid. 157.
Tacere ſatius eſt,quàm temerè pronunciantem falli. 487.
Tactus de viſcerum diſpoſitionibus ægrè iudicat. 114.
Tactus,quas iecoris inflammationes percipiat. 140.

Tactus omnium ſenſuum inſtrumentis eſt cõmunis. 505.
Tænia Plinij *tricenum pedum.* 270.
Tarditas & velocitas non ſunt motus eſſentiales differẽtiæ. 89.
Temporalium muſculorum vſus. 22.
Temporibus Hipp. *homines quàm nunc frugalius viuebant, & pluries deijciebant.* 27.
Tentio ſine dolore, læua aut dextra parte facta quid protendat. 545.
Teretes lumbrici reliquis ſunt frequentiores. 271.
de Teretibus mira. 272.
Tertiana febris quandoque ceſſat puſtulis labiorum & naſi. 341.
Tertiana exquiſita morbus eſt acutus. 542.
Tertiana febris acutus eſt morbus. 207.
Tertium diem eſſe decretorium, quomodo intelligatur. 463.
à Teſtium facultate nullum præſagium ſumitur. 225.
Teſtium conuulſionem quis dolor moliatur. 227.
Theagenes philoſophus à Theſſalico quodam interfectus. 120.
Theophraſti opinio improbatur. 44.
Theophilus medicus delirus. 76.
Thoracis inflammationes citius terminantur quàm hypochondriorum. 128.
Tolerantia euacuationis quid oſtendat. 388.
Tolerantia & conferentia ſine peccantis humoris coctione non euenit. 297.
Tormina à qua cauſa efficiantur. 302.
Tralianus taxatur. 531.
Triplex coctio. 165.

Triplex principium. 30.
Tuberculum quid. 143.
Tuberculorum duplex differentia. 149.
Tubercula à frigidis humoribus orta difficulter coquuntur. 149.
Tumor pedum non omni aquæ intercuti conuenit. 190.
in Tumoribus præter naturam, partem quandam concoqui, alia cruda remanente, quare deteriùs ſit quàm in humoribus venarum. 395.
cum Tuſsi cur nihil excreetur. 193.
in Tympanite & aſcite pedes areſcunt. 189.

V

VAlleriolæ opinio refutatur. 8.254.255.367. & 372.
Valleſij opinio improbatur. 347.457.70.& 71.
Vapor calidus per cutem exiens quando mortem oſtendat. 210.
Vapor videndi organo incidens quare perſpiciatur. 72.
Variegata deiectio quid ſignificet. 295.
Variegata deiectio quando mala non ſit. 296.
Variolæ quænam magis laudentur. 518.
Variolis & morbilis detenti, aëri frigido exponendi non ſunt. 437.
Vegæ ſententia taxatur. 7.11.37.35.76.83.263.280. 355.374.459.427.484.&.250.
Velocitas & tarditas non ſunt motus eſſentiales differentiæ. 89.
Venter concorporatus quid oſtendat. 284.
Venæ arterialis vſus. 98.
Ventris os, cor ab antiquis fuit appellatum. 584.
Vētriculus & ſeptū tranſuerſum cerebro cōſentiūt. 113.

Ventriculus ob tria ad vomendi impetum concitatur. 350.
Ventriculi inflammatio vnde periculoſiſſima. 121.
Verborum Galeni explicatio. 12.
Vermium genus oculis caret. 272.
Veſicæ inflammatio inſenſibiliter non diſſoluitur. 484.
Veſicæ affectio phlegmonoſa, quadruplici ſymptomatũ genere lethalis. 442.
Veſicæ calculo pueri magis laborant. 447.
in Veſicæ inflammatione aluus aſtringitur. 443.
Via aliquid inueniendi duplex, analogiſtica, & epilogiſtica. 20.
Vigeſimi diei perfectio. 474.
Vigeſima dies magis quàm vigeſima prima decretoria. 368.
Vigilia aſsidua quas affectiones ſequatur. 484.
Vigilia pueri conuelluntur. 554.
Vigilia aliquando coctionem iuuat. 232.
Vigiliæ immodicæ incommoda. 240.
Vigilia immodica corpora extenuat. 28.
Viridis faciei color à frigiditate prouenit. 24.
Virorum cadauera ſupina fluitare, fœminarum prona ſolent. 43.
Vis naturæ quanta. 133.
Viſio, functio eximia. 33.
Viſio bona quæ requirat. 74.
Viſio deprauata. 15.
Viſorum in delirantibus quæ cauſa. 69.
Viſus organum lucidiſsimum. 33.
Viſus hebetudo quare efficiatur. 544.
Vita quid apud Galenum. 59.
Vitia

Vitia totius corporis, & renum quomodo diſtinguatur. 345.
Viuere, nutrire eſt. 24.
Vlcus quid. 62.
Vlcus, quà vlcus eſt, perpetuò exiccari indicat. 64.
Vlcus & vulnus apud Galenum idem. 63.
Vlcus ſiccum quando mortem prænunciet. ibidem.
Vlceris color quid denotet. 65.
Vlcus rotundum difficulter ſaneſcit. 151.
Vomitionis venturæ ſigna. 538.
Vomitio cruenta nonnunquam ex vſu eſt. 353.
Vomitio cruenta, nigra eſt deterior. 354.
Vomitio variegata, nigra deterior eſt. 358.
Vomitio, ſeptima à capitis dolore die aduenit. 540.
Vomitus euacuatio eſt naturalis. 346.
Vrina bona interdum ſedimento caret. 307.
Vrina optima quibus ſignis deſcribatur. 306.
Vrinæ coctio magis attenditur penes ſubſtantiam, quàm penes colorem. 315.
Vrinæ ſedimentum ex quibus ſubſtantijs conſtituatur. 307.
Vrina alba perſpicua quid denotet. 328.
Vrinarum differentiæ quatuor. 329.
Vrina aquoſa quid ſignificet. ibidem.
Vrina aquoſa cur in pueris deterior iudicetur quàm nigra. 337.
Vrina nigra cur reliquis deterior. 333.
Vrina tenuis, licet ſit bene colorata, perpetuò coctione priuatur. 326.
Vrina alba tenuis eſt deſperatæ coctionis indiciũ. ibidem.
Vrina tenuis, cum valida facultate & ſignis bonis quid ſigni-

ſignificet. 331.
Vrina multa & craſſa ab abſceſſu liberat. ibidem.
Vrina fœtida quid ſignificet. ibidem.
Vrina fœtidior redditur, quò diutiùs in corpore retinetur; ſtercùs contrà. ibidem.
Vrina num à calore, vel frigore efficiatur nigra, quomodo cognoſcendum. 33.
Vrinarum pingues nubeculæ quid in ſanis, & in ægris ſignificent. 342.
ab Vrina maxima ſignorum vis in febribus deſumitur. 305.
per Vrinæ ſubſidentiam quid intelligendum. 324.
Vua & columella quid ſignificent. 519.
Vulnus & vlcus apud Galen. idem. 63.
Vultum extenuantes ſine mortis periculo, cauſæ manifeſtæ. 27.
Vultus extenuatus in diutino morbo mortem non protendit. 26.

SALMANTICAE
Apud hæredes Mathiæ Gaſtij.
M. D. LXXVIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE